+QK3
.T451
v.2

THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
PRO SCIENTIA POPULIQUE SALUTE
1891
LIBRARY

Septemb 1897 R W Gibson Invt

TABLE OF CONTENTS.

1. Remedia nonnulla indigena.
2. Flora strengnesensis.
3. De Benzoë.
4. De Acere.
5. De cortice Angusturae.
6. De scientia botanica utili atque jucunda.
7. De Hermannia.
8. De nautarum valetudine tuenda.
9. Observationes quasdam in pharmacopoeam suecicam.
10. De oleo Cajuputi.
11. De Diosma.
12. De usu Menyanthidis trifoliatae.
13. De Hydrocotyle.
14. De Drosera.
15. De Melanthio.
16. Arctotis.
17. De Arnica. [missing]
18. Remedia expectorantia.
19. Remedia sternutatoria.
20. Fructificationis partium varietates.
21. Aspalathus.

22. Observationes nonnullas in historiam naturalem Smolandiae.

23. De Blaeria.

24. Observationes in pharmacopoeam suecicam.

25. De Antholyza.

26. Horti Upsaliensis plantae cultae 1780-1800.

27. Reformandae pharmacopoeae Suecicae.

28. Remedia epispastica.

29. De Phylica.

30. De Brunia.

.T451
v. 2

(1)

OBSERVATIONES MEDICO-PRACTICÆ
CIRCA

REMEDIA NONNULLA INDIGENA.

QUAS
CONS EXP. FAC. MED. UPS.
PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD., ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDINENS. HOLMIENS. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. LUNDENS. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. HALENS. NAT. SCRUT. LINN. LONDIN. MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU DOCTORIS

Publico examini ſubmittit

LAURENTIUS MAGNUS HOLMER,
MEDICUS CASTRENSIS ET MED. PROV. ADJ.

IN AUDIT. GUST. MAJ. D. 17 APR. 1790.
Horis ante & poſt. merid. ſolitis.

UPSALIÆ,
Apud Direct. JOHAN. EDMAN, Reg. Acad. Typogr. -4-

-1-

Prooemium

Qui corporis humani per adminicula anatomica artificioſam didicerit ſtructuram, quique ex ſignis noſologicis morborum variantium multitudinem inſignem noſſe ſtuduerit, multa adhuc deſiderat futurus Medicus, non minus neceſſario addiſcenda, antequam cum fructu & ſucceſſu debito praxi medicæ ſeſe accingere debet & poteſt. Neque enim Diæteticas regulas ignoret vel contemnat, plurium ægritudinum remotiores vel proximiores cauſſas, neque remediorum qualitates, vires, doſes & uſus. Quantum enim eſt neceſſe, morbum rite & ſufficienter noſci, atque ſpecies ejusdem diſtingvi, tantum etiam neceſſaria evadit cognitio remediorum, quorum ope turbæ in corpore ortæ tolluntur & ſanitas deperdita reſtituitur. Obruimur utique in Pharmacopoliis multitudine nimia remediorum, quandoque numquam uſitatorum, aliquando omnino inutilium. Ut hæc minuatur infructuoſa moles, utque Tituli non remedia tantum, ſed Pyxides inprimis venena ſalutaria contineant probata, neceſſe erit, ut

obſervationibus adcuratis & experimentis rite inſtitutis vires & efficaciæ eruantur medicamentorum. Hæc conſiderans, dum in eo esſem, ut ſpecimen inaugurale meditarer, paucis demonſtrare volui ſecurum & optimum effectum, quem ipſe expertus fui quorumdam remediorum in patria creſcentium, in curandis morbis, hocce & præterlapſo anno in Noſocomiis Clasſicis obvenientibus. Fateor quidem lubenter, non ignotas esſe ante vires illarum herbarum & radicum, quarum uſus exemplis confirmare animus eſt; ſed tamen credere fas erit, non omnino vanum fore meum propoſitum, ulterius experimentis & caſibus allatis harum virtutes & efficacias comprobandi. Tibi itaque, B. L., placeat velim benigne reſpicere meos conatus qualescunque, quibus pro virili aliquid in augmentum ſcientiæ ſalutaris ejusque certiorem praxin conferre ſum annifus.

I. ARNICA MONTANA

Non ultimum inter indigenas herbas ſibi vindicat locum. Ilia non in eis ſolum Provinciis, quarum Illuſtr. Asſesſor HEDIN, in ſuo de hac herba, anno præterlapſo, edito Tractatu mentionem facit, ſed etiam frequentius in Dalia, atque parcius in Vermelandia creſcit.

Per breve illud tempus, quo ad Noſocomia Clasſica medicinam exercui, cum radix ipſa in Pharmacopolio raro haberi posſet, Herbam cum floribus ad febrem Caſtrenſem, Synochum nempe Catar-

tarrhalem, curandam, non ſine eximio ſuccesſu adhibui atque hoc quidem modo præparatam. Herbæ cum floribus conciſæ Drachmas tres Libra ferventis aquæ infudi, & infuſum refrigeratum atque colatum, ſecunda quaque vel tertia hora, debitis antea adhibitis evacuantibus ad menſuram vaſculi Theæ ſemis, ægrotis dedi, inprimis illis, quorum vires inde ab initio febris multum debilitatæ fuerant, vel crebris Diarrhoeis vel febris graviori diſpoſitione adeo decreſcentes, ut vera criſis ipſo naturæ molimine veriſimiliter exſpectari non posſet. Hocce medicamen eo modo atque illo cum ſuccesſu adhibitum fuit, ut periculoſus ægri ſtatus in melius mutaretur atque criſis perfecta plerumque obtineretur.

II. LEDUM PALUSTRE

In omnibus fere Regni provinciis creſcit, præter Bauhuſiam, ubi illud non adhuc reperii ſponte creſcens.

Hæc inter eas referenda eſt herbas Svecanas, quæ in Noſocomiis Navalibus plurimum adhibita fuit & præter ejus in morbis cutaneis gravioribus optimum effectum, in Diarrhoeis curandis maximum ſæpe præſtitit uſum. Infuſum herbæ eo modo adhibitum fuit, ut uncia ſemis libra unica ferventis aquæ infuſa fuerit. Ex hoc infuſo refrigerato colatoque tria vel quatuor cochlearia ſæpius de die ægroto ſunt propinata, maxima vero cum prudentia & ad ſtatum ægrotantis habita attentione,

 ut

ut ſi vel inſtantis delirii vel alius perturbationis ſigna apparuerint, doſis ſtatim diminueretur. Aliis remediis præſtantioribus nihil ſæpe efficientibus, hæc infuſio optatum produxit effectum.

III VALERIANA OFFICINALIS.

Sicut ſupra commemoratæ plantæ, ita & hæc in omnibus fere provinciis Patriæ creſcit.

Radix hujus, quæ recentioribus temporibus ab illuſtr. STORCK & GMELIN tantopere commendata fuit, laudes ſibi tributas vere meretur. Ut plures prætercam occaſiones, quibus eam adhibui, duos tantum graviores adferam caſus, in quibus optatum perfecte præſtitit effectum.

I. Puella quædam circa annos pubertatis, antequam menſtruatio apparuisſet, graviori Epilepſia adflicta fuit, quæ eam ſaltem ſemel quavis hebdomade adoriebatur. Laxantibus antea adhibitis, ad hunc morbum curandum plurima Emmenagoga, fruſtra tamen, adhibebantur. Tandem radicis hujus herbæ pulveriſatæ drachma una, ter aut quater per quodque nyctemeron data, eum habuit ſuccesſum, ut poſt tres menſes morbus prorſus pelleretur.

II. Fœmina quædam hyſterico morbo laborans & plures ante annos certis intervallis vehementisſimis convulſivis paroxyſmis, cum vomitu gravisſimo conjunctis affligebatur: deinde poſt felicem partum ab

ab Hemicrania graviſſima, quotidie redeunte & ſeptem vel octo horas durante, vehementiſſime torquebatur. Lochia ſolitis temporibus fluebant ſufficienter. Ad eam curandam varia & caſui accommodata tentabantur remedia; nihil vero dolorem capitis minuere vel tollere potuit præter Valerianam, quæ poſt quatuordecim dies illum prorſus abolere valuit.

IV. LICHEN ISLANDICUS

In provinciis ſeptentrionalibus Sveciæ creſcit frequentiſſime. Non ſolum in publicis Carolicoronæ Noſocomiis ſed etiam in claſſe, præcipue ad Diarrhœas protractas & chronicas atque etiam Dyſenterias curandas ut plurimum adhibitus fuit & quidem ſub forma Decocti, cujus ægrotantes vaſculum chinenſe ſæpius de die optatiſſimo cum effectu hauſerunt.

D. F. N.

FLORA STRENGNESENSIS.

QUAM

CONSENSU EXPER. FAC. MED.

SUB PRÆSIDIO

CAR. P. THUNBERG,

EQUITIS AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD., ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDINENS. HOLMIENS. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILADELPH. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. LUNDENS. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. HALENS. NAT. SCRUT. LINN. LONDIN. MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID. MEMBRI; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

DISPUTATIONE PUBLICA EXAMINANDAM PROFERT.

CAROLUS AXELIUS CARLSON,

STRENGNESIA SUDERMANNUS

IN REG. ACADEMIÆ UPSALIENSIS

AUDITORIO BOTANICO

D. 7 DEC. 1791. H. A. M. S.

UPSALIÆ,

LITTERIS VIDUÆ DIRECT. JOH. EDMAN.

Proëmium

Potuiſſe Botanices hodiernæ Parentem, perilluſtrem Archiatrum & Equitem A LINNÉ, *immenſis præterea laboribus occupatum plantas univerſæ patriæ noſtræ propemodum omnes in unum colligere catalogum, & loca ſimul domeſtica plerarumque plura detegere, tam eſt mirandum, quam fuit inevitabile, ut nonnullæ regni vaſtisſimi ſtirpes inveſtigationem ejus perſpicacisſimam fugerent, multisque, & forſan innumeris, tractibus habitarent vegetabiles incolæ, quibus Ille paucas tantum ſedes, & aliquando non niſi unicam, intra fines Svio Gothicos, in* Flora *ſua* Svecica *adſignavit.*

Non una certe ætas humana, non unius hominis, quamvis accuratisſima, diligentia inquirendis per omnia Imperii Svecici loca vegetabilibus ſufficere poteſt; ſed ad locupletandam & ſi fieri poteſt, perficiendam aliquando, patriæ Floram, plurium, & in locis diverſis ſingulatim inquirentium ſtudia poterunt ſenſim conferre. Scilicet ut in præfatione ad Iter Scanicum *docuit nominatus orbis Botanici Doctor:* Hvar gård, ja hvar hage ſkulle kunna fordra flere månaders underſökning; *idque, ut videtur, eo inprimis, quod non uno eo-*

demque tempore, ſed ſucceſſiva viciſſitudine, a primis veris initiis in adultum usque auctumnum, plantarum ſpecies aliæ atque aliæ floreant, & quidem plurimæ tam brevis intervallo temporis, ut, poſt paucas ab efflorescendi primordio hebdomades, nullus amplius earumdem flos reperiatur. Quo etiam accedit, quod ſint non paucæ, quæ certis tantum diei horis flores ſuos habeant explicatos. Ad deprehendendas autem plantas, quarum non niſi caules & folia exſtent, eaque forſitan marcida & exoleta, attentiore opus eſt indagatione; & ea quoque haud raro irrita, non obſervatæ prætereuntur.

Non igitur male collocare operam videntur Studioſi Botanices, qui loca ſibi vicina & circumjecta, ſtudio indefeſſo ſcrutantur, plantasque iis innatas perquirunt ac notant; quo tractus illius vegetabilium exſtet & ſervari posſit cognitio, non accolis modo ad œconomiam & medicinam utilis, ſed & componendæ a poſteris Floræ totius regni, quantum fieri poteſt, expletæ, ſuo pro modulo ſerviens.

Exſtant hujus generis inſtituta typis vulgata, ſed admodum pauca: Herbationes Upſalienſes *clarisſimi Doctoris* ANDR. FORNANDER, Flora Åkeröënſis *a* CAROL. JOH. LUUT, *anno* 1769, Pandora & Flora Rybyenſis, *per* DAN. HENR. SÖDERBERG, 1771, *æditæ, & Academicis ventilatæ Diſputationibus. Totius vero provinciæ Nericiæ plantas inveſtigavit &, vernacula lingva, luci exhibuit publicæ* ABRAHAM. ZAMZELIUS, 1760, *ſub titulo:* Blomſterkranz af i Neriket befintliga våxter.

His excitatus exemplis, ad ponenda tirocinia Botanicæ ſcientiæ, quam a prima uſque pueritia ſuſpexi, non alienum esſe putavi plantas quæ ſolum mihi natale occupant & Strengneſiam in terris proxime circumjacentibus velut accolæ cingunt, in catalogum referre, & ſchediaſmate Academico cognitioni popularium prodere. Auctius hoc & completius haud

du-

dubii futurum fuisſet tentamen, ſi plures adhuc æſtates inveſtigationi perſequendæ addidisſem, quum non modo ſuſpicari par ſit, ſed habeam mihi perſvaſisſimum, plures quam quæ hic recenſentur plantas, locis oppido noſtro propinquis innaſci, eoque id certius judico, quod & ultima hac æſtate non paucas fuerim aſſecutus, præcedentibus annis non deprehenſas.

Aſt quum Floram loci utcunque circumſcripti perfectam & omnibus abſolutam numeris condere vix unquam tamen valerem, mutare etiam loca nonnullos regni Vegetabilis cives notum ſit, ita ut aufugiant aliæ, advententent & ſedem, ut novi coloni figant aliæ ſtirpes, morari eo minus nolui inſtitutum, quod qualis mihi in poſterum futura ſit occaſio, hos eosdem Floræ fundos luſtrandi ſit incertisſimum.

Prodeant igitur ac tironibus Botanices Strengneſenſibus innoteſcant quot, per unum alterumve luſtrum, invenire potui, ſtirpes plantarum urbi noſtræ vicinæ. Augere deinceps copiam Florulæ hujus, ſi tulerint fata, non equidem deſinam; nec dubito futuros esſe qui per ſequentia tempora, ſuam conferant ad ſarciendos defectus operam. Esſe autem illos in Graminum indicatione & in clasſe Cryptogamiæ potisſimos, levisſima pagellarum inſpectione animadvertitur. Quum vero comperim quanto ſit impedimento novellis Botanicæ diſcipulis neſcire quo tempore floreant ſingulæ plantarum ſpecies, ignorato ſimul peculiari ſingularum domicilio; & loca potiorum peculiaria, & tempus florendi plurimarum obſervatum, notavi, ſperans eo fore, ut qui ex hac regionis particula, colligere voluerint herbas, adoleſcentibus opus non ſit dubitare, quam plagam verſus, hoc vel illo tempore ſit excurrendum, ne inutili vagatione, quæ vel anni progresſus, vel ſolum calcandum non præbet, quærant.

Situm eſt oppidum Strengneſia, Gymnaſio Sudermanniæ

& Nericiæ inſtructum, inter gradus Latitudinis 59 & 60, ad occidentem vero a Meridiano Obſervatorii Upſal. minutis temporis circiter tribus, littori Lacus Måleri contiguum, inſulis, ſilvis, nemoribus, pratis agris, paſcuis & paludibus undique circumdatum, lacubus etiam minoribus, fontibus, fretis, torrentibus & eorum oſtiis, ſatis vicinum. Qualibus in locis, natura differentibus, ut diverſi generis plantas generari congruum eſt, ita, quæ hic enumerabuntur, in proximis plurimas locis hucusque inveni; in paulo remotioribus paucas, nullam vero ultra duo cum dimidio, milliaria ſvecica ab oppido enatam quæſivi.

In opuſculum pro ratione tirocinii comparatum & junioribus rei herbariæ ſtudioſis præſertim appoſitum, ſi qui forſan oculos conjecerint viri eruditiores aut ſcientiæ peritisſimi, indulgentem eorum cenſuram & mitem mihi tenuitatis veniam precor.

MO-

MONANDRIA

MONOGYNIA

Hippuris, *vulgaris*, Fl. Sv. Ed. 2 N. 2, in alveo exſiccato freti Eldſundenſis, prope ad pontem alibique. Floret in Majo & Junio.

DIGYNIA,

Callitriche, *verna*, Fl. Sv. 3, in prato uliginoſo terræ urbicæ Lóten, florens lecta d. 27 Jun. 1791.

— *autumnalis*, F. S. 4, in foſſis & locis udis paſſim; inventa menſe Julio exeunte, in Auguſto & Septembri florens.

DIANDRIA

MONOGYNIA

Circæa, *alpina*, 7, in paſcuis uliginoſis, alnorumque nemore prædii ruſtici Mórby, in inſula Selö; inventa florens, d. 6 Jul. 1786, & in alneto prædii equeſtris Olivehåll, d. 26 Jul. 1791.

Veronica; *ſpicata* 10, in inſula prædii Vaxång, Gåsholmen dicta, abunde, ad finem Julii & initio Aug. florens.

— *officinalis*, 12, Ehrenpris, in ſilvis & campis ſterilioribus paſſim, maxime vero in paſcuis intra ſilvam Thun circumſeptis, prope ad viam inter tugurium Storudden & rura auſtralia parœciæ Strengneſenſis, abundans, & florens inventa d. 27 Jun. 1789.

— *Anagallis*, 13, in rivulo, prædium ruſticum Hagby, parœciæ Hårad, præterlabente, florens inventa d. 21. Julii 1791.

— *Beccabunga*, 14, in rivulo prati meridionalis, Noſocomii

mii, nonnulla, & in rivulo fontis inter Dalſängen & Guldringen copioſiſſima. Floret menſe Junio.

— *Serpyllifolia*, 16, in paſcuis & ad vias paſſim. Initio Junii florens inventa.

— *ſcutellata*, 17, in locis uliginoſis paſſim, menſibus Junio & Julio florens inventa.

— *Chamædrys*, 18, in pratis & intra hortos menſe Junio, in extremitate orientali inſulæ Segerö, copia abundantiſſima.

— *agreſtis*, 20, florens inventa in paſcuis Stenbyenſibus, d. 8 Julii 1786, & in promontorio Gorſingenſi 1791, d. 2 Oct. & 29 Maji. Etiam in Aprili florens viſa.

— *verna*, 23, intra hortos oppidi paſſim, in promontorio occidentali Gorſingenſi & jugis prati Régii ejusdem nominis. Florens inventa d. 15 Maji 1791.

PINGVICULA, *vulgaris*, 25, Fetört, in prato Åſbyenſi occidentali, florens menſe Junio.

UTRICULARIA, *Vulgaris*, 28, florens inventa in alveo freti Eldſund, poſt aquarum ſubſidentiam, limoſo prope ad pontem, orientem verſus, d. 21 Julii 1783, inque amnis Ekſåenſis aquis humilibus & quietis, prope ad molendinum inferius ac pontem, d. 17 Aug. 1790 & d. 19 ejusdem 1791. Reperta etiam in rivo qui præterit Biſkopsquarn prædiolum.

LYCOPUS, *Europæus*, 31, in freto Eldſund, non procul a pago cognomine; Julio menſe exeunte, & initio Aug. florens.

DIGYNIA

ANTHOXANTHUM, *odoratum*, 33, in inſula Vargholmen, & pratis urbi circumjectis frequens; ad exitum Maji & in Junio florens.

TRI-

TRIANDRIA

MONOGYNIA

VALERIANA, *officinalis*, 34, Våndelört, in pratis paſſim, ad finem Junii, in Julio & Auguſto, uſque in Sept. florens; præcipue vero in prato Tynåſenſi.

— *Locuſta*, 36, Vinterrapunzel, in inſula Vaxångſkår vel Gåsholmen dicta, florens inventa d. 24 Maji 1787.

IRIS, *Pſeudacorus*, 37, Svårdslilia, in aquis, ad littora paſſim, florens inventa d. 9 Julii 1784, & 29 Jun. 1789.

SCIRPUS, *paluſtris*, 42, Knappſåf, in littoribus lacus Måleri; florens reqertus in Majo & Junio.

— *cæſpitoſus*, 43, in turfis paludum & locis uliginoſis paſſim. In Junio viſus florere.

— *acicularis*, 44, in freto Eldſundenſi, alibique ad littora; florens lectus d. 1 Julii 1789.

— *lacuſtris*, 46, Kolvaſs, in lacu ad littora frequens. Floret in Auguſto.

— *ſilvaticus*, 48, Skogsſåf, in agellis Dalſångenſibus, ſupra lacum Guldringen, lectus florens d. 1 Julii 1789.

ERIOPHORUM, *polyſtachion*, 49, Ångull, inventum nondum florens, in circumſeptis paſcuis ſilvaticis d. 30 April 1791.

— *vaginatum*, 50, Hadd, in Kafvelbro-moſſe, aliisque locis paludoſis, florens inventum 1790, d. 5 Maji.

DIGYNIA

PHALARIS, *arundinacea*, 53, Rörflen, ad littora glareoſa inſularum, florens viſa d. 17 Julii 1786, & eodem die Junii 1789.

— *Phleoides*, 54, Rollflen, in cœmeterio urbis; d. 12 Julii 1787, & in nemore prati Nyången d. 20 ejusdem florens inventa.

PHLE-

PHLEUM, *pratenſe*, 56, Ångkampe, florens in pratis circumjacentibus viſum in Julio & Auguſto.

ALOPECURUS, *pratenſis*, 59, Ångkaſle, in pratis vicinis florens lectus d. 4 Junii 1791 & 26 Aug. 1786.

— *geniculatus*, 60, Kårrkaſle, in lacu prope ad littus prædii ruſt. Stenby; florens inventus d. 8 Jul. 1786, & 26 Aug. in ſcrobiculis viæ Regiæ parallelis, prope ad lacunam Vattmyra.

MILIUM, *effuſum*, 61, Luktgrås, in nemoribus prati Måringenſis, repertum d. 9 Junii 1791.

AGROSTIS, *venti*, 62, Åkerhven, in agris eorumque marginibus, in pratis & inſulis frequens.

— *Arundinacea*, 63, Piphven, in ſilvis propinquis & Juniperetis, non infrequens; florens viſa d. 27 Jun. 1790.

— *ſtolonifera*, Kryphven, 66, in pratis depreſſis, maximeque in Tynelſöënſi auſtrali abundans, & in marginibus agrorum frequens; florere viſa in Julio & Auguſto.

AIRA, *cæſpitoſa*, 70, Taktåtel, in pratis ubique, viſa præſertim copioſe in prato littorali tugurii Tynås.

— *flexuoſa*, 71, Kruståtel, in inſulis propinquis ubi depaſtæ non fuerint. In Kållarholmen florens lecta d. 16 Julii 1791.

— *cœrulea*, 67, Blåtåtel, in marginibus agrorum paſſim, & in Tynelsö Djurgårdsång, abundanter, florens inventa per menſem Julii.

MELICA, *nutans*, 76, Bergſlok, in luco promontorii Gorſingenſis, inſulisque lacus, menſibus Maji & Jun. non infrequens.

POA, *trivialis*, 80, Betersgröë, in paſcuis & pratis inventa d. 27 Maji, 14 Junii, & florens d. 17 Jul. 1791.

POA,

POA, *anguſtifolia*, 81, Ångsgröë, in pratis & hortorum herbidis frequens, inventa florens d. 27 Maji & 14 Junii.

— *pratenſis*, 82, Slåttergröë, frequens in pratis. Florens viſa d. 16 Julii 1791.

— *annua*, 83, Hvitgröë, in cœmeterio urbis, hortis & pratis vulgaris. Florere eſt viſa d. 15 Julii.

— *nemoralis*, 85, Lundgröë, in nemoribus pratorum. Lecta florens d. 17 Julii 1786.

BRIZA, *media*, 86, Darrgrås, in pratis & collibus frequens. Viſa florens d. 29 Jun. 1791.

DACTYLIS, *glomerata*, 87, Hundexing, in pratis & hortorum cæſpitibus multa; florere ſolita in Junio, per Julium & Auguſtum, usque in multum Septembrem.

CYNOSURUS, *criſtatus*, 88, Kambexing, locis qualibus præcedens, menſe Junio, Julio & Aug. florens.

— *cæruleus*, 89, Elfexing, in pratis & paſcuis, cœmeterio &c. florere viſus d. 29 Maji 1790.

FESTUCA, *ovina*, 91, Fårſvingel, in paſcuis, collibus, tectis &c. frequens; inventa florens d. 14 & 19 Junii 1787.

— *rubra*, 92, Rödſvingel, locis ſiccis ac ſterilibus; in agellis novalibus oppidi, ad occidentem infra Långberget; inventa d. 29 Jun. & 17 Julii.

— *Bromoides*, Sp. Pl. 110, intra plantarium braſſicæ oppidi, alibique, inter agellos. Invent. d. 19 Jun. & 17 Julii.

— *fluitans*, 95, Svinſvingel, Mannagrås, in foſſis & udis ubique. Lecta florens d. 29 Jun. & 26 Aug. 1791.

BROMUS, *Secalinus* 96, Rogſvingel, in agris inter Secale paſſim.

— *arvenſis*, 97, Renſvingel, ad margines agrorum & in pratis. Lectus flor. d. 29 Julii.

BROMUS, *tectorum* 98, Takſvingel, in tectis & locis aridis, frequens. Florens viſus d. 13 Julii.

AVENA, *fatua*, 101, Landhafre, inter ſegetes lecta d. 30 Maji.

— *elatior*, 102, Knylhafre, in prato prædii Tynelsö inventa d. 16 Junii, & ad Nåsbyholm d. 15 Julii 1791.

— *pratenſis*, 104, Ånghafre, in pratis, inventa florens d. 16 Julii 1791.

— *pubeſcens*, in varietate β. frequens in Storången, alibique.

ARUNDO, *Phragmites*, 105, Bladvaſs, ad littora Måleri, in ſinibus præſertim & fretis florere viſa, in Septembri.

— *epigeios*, 106, Bergrör, in jugo inſulæ Galgholmen, lecta d. 26 Auguſti.

— *Calamagroſtis*, 107. Grenrör, in littoribus inſularum Kållarholmarna, & Rullingſkår; florens reperta in Julio 1791.

LOLIUM, *perenne*, 100, Renrepe, intra hortos, agros & in pratis vulgaris.

ELYMUS, *caninus*, 112, in prato præd. Epiſc. Sundby: florens inventus d. 8 Julii 1791.

TRITICUM, *repens*, 114, Quickrot, in pratis, agris & hortis vulgatisſimum. Florere ſolet menſe julio.

TETRANDRIA

MONOGYNIA

SCABIOSA, *arvenſis* 117, Åkervadd, in pratis & agrorum marginibus pasſim. Florens invent. d. 17 Aug.

— *ſuccifa*, 119, Ångsvadd, in pratis & campis humidiuſculis frequens. Florens viſa d. 7 Jul. 8 Aug. & 15 Sept. 1791.

ASPERULA, *odorata*, 121, Myſchegrås, in Querceto promon-

montorii Gorſingholmenſis orientalis. Florere incipit ineunte Junio & ad menſis fere exitum pergit.

— *tinctoria*, 122, Fårgmadra, in coryleto prati Olivehálienſis, prope ad xenodochium, & in nemore prati Nyängen; florens inventa d. 12 Junii 1790 & 3 Julii 1791.

GALIUM, *verum*, 123, J. Mariæ Sånghalm, in pratis, hortis &c. vulgatisſimum. Florens viſum in Junio ad d. 24 usque Octobris.

— *boreale*, 124, in pratis &c. vulgare. Florens viſum in Junio, Julio & Auguſto.

— *paluſtre*, 126, in udis & rivulis frequens. Florere ſolet in Aug. & in multum Octobrem.

— *uliginoſum*, 127, ad ripas lacus & in paſcuis udis frequens. Floret in Jun. Jul. & Auguſto.

— *Aparine*, 128, Snårjegrås, in hortis in primis vulgatisſimum & moleſtum; menſe Jul. maxime florens.

PLANTAGO, *major*, 129, Groblad, in cultis & ad vias frequens. Florens lecta in Julio, & d. 16 Aug. pleraque defloruisſe viſa.

— *media*, 130, Kampar, in pratis & hortis frequens. Per Junium, Julium & Aug. floret.

— *lanceolata*, 131, ad vias & agros pasſim, florens cum præcedente.

ALCHEMILLA, *vulgaris*, 141, Daggſkål, in pratis & hortis frequens. Florere primum viſa d. 13, Maji & florens adhuc d. 16 Aug. 1791.

DIGYNIA

CUSCUTA, *Europæa*, 144, Snarrefva, in hortis & cultis pasſim. Lecta florens initio Auguſti 1791.

TETRAGYNIA

POTAMOGETON, *natans*, 145, in lacu prope ad ripas, & fretis non infrequens. Viſum florens d. 25 Junii & fere deflor. d. 18 Aug. 1791.

— *perfoliatum*, 146, Nate, in lacu ubi minus profunda aqua; florens viſum d. 16 Aug. 1791.

— *compreſſum*, 149, in freto Eldſund lectum d. 29 Julii 1791.

— *gramineum*, 151, eodem, quo præcedens, loco & menſe lectum, 1791.

— *puſillum*, 153, in rivulo ad villam ruſticam Hagby, in Hårad, repertum florens d. 21 Jul. 1791.

SAGINA, *procumbens*, 155, in campis depaſtis paſſim; flore inventa d. 8 Julii & deflor. d. 17 Aug. 1791.

PENTANDRIA

MONOGYNIA

MYOSOTIS, *ſcorpioides*, 157, Förgät mig ej, in campis exaridis ubivis. Varietas *β*, *paluſtris*, in pratis humidis, ut Gorſinge Kongsång, & Stenbyång, cum præcedente, florens deprehenſa eſt, in Majo & Junio.

— *Lappula* 158, in Husbyång, Parœciæ Vanſö, & plateis Strengneſ. florens viſa d. 16 Jul. & 17 Auguſti.

LITHOSPERMUM, *officinale*, 159, in inſula Skarpan *) ad boream inſulæ Selö, unico in loco, copioſum, inventum adhuc flores gerens, etſi potisſimum florendi tempus videbatur præteriisſe, d. 11 Julii 1791. Semina autem habens matura d. 5 Aug. annis 1783 & 1791.

LITH-

*) Annis. quibus ab Equis non depaſcitur inſula.

Lithospermum *arvenſe*, 160, Horlåtta, in agris ſecalinis frequentisſimum, florens per menſem Maji.

Anchusa, *officinalis*, 161, Oxtunga, in ruderatis frequentisſima. florens obſervata a Majo menſe in adultum Octobrem.

Cynoglossum, *officinale*, 162, Munklöſſ. rugge, in ruderatis ubique, maxime vero in marginibus viæ publicæ oppido proximæ copioſum, florens per menſem Jun.

Pulmonaria, *officinalis*, 163, in nemoribus pratorum plurium, maxime vero in promontorio Gorſingholmenſi orientali & clivis jugorum prati Regii vicini, omniumque abundantisſ. in Querceto & fruticeto tugurii Peterstorp. Florens viſa a medio ad exitum menſis Maji. Folia vero radicalia, a caulinis apprime diverſa, per totam æſtatem durant.

Symphytum, *officinale*, 165, Vallört, intra hortum priſtini Noſocomii, in ſolo cæſpitoſo ferum; floribus albis lectum ad finem Junii.

Asperugo, *procumbens*, 166, Ormögon, in Sörgårdet ad horreorum parietes, alibique, locis cultis frequens; florens lecta d. 6 Junii.

Lycopsis, *arvenſis*, 167, in cultis & inter ſegetes; florere viſa d. 28 Junii.

Echium, *vulgare*, 168, in agris Storgårdet rarius, ad prædium equeſtre Nåsbyholm, in cæſpitoſis agrorum, paulo uberius; ad margines agrorum pagi Geſtad, in Thoreſund, prope ad viam publicam, copioſum; (qui locus abeſt a Strengneſia 5 circiter quart. partes Milliaris). Florens viſum ab ultimis Junii diebus ad 10 usque Octobris.

Androsace, *ſeptentrionalis*, 170, ad agrorum margines & ju-

juxta viam publ. non procul a templo parœciæ Öfver Selö; invent. florens d. 19 & 25 Maji annis 1787 & 1791.

PRIMULA, *veris*, 171, Oxlägga, in pratis nemoroſis abundantiſſime; circa medium fere Maji maxime florens.

— *farinoſa*, 172, Braxenblomſter, in pratis humidis frequens, & in prato Storängen copia ingenti, exeunte Majo & initio Junii florere ſolita.

MENYANTHES, *trifolia*, 173, Munkkål, Klöfver, in freto Eidſund & lacuna paludoſa paſcuorum prædii Åsby, parca copia, in paludibus öfverſelöënſibus uberior. Floret cum Caltha ad finem Maji.

HOTTONIA, *paluſtris*, 174, in rivo juxta pontem ad Biſpquarn, in paludibus Inſulæ Toſter, aliisque frequens. Florens viſa ab exeunte Junio & per Julium menſem.

LYSIMACHIA, *vulgaris*, 175, ad ripas Måleri copioſa, florens a medio Julii, per Auguſtum.

— *Thyrſiflora*, 176, in pratis & inter agros, locis humidiuſculis, paſſim; florens viſa d. 17 Jun. & deinceps.

ANAGALLIS, *arvenſis*, 178, in littoribus Måleri glareoſis infra collem alatæ molæ urbis, & infra Nabbacken, copioſe, per Julium & Auguſtum florens; in arvis etiam fundi Storgårdet, reperta.

CONVOLVULUS, *arvenſis*, 181, Åkervinda, in marginibus agrorum & inter ſegetes, non infrequens, florens viſus 1791 d. 21 Julii ac deinceps.

— *ſepium*, 182, Skogsvinda, in inſula Skarpan (vid. ſ. N. 159) ſtirpes multæ, flos unicus inventus d. 15 Aug. 1791. In inſula vicina Nybbleholm copioſæ etiam ſtirpes nondum florentes ad ripam orientalem, eodem die, repertæ.

CAMPANULA, *rotundifolia*, 184, Klocka, in pratis & inter

ter agros ubivis frequens; ab initio Julii in adultum auctumnum ſoler florere.

— *perſicifolia*, 187, ad frutices & ſepes per Julium & Aug. floret.

— *latifolia*, 188, in prato orientali præd. Epiſc. Sundby reperta d. 8 Jul. 1790 & 25 Jul. 1791.

— *Trachelium*, 189, in nemoribus pratorum pasſim; viſa florens d. 15 Jul. 1791.

LONICERA, *Xyloſtium*, 144, Try, in fruticetis non infrequens; copioſe in Querceto ad Petterstorp, (v. ſ. N. 163). Floret initio Junii.

VERBASCUM, *Thapſus*, 195, in locis glareoſis & aridis pasſim. Florens viſum d. 11 Junii & 24 Sept. 1791.

— *nigrum*, 197, Kungsljus, intra hortos, agros & ad vias ſparſim, & non rarum; florens viſum a d. 13 Jul. ac deinceps per Auguſtum.

DATURA, *Stramonium*, 198, in plateis Strengneſiæ abundans; primos explicare ſolet flores initio Aug. & in auctumnum usque florens ac fructificans durare.

HYOSCYAMUS, *niger*, 196, Bolmört, in ruderatis ad vias & foſſas frequens; per Junium & Julium florere ſolitus.

SOLANUM, *nigrum*, 200, Trollbår, intra hortos & in cultis frequens; florere viſum a 16 Aug. ac deinceps, in auctumnum.

— *Dulcamara*, 201, Quesgräs, ad ſepes & in ruderatis, glareoſis & udis, per oppidum inque vicinis. Florens viſum in Junio, Julio, Aug. ac deinceps.

RHAMNUS, *catharcticus*, 202, Getapel, in paſcuis pratorumque & agrorum incultis & aſpretis. Floret menſe Junio.

RHAM-

RHAMNUS *Frangula*, 203, Brakved, in paſcuis, locis depreſſis & udis, ſparſim. In inſula Lillſtrengnås florens viſus d. 22 Junii.

RIBES, *rubrum*, 205, Rôda vinbårs buſke, inventum fructiferum in ſilva deſerta inſulæ Nybbleholm. (v. ſ. ad N. 182).

— *alpinum*, 206, Måbårsbuſke, in nemoribus & int. frutices admodum frequens, viſum florentisſimum circa medium menſis Maji.

— *nigrum*, 207, Svarta vinbårs buſke, ferum deprehenſum in littore Måleri ultra Kolſund, ad meridiem inſulæ Flåſklôſan.

— *Uva crisſpa*, 107, Krusbårsbuſke, in paſuis prædii Epiſc. Sundby, copioſum, aliisque in collibus & incultis ſparſim. Primo vere florens.

DIGYNIA

ASCLEPIAS, *Vincetoxicum*, 202, Rylrotgrås, in collibus & inſulis glareoſi ſoli, ut Djåkneholmen & Lillſtrengnås, copioſe. Eﬄoreſcere ſolet initio, vel ſaltem ante medium Junii; ac deinceps per Julium & Auguſtum florere.

HERNIARIA, *glabra*, 213, in campis ſterilibus circumjacentibus non infrequens; ad exitum Maji, per Junium, Julium, & in Aug. quærenda.

CHENOPODIUM, *Henrici*, 214, Stolt Henrics grås, in cœmeterio Urbis, intra hortos, alibique pasſim, in Junio & Julio florens.

— *urbicum*, 215, intra hortos & ad vias non infrequens.

— *album*, 218, Svinmolla, in agris hortis, &c. frequens.

— *viride*, 219, paribus, ac nuper nominatum, locis abundans. Hoc & utrumque præcedens in Jul. & Aug. florent.

CHEN-

CHENOPODIUM *hybridum*, 220, inter olera in hortis alibique non rarum; florens lectum in Medio Auguſti.

— *polyſpermum*, 223, in ſepto agrorum auſtralium Noſocomii, florens inventum ad initium Auguſti; alibique rarius viſum.

ULMUS, *campeſtris*, 226, Alm, ad villam Larslunda, in jugis prati Regii Gorſingholmenſis, alibique rarius; florens viſa initio Maji; & circa medium Aprilis 1790.

GENTIANA, *Amarella*, 229, in prato ſilvatico villulæ ruſticæ Djupvik auſtralis. Florens lecta d. 22 Sept. 1787, alibique, ſed rarius, viſa.

— *campeſtris*, 230, in cœmeterio urbis; inter agros præd. Equeſtr. Olivehåll, abundans, alibique non infrequens; florere viſa & d. 28 Junii, & 15 Auguſti.

SANICULA, *Europæa*, 235, in prato prædii Måringe, loco non amplo, ſed numeroſis tamen ſtirpibus; florens reperta d. 9 & 21 Junii 1791.

TORDYLIUM, *Anthriſcus*, 236, in inſula Skarpan (v. F. N. 159), florens inventum d. 11 Julii 1791.

Etiam in angulo boreali prati Tynåſenſis, d. 29 Julii ejusdem anni.

CONIUM, *maculatum*, 238, inter ſegetes agrorum prædii Epiſc. Sundby, villarumque Larslunda, Breſhammar, Gorſinge, Malmby, Biſpquarn &c. Florens viſum eſt d. 8 Julii 1791.

SELINUM, *paluſtre*, 239, Finſk Ingefära, in pratis paludoſis, ut ad tugurium Knåppinge, frequens, & in paludibus ultra Långberget. Florere viſum d. 21 Julii & 8 Auguſti.

ATHAMANTHA, *Libanotis*, 240, in inſula Gåsholmen, prope ad Gorſingeholm, alibique in collibus pratorum paſſim; florere viſa d. 17 Jul. 1791.

LASERPITIUM, *latifolium*, 242, inter virgulta prati Sundbyång, copioſum; & menſe Junio florens.

HERACLEUM, *Sphondylium*, 243, in collibus agrorum Storgårdet, alibique paſſim, florens in Junio.

--- *anguſtifolium*, Syſt. Veg. P. 233 in pratis Sundbyång; & Husbyång, parœciæ Vanſö; florens inventum d. 8 & 16 Julii.

ANGELICA, *ſilveſtris*, 246, Björnloka, in nemore prati Nyången; locisque ſimilibus rarior; menſe junio ac Julio florens.

SIUM, *latifolium*, 247, in freto Eldſund aliisque aquis limoſis copioſe creſcens; viſum eſt menſe Julio florere.

PHELLANDRIUM, *aquaticum*, 252, Ståkra, in freto Eldſund, plurimum, alibique paſſim, non infrequens; ad finem Junii & in Julio viſum eſt florere.

CICUTA, *viroſa*, 253, Språngört, in freto Eldſund, menſe Julio & initio Aug. florens inventa eſt.

AETHUSA, *Cynapium*, 254, Vild Perſilja, in hortis & plantariis frequens vitium, per totam æſtatem, in multum auctumnum florens.

CHÆROPHYLLUM, *ſilveſtre*, 257. Hundloka, in locis cultis, ad ſepes & parietes ubique, ad finem menſis Maji florere incipere ſolet.

PASTINACA, *ſativa*, 259, Palſternacka, in prato inſulæ Segerö, fera & florens inventa d. 22 Jul. 1791.

CARUM, *carvi*, 260, Kummin, in prato prædii Epiſc. Sundby frequens, aliisque in cæſpitoſis non infrequens; in pratis & inter agros parœciæ Öfverſelö admodum copioſum.

PIMPINELLA, *Saxifraga*, 261, in paſcuis, ad agrorum margines &c. frequens. Florere viſa eſt copioſe in Junio, perque Julium & Aug. pergere.

AEG-

AEGOPODIUM, *Podagraria*, 263, Squallerkål, in hortis oleraceis paſſim; menſe Junio florens.

TRIGYNIA

VIBURNUM, *Opulus*, 264, Ulfbårstrå; in paſcuis & pratis nemoroſis paſſim. Florere ſolet a medio Junio in Julium ineuntem.

SAMBUCUS, *nigra*, 265, Flåder, intra hortos & ſepta, fera creſcens, in Julio, ac deinceps, in ultimum auctumnum, floret.

— *Ebulus*, 266, Sommarhyll, Vildflåder, in platea prope ad villam Archipræpoſiti, efflorefcens in Medio Aug.

ALSINE, *media*, 267, Narfgrås, in hortis oleraceis ubique, multitudine peſtilenti, infeſtum. Floret a primo veris exordio in ultimum auctumnum.

TETRAGYNIA

PARNASSIA, *paluſtris*, 268, in udis pratorum fere ubivis frequens. Floret poſt medium Junii & in Julio.

PENTAGYNIA

STATICE, *Armeria*, 269, ad margines agrorum & ſegetum in Storgårdet, non procul a lacu. Ineunte menſe Jun. florere ſolet incipere.

LINUM, *catharticum*, 271, in paſcuis circumjacentibus paſſim obvium; florens inventum d. 14 Junii, per Julium, & in provectum Auguſtum.

DROSERA, *rotundifolia*, 273, in palude ſupra Långberget copioſe florens Auguſti initio, alibique in uliginoſis, paſſim.

POLYGYNIA

MYOSURUS, *minimus*, 276, intra hortos & ad marginem

viæ publicæ juxta ſepem agrorum Lillgårdet. Florens inventus d. 20 & 28 Maji 1789.

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

ALLIUM, *oleraceum*, 280, Ånglök, in pratis paſſim. In inſula Præſtholmen ad öfverſelö d. 10 Julii 1790, & florens & fructificans viſum.

LILIUM, *bulbiferum*, Fauna Sv. p. 557, Sp. Pl. 433, in pratis Öfverſelöënſibus, prædii equeſtris Tynelsö, juxta viam inter Landthållen & templum, & in Våla ång; inventum florens d. 5 & 10 Julii.

ORNITHOGALUM, *luteum*, 285, in hortis cultis & paſcuis copioſe; veris initio florens.

— *minimum*, 286, iisdem fere, quibus præcedens, locis, non infrequens, eodem pæne tempore, floret.

CONVALLARIA, *Majalis*, 292, Lilljeconvallje, in edito nemore prati Regii Gorſingholmenſis, non admodum parce; in prato tugurii Eklund parcius; in inſula Vaxångenſi minima, uberius; per totam inſulam Skarpan, (v. ſ. ad N. 159), copia effuſiſſima. Florens inventa ad exitum Maji & in priori Junii parte.

— *Polygonatum*, 294, Vånört, ad præcipitia montis Dalſångsberget, paſſim; in inſula Vaxångenſi minima, uberius, in prato prædii Måringe copioſe, alibique non infrequens. Lecta eſt florens d. 12, 20 ac 28 Maji, & ante medium Junii.

— *multiflora*, 295, in eadem, qua proxime præcedens, inſula rarior, eodemque, quo illa, tempore florens.

— *bifolia*, 296, in pratis & paſcuis non infrequens. Florere viſa eſt per menſem Junium omnem.

ACO-

ACORUS, *Calamus*, 297, Kalmus, ad littus orientale inſulæ Kurö per ſpatium ulnarum quadratarum circiter 50, confertisſimus & inexhauſta copia; ante floreſcentiam, d. 5 Julii 1791, repertus. Diſtat a Strengneſia locus duo circiter cum ſemisſe milliaria. Etiam ad urbem Mariæfred, non procul ab ipſa arce copioſe.

JUNCUS *conglomeratus*, 298, Knapptog, inter agros Vaxångenſes, & in prato paludoſo inter Lunda & Kilen, repertus d. 17 & 28 Julii.

— *effuſus*, 299, Vekerog, in paludoſis pasſim; in pratulo agellis Dalſångenſibus interjecto abundans repertus d. 10 Auguſti 1791.

— *filiformis*, 300, Trådtåg, in paludoſis ſilvæ Lundenſis, d. 29 Julii, & in extremitate peninſulæ Kaſkaren, initio Auguſti, lectus.

— *bulboſus*, 304, Stubbtog, in cœmeterio Strengneſenſi & in prato prædii Tynelsö, ad orientem, alibique, in medio Julii & ad medium Auguſti, inventus.

— *bufonius*, 305, in palude ſupra Långberget alibique pasſim; florens in Julio deprehenſus.

— *piloſus*, 308, Iltog, in ſilvis ac nemoribus pasſim; florens viſus d. 23 Aprilis & in Junium usque.

— *campeſtris*, 309, Knipletog, in pratis & paſcuis, exeunte Majo atque in Junio & Julio, viſus.

BERBERIS, *vulgaris*, 311, Berberisbuſke, in paſcuis prædii Epiſc. Sundby copioſisſime, alibique in vicinia pasſim. Florens viſa d. 16 Junii, 1791.

PEPLIS, *Portula*, 312, in Nabbviken, ac ſimilibus aqua hiemali ſubmerſis locis, frequens; florens lecta d. 5 Auguſti 1791.

TRIGYNIA.

RUMEX, *criſpus*, 314, in Tynåsång florens lectus d. 16 Julii 1791.

RUMEX, *aquaticus*, 315, Vattn-ſyra, ad ripas vicinas Måleri pleraſque frequens; florere ſolitus per menſem Aug.

— *acutus*, 316, Håſtſyra, in alneto prædii equeſtris Olivehåll, ad exitum Julii florens lectus 1790.

— *Acetoſa*, 318, Ångſyra, in pratis, nemoribus, paſcuis & inter agros frequens; floret menſe Junio.

— *Acetoſella*, 319, Bergſyra, in collibus & montibus cæſpite obductis non infrequens. Floret in Jun. & Jul.

TRIGLOCHIN, *paluſtre*, 321, Kärrſälting, in prato Lötlindan, ad fretum Eldſund; alioique in paſcuis udis, paſſim. Florens lectum d. 28 Junii, 1791.

— *maritimum*, 322, Hafsſålting, in udis prati Storången, aliisque locis ſimilibus; florens lectum d. 3 Julii 1791.

POLYGYNIA,

ALISMA, *Plantago*, 323, ad ripas aquarum paſſim. Flores non paucos retinens, inventa eſt copioſe in ſaltu Lunda bråten, d. 21 Julii 1791.

HEPTANDRIA

MONOGYNIA

TRIENTALIS, *Europæa*, 326, in Quercetis & nemoroſis, ut promontorio Gorſingenſi orientali, & nemore prati Eklundenſis, ubi copioſisſima; florens lecta d. 4 & 15 Junii.

OCTANDRIA

MONOGYNIA

EPILOBIUM, *anguſtifolium*, 327, Kalfrumpa, in nemoribus & ſaxoſis non infrequens. Floret ad finem Junii & in Julio.

EPI-

EPILOBIUM, *montanum*, 329, in clivis montium & collibus paſſim. Floret ad exitum Jun. & per omnem Jul.

— *paluſtre*, 330, ad foſſas & rivulos paſſim; florens menſe Julio.

VACCINIUM, *uliginoſum*, 332, Odonris, in turfis paludum, præſertim ſilvæ Strengneſenſis, uberrimum.

— *Myrtillus*, 333, Blåbärsris, in Vargholmen, Sörgärdet, ſaltu Vaxångenſi aliisque locis, copioſum. Florens viſum d. 21 Maji & initio Junii 1791.

— *Vitis Idæa*, 334, Lingonris, in ſaltu Thun & turfis paludum ſilvæ Strengneſenſis abundans. Floret in menſe Junio maxime.

— *Oxycoccus*, 335, Tranbärsris, in paludibus ſilvaticis oppidi frequens. Florere viſum d. 27 Julii 1790.

ERICA, *vulgaris*, 336, Ljung, per ſilvam Strengneſenſem, ubi durius eſt ſolum, copioſa. Floret ab æſtate in ultimum auctumnum.

DAPHNE, *Mezereum*, 338, Tibaſtbuſke, in Populeto Limſlåtsnäs in Barfva, juxta lacum Okna ſjön, paucæ & puſillæ ſtirpes; ad Kalkkulla, ejusdem parœciæ, in paſcuis juxta lacum Naſen, major eſt & copioſa. Floret primo vere, nive nondum omni ſoluta. Eſt ille locus unum cum dimidio, hic duo propemodum milliaria, a Strengneſia remotus.

TRIGYNIA

POLYGONUM, *aviculare*, 339, Trampgräs, in areis, plateis, hortis &c. vulgaris. Florens viſum initio Auguſti.

— *viviparum*, 340, in pratis frequens. Floret in Junio ac deinceps.

Po-

POLYGONUM, *Amphibium*, 341, Pilört, in foſſis & in Mälaren aquis ad littora. Florens viſum d. 14 Julii & florentiſſimum in lacu d. 18 Auguſti.

— *Perſicaria*, 342, in ruderatis & ſolo fertili, paſſim. Viſum eſt florere in Julio & Auguſto.

— *Hydropiper*, 343, Jungfru Tvål, in ſcrobiculis & aquoſis ubivis frequens. Florens viſum d. 7 Aug. 1790.

— *Convolvulus*, 344, Binda, in agris & hortis non infrequens; viſum florens d. 22 Julii & 8 Auguſti.

TETRAGYNIA,

PARIS, *quadrifolia*, 346, Trollbärsgräs, in nemoribus pratorum, qualia ad Tynäs, Stenby & Märinge, frequens. Florens in exitu Maji, & in prima Junii parte florentiſſima inventa.

ADOXA, *Moſchatellina*, 347, in nemoribus, ut promontorii Gorſingholmenſis orientalis, non infrequens. Florens viſa eſt d. 7 Maji, 1791.

ELATINE, *Hydropiper*, 348, in Nabbviken, ante floreſcentiam inventa d. 5 Auguſti 1791.

ENNEANDRIA

HEXAGYNIA

BUTOMUS, *umbellatus*, 350, in aquis lacus, fretorum &c. ad ripas, paſſim; viſus florens per Julium, Auguſtum & in Septembri.

DECANDRIA

MONOGYNIA,

MONOTROPA, *Hypopitbys*, 351, Lungört, in ſaltu Strengneſenſi, & ipſa platea limitari, quæ hunc a ſaltu prædii Olivehäll dirimit; florens inventa d. 9 Auguſti 1791.

LE-

LEDUM, *paluſtre*, 352, Squåkra, Squattram, in turfis paludum circumjacentium omnium, copia uberrima. Florens viſum eſt exeunte Junio, per Julium & in Aug.

ANDROMEDA, *polifolia*, 353, in paludibus ſilvarum parœciæ Lånna; florens lecta exeunte Majo & in Junio.

ARBUTUS, *Urſi*, 358, Mjölonris, in aſpretis & editis ſilvæ Strengneſenſis copioſa; florens poſt Maji medium inventa.

PYROLA, *rotundifolia*, 360, in ſilvis vicinis non infrequens; in nemore prati Eklundenſis uberrima deprehenſa; florere ſolita in poſteriori Julii parte.

— *minor*, 361, in ſaltu Thun rarior, ad littora promontorii Gorſingholmenſis, orientalis, uberior; florens ad finem Junii & ineunte Julio menſe.

— *ſecunda*, 362, in ſilvis vicinis frequens. Floret circa finem Junii.

— *umbellata*, 363, Rylgrås, in ſilva Thun, non procul a lacu, rarior; in ſaltu prædii equeſtris Målsåker, frequentior. Florens reperta eſt d. 17 Auguſti 1791.

— *uniflora*, 364, in ſilvis inſulæ Toſter, in ſilva Thun, aliisque vicinis, copioſa; florens ad exitum Junii & initio Julii.

DIGYNIA

CHRYSOSPLENIUM, *alternifolium*, 365, in alneto infra agros prædii Epiſc. Sundby, ad rivulum ſcaturiginis juxta lacum, multum florens inventum d. 11 Maji 1785, d. 24 Maji 1787, d. 17 April. 1791; & ad ſcaturiginem in paſcuis prædioli Biſpquarn copioſisſime florens d. 27 April 1791.

SAXIFRAGA, *granulata*, 372, Stenbråcka, in clivis paſcuorum & inſularum in vicinia, copioſisſima; florens provecto nonnihil Majo, & ad medium fere Junii.

SCLERANTHUS, *annuus*, 377, Tandgräs, in marginibus agrorum Sörgårdet alibique, paſſim; florere ſolens provecto Junio & initio Julii. In agris prædii equ. Olivehäll inventa copioſior, floribus nondum omnibus amiſſis, d. 9 Auguſti 1791.

SAPONARIA, *officinalis*, Sp. Pl. 584, ſuper petra inter ceraſorum & Roſæ gallicæ virgulta, in horto quodam culinari oppidi fera quotannis creſcit, olim forte ſata vel e ſeminibus temere lapſis enata. Florere ſolet a fine Julii ac deinceps, usque in auctumnum.

DIANTHUS, *deltoides*, 382, Ångneglica, in paſcuis & pratis aridioribus &c. non infrequens florere viſus exeunte Julio & ad inclinatum Septembrem.

TRIGYNIA

SILENE, *nutans*, 388, in clivis paſcuorum & ad radices montium, paſſim, florens ab ultimis Junii diebus in provectum Auguſtum.

STELLARIA, *graminea*, 393, varietatibus, α, β & γ, locis naturæ ſuæ convenientibus, in vicinia vulgaris; in Junio, Julio & Auguſto florens.

ARENARIA, *trinervia*, 397, in umbroſis, ut promontorio Gorſingenſi orientali, inſula Segerö, & prato prædii Måringe, viſa florens d. 29 Maji, & per Junium.

— *ſerpyllifolia*, 398, in cœmeterio urbis, in promontorio Gorſingenſi ad orientem, & in inſula Selö juxta agros, d. 29 Maji, in fine Junii & 9 Julii viſa.

— *rubra*, 399, in inſula Selö ad margines viæ publicæ inter Landhällen ac templum florens inventa circa initium Auguſti.

PENTAGYNIA

SEDUM, *Telephium*, 400, Taklök, in tectis, rupibus, & cli-

clivis glareoſis inſularum & continentis, circa urbem frequens; progresſo nonnihil Auguſto, ac deinceps, florens.

— *album*, 402, in Sundkarls-hagen, prope ad lacum, & in inſula Morraró copioſum; florens lectum d. 16 Julii 1791.

— *acre*, 403, Skjórbjugsgrås, in tectis, montibus, clivis & arvis, vulgatisſimum. Floret adulto Jun. & in Jul.

— *ſexangulare*, 404, præcedenti pasſim immiſtum, ſed rarius; inventum in Vargholmen, florentisſimum d. 29 Julii 1791.

— *annuum*, 405, in petris & aridis, pasſim; florere ſolens in Junio.

OXALIS, *Acetoſella*, 406, Gókſyra, in Juniperetis, juxta frutices & circa turfas vulgaris. Florens inventa eſt d. 30 Aprilis & per Majum 1791.

AGROSTEMMA, *Githago*, 407, Klått, Klint, in agris inter Secale frequens; in Julio & Auguſto florens.

LYCHNIS, *cuculi*, 408, in pratis humidiuſculis, pasſim; florens inventa d. 30 Junii, in pratulis ad fretum Eldſund; & in prato Sundbyenſi, d. 27 Aug. 1791.

— *Viſcaria*, 409, Tjårblomſter, in pratis & campis frequens; florere viſa ab ineunte Junio, in medio ejus florentisſima, & per ſequentes menſes nonnulla.

— *dioica*, 411, in cœmeterio & pratis &c. pasſim; florens menſe Jnnio & Julio; flore purpureo, d. 11 Jul. 1785, in Morraró lecta.

CERASTIUM, *aquaticum*, 413, in humiliore inſula Galgholmen, florens lectum d. 17 Junii 1790, & in lingula Storudden, ad orientem tugurio, margini aquarum innatum, & flores vegetos & capſulas ſemine turgidas gerens inventum d. 25 Sept. 1790.

CERASTIUM *viſcoſum*, 414, in paſcuis & maceriis paſſim; florens viſum ab exitu Maji, per Junium & Julium.

— *vulgatum*, 415, in campis, paſcuis, & intra hortos, non infrequens; menſe Junio florens viſum.

— *ſemidecandrum*, 416, florens lectum in lingula Klâckſten d. 25 April. & in clivo promontorii Gorſingholmenſis occidentalis, d. 7 Maji, 1791.

SPERGULA, *arvenſis*, 419, Fryle, inter agros & ſegetes frequens; florens viſa d. 30 Junii 1790, & flores adhuc gerens d. 10 Octob. 1789.

— *nodoſa*, 420, in paludibus ſilvæ urbicæ exſiccatis earumque marginibus, inque boreali montis Långberget clivo, ſuper novalia; udis locis, copioſa; menſibus Jul. & Auguſto florens.

DODECANDRIA

MONOGYNIA

LYTHRUM, *Salicaria*, 422, ad ripas Mâleri, alibique copioſiſſimum, per menſes Julium & Auguſtum florens.

DIGYNIA

AGRIMONIA, *Eupatoria*, 423, Åkermônja, in pratis, paſcuis & inter agros, non infrequens; inclinato Junio perque Julium & Auguſtum florere animadverſa.

TRIGYNIA,

EUPHORBIA, *Helioſcopia*, 425, Reforms-grås, in hortis, plateis & ad ſepes abundans; floreſcentia in Auguſto obſervata.

— *Peplus*, 426, Råſmjölk; locis quibus præcedens, copioſiſſime Julio & Auguſto menſibus, floret.

IC-

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

Prunus, *Padus*, 431, Hågg, in paſcuorum & pratorum editis ac nemoribus paſſim; a medio ad exitum Maji florere ſolita.

— *ſpinoſa*, 432, Stårkbårsbuſke, in paſcuis, pratis & in collibus intra ſepta agrorum plurima; florens plerumque ad exitum Maji.

DIGYNIA.

Cratægus, *Aria*, 433, Oxel, in nemoribus rarius, ut ad littus Måleri auſtrale, infra villulam Djupvik, & ad boreale non procul a prædio ruſtico Sanda, reperta; puſilla tamen & male tractata; nec extra hortos, præterquam in cœmeterio, per violentas hominum manus, ad juſtam proceritatem & magnitudinem provehi potuiſſe, uſpiam a me in hac vicinia viſa. Florebat circa ſolſtitium 1790 & 1791.

— *Oxyacantha*, 434, Hagtorn, in pratorum collibus, in paſcuis & inter frutices non infrequens. Floret circa medium Junii.

Sorbus, *aucuparia*, 435, Runn, in pratis & inſulis vicinis non infrequens. Florere animadverſa d. 9 & 14 Junii 1791.

PENTAGYNIA.

Pyrus, *communis*, 436, Villpårontrå, inter frutices prati villæ paſtoralis, Ekhagen in Aſpö, pluribus inventa ſtirpibus; forſan e ſeminibus fructuum hortenſium, temere jactis enata.

— *Malus*, 437, Skogsapal, in pratis vicinis varietate di-

verſa, frequens. Floret hæc & præcedens tempore, quo hortenſes.

MESPILUS, *Cotoneaſter*, 438, Oxbårsbuſke, in Vargholmen & pratorum collibus, non infrequens; viſa florens d. 7 ac 29 Maji; d. 29 autem Jun. & fructus & flores ferens.

SPIRÆA, *Filipendula*, 439, Somilla, in pratis ſiccioribus vulgaris; florens conſpecta d. 25 Junii, per Julium & in medio Auguſti.

— *Ulmaria*, 440, Elggrås, in pratis humidis vulgatisſima, menſe Julio florens.

POLYGYNIA

ROSA, *canina*, 441, Törnbuſke, in pratis, paſcuis & aſpretis frequens. Floret exeunte Junio & in Julio.

— *ſpinoſisſima*, 442, Smörnjuponbuſke, in pratis & paſcuis, rarior, cum præcedente florens.

RUBUS, *cæſius*, 445, Blåhallonbuſke, in collibus pratorum nonnullis, & in littoribus inſularum, Lillſtrengnås aliarumque copioſus; in fine Junii & in julio florens.

— *Idæus*, 446, Hallonbuſke, in maceriis, aſpretis & ſaxoſis collibus frequens; circa medium Junii flores explicare animadverſus.

— *ſaxatilis*, 447; Jungfrubärs refva, in pratis, ſolo glareoſo & ad lapides, non infrequens; florere viſus d. 12 Junii 1790 & d. 9 ejusdem 1791.

— *Chamæmorus*, 449, Hjortronris, in paludibus ſilvæ Strengneſenſis rarus, in parœcia Barva copioſior; florens ad exitum Maji & initio Junii *).

FRAGARIA, *veſca*, 450, Smultronört, in ſolo locisque, quali-

*) Rubus, *fruticoſus*, 444, Svarthallonbuſke, in inſulis Måleri, occidentem verſus exiſtere dicitur, a me tamen nondum inventus.

ribus frui ſolet, copioſiſſima; in confinio Maji & Junii maxime florens.

Potentilla, *anſerina*, 452, in paſcuis & ad ſemites &c. frequens. Florere viſa ab exitu Maji, per Junium & in Auguſto.

— *argentea*, 454, Femfingers-ört, locis ſiccis & ſterilibus, non infrequens; florere obſervata a medio Junii in provectum Auguſtum.

— *verna*, 455, in ſiccis & apricis, ut clivis prati Gorſingholmenſis, ſoli meridionali adverſis, copioſa; per menſem Majum potiſſime florens.

— *reptans*, 456, in pratis agrorumque marginibus, paſſim; florens conſpecta d. 4 ac 29 Julii & d. 17 Aug.

Tormentilla *erecta*, 459, Blodrot, in campis ſterilioribus vulgatiſſima; florere viſa ab exitu Maji in adultum Septembrem.

Geum, *urbanum*, 460, in cæſpitibus hortorum, collibus & fruticetis pratorum, paſſim, d. 2 & 29 Junii florens conſpectum.

— *rivale*, 461, Fårpungar, in pratis campisque uliginoſis frequens; ante & poſt Junium florens, illo autem ineunte florentiſſimum.

Comarum, *paluſtre*, 463, Mjölkpungar, in pratis humidioribus, paſſim; florens inventum initio Julii.

POLYANDRIA

MONOGYNIA

Actæa, *ſpicata*, 464, Trollbärsört, inter frutices & ad ſaxa, paſſim, ab exitu Maji ad 30 Auguſti florens deprehenſa.

Chelidonium, *majus*, 465, *Svalört*, intra hortos, in rude-

deratis & ad ſepes non infrequens; florere obſervatum ad finem Maji, per Junium, Julium & proveƈt. Aug.

PAPAVER, *dubium*, 467, inter ſegetes, pasſim, florere viſum poſt medium Junii, per Julium & d. 24 Auguſti, 1791.

— *Rhœas*, 468, inter ſegetes, rarius, viſum florere d. 12 Aug. 1791.

NYMPHÆA, *lutea*, 469, Nåckblad, in fretis Eldſund, & ad Tynelsö djurgård in primis copioſa; ad finem Junii & adoleſcente Julio florens.

— *alba*, 470, præcedenti immiſta, rarior, eodem tempore florens.

TILIA, *Europæa*, 471, Lind, in nemoribus & inſulis, ut collibus & jugis Gorſingholmenſibus, pasſim; in Vaxångsſkår & Kållarholmen creberrima, inventa florens d. 29 Jun. 1789.

CISTUS, *Helianthemum*, 472, in aridis editisque pratorum, a medio Junii in proveƈtum Septembrem florens.

TRIGYNIA

DELPHINIUM, *Conſolida*, 475, Riddarſporre, in teƈtis & inter ſegetes frequens; florere viſum, a menſe Julio in exeuntem Septembrem.

PENTAGYNIA

AQUILEGIA, *vulgaris*, 478, Åkerleja, in ruderatis hortorum & cœmeterio, per Julium & in Auguſtum ineuntem florere viſa.

HEXAGYNIA

STRATIOTES, *Aloides*, 479, in freto Eldſund ſub aquis frequens; florere deprehenſus d. 21 Julii 1783.

POLYGYNIA

ANEMONE; *Hepatica*, 480, Blåſippa, in pratorum & paſcuo-

ſcuorum fruticetis abundans; florere obſervata, pro diverſitate annorum, ab ultimis Martii diebus in Majum adultum; initio tamen Maji plerumque florentisſima.

— *Pulſatilla*, 481 Backſippa, in clivo agrorum Sörgårdet & inſula Vargholmen, non copioſa; viſa florens a poſtremis Aprilis diebus ad Maji propemodum finem.

— *nemoroſa*, 485, Hvitſippa, locis, qualia ſolet amare, frequens; in nemore promontorii Gorſingholmenſis, alibique luxuriat; per menſem Majum inprimis, & in adultum Junium florens.

— *Ranunculoides*, 486, Gulſippa, in nemoribus prati Storången, promontorii Gorſingholmenſis orientalis, editis ac nemoroſis pratorum ac paſcuorum in Toſter, alibique in tractibus urbi vicinis, uberrima; viſa ante medium Maji ad exitum ejus florere.

THALICTRUM, *flavum*, 488, in pratis humidiuſculis crebrum, a medio Junii ad exitum ejus florere animadverſum.

— *minus*, 489, in prato Nåsbyholmenſi ad pratum Strengneſenſe proximo, florens inventum d. 21 Jul. 1791. In pratis etiam Husbyenſibus parœciæ Vanſö abundanter creſcens legebatur in Julio 1784; ibidem vero nullum ejus veſtigium proximis abhinc annis repertum.

RANUNCULUS, *Lingva*, 493, in oſtio freti Eldſund florens lectus d. 29 Julii 1791, & in oſtio rivi inter Gorſingeholm & Bätudden d. 12 Sept. 1789.

— *Flammula*, 494, Åltgräs, in paludoſis, lacunis & ſcrobiculis, vulgaris; florens ab exitu Maji per totam æſtatem; deprehenſus etiam d. 25 Septembris.

— *reptans*, 495, in ripis Måleri lacus abundans; a medio Junii in Septembrem ineuntem, viſus florere.

— *Ficaria*, 496, in cæſpitoſis hortorum & nemoribus

 fre-

frequens, ad finem Aprilis efflorescere, & Majo medio florentisſimus esſe ſolitus.

— *auricomus*, 498, in pratis humidis nemoribusque editis, frequens, a d. 7 Maji per totum deinceps menſem florens conſpectus.

— *ſceleratus*, 499, in rivulo fontis alneti ad Aludden (v. ſ. ad N. 365), & ad ſcaturigines aquarumque lacunas alias, pasſim; florere ſolens in Junio.

— *bulboſus*, 504, in paſcuis Sundbyenſibus alibique in aridis, frequens; in confinio Maji & Junii florentisſimus.

— *repens*, 505, in hortis oleraceis & agris pasſim; florens inventus ab exitu Maji in ultimum Octobrem.

— *polyanthemos*, 506, in pratis fertilioribus, ut ad Stenby, Måringe & in Lötlindan, parca copia; in Junio circa medium menſis ac deinceps florentisſimus; etiam ad medium usque Auguſti flores retinens.

— *acris*, 507, Smörblomſter, in pratis & paſcuis plurimis; ab initio Junii ad Auguſti medium viſus florere.

— *aquatilis*, 509, in lacu ad ripas inque fosſis & aquis quibusvis ſtagnantibus, frequens. Florere viſus eſt in fine Maji, & ad medium Auguſti.

TROLLIUS, *Europæus*, 510 Smörbollar, in prato tugurii Eklund, rarior; in Junio ante menſis medium florens.

CALTHA, *paluſtris*, 511, Kalf lekan, in pratis humidis abundans; initio Maji efflorescens ad finem menſis florentisſima esſe ſolet; etiam d. 30 Auguſti ſuperſtes inventa.

DIDYNAMIA

GYMNOSPERMIA,

AJUGA, *pyramidalis*, 512, Kåringkruka, in pratorum aridis ac nemoroſis, non infrequens; ad finem Maji florere & in Junio florentisſima esſe conſpecta.

NE-

Nepeta, *cataria*, 514, Kattmyntha, in plateis Strengneſenſibus crebra, per Julium & Auguſtum florens obſervata.

Mentha, *arvenſis*, 516, Myntha, in cultis, agris & ad littora, frequens, in Julio & Auguſto florens.

— *aquatica*, 517, in ſtagnis aquarum defluentium per clivum montis Långberget inventa d. 30 Aug. 1787.

Glechoma, *Hederacea*, 518; Jordrefva, inter frutices & ad ſegetes lapidesque ſæpius obvia; florens viſa initio Maji, & ad finem ejus florentisſima.

Lamium, *album*, 520; Blindnäſſla; in hortis & ruderatis frequens.

— *purpureum*, 521, ut præcedens, ubicunque obvium. Floret utrumqne a primo veris exordio in auctumnum ultimum.

— *amplexicaule*, 522, vix minus ac præcedentes ſpecies vulgare; florere viſum d. 12 Maji, per menſes ſequentes, usque in Octobrem.

Galeopsis, *Tetrahit*, 523, Blindnåſſla, Sugblomſter, in cultis utraque varietas frequens; florens obſervata d. 17 Julii ac deinceps, in auctumnum.

— *Ladanum*, 524, in arvis ac ſabuloſis, pasſim per Julium & Auguſtum florens.

Stachys *ſilvatica*, 526, in nemoribus, præſertimque in alneto ad Olivehåll & in prato Tynåſenſi, copioſa; florens animadverſa d. 7 & 16 Julii.

— *paluſtris*, 528, in agris & cultis humidiuſculis; florens in Julio & Auguſto obſervata.

Marrubium, *vulgare*, 531, Andorn, in plateis, ad ſepes & vias, copioſum. Floret per Julium & Auguſtum.

Leonurus, *Cardiaca*, 532, Bonåſſla, in hortis & cœmeterio, illiusque extra murum. Florens per menſes Junium, Julium &c. usque in exeuntem Octobrem, conſpectus.

CLINOPODIUM, *vulgare*, 533, Bergmynta, in pratorum collibus & aridis paſſim; florens viſum ad exitum Julii & incunte Auguſto.

ORIGANUM, *vulgare*, 534, Doſta, Koning, in inſulis vicinis, ut Galgholmen, Kållarholmen, Rullingen &c. a medio Julii & per Auguſtum viſum florere.

THYMUS, *Serpyllum*, 535, Backtimian, in paſcuis editis inſulisque vicinis &c. abundans. Floret ab exeunte Junio, per Julium & ad ingreſſum Auguſtum.

— *Acinos*, 536, Harmynta, ſuper petris in & extra cœmeterium, alibique in glareoſis, paſſim. Medio Junio 1791 florentiſſimus viſus & in multum Auguſtum durare, animadverſus eſt.

SCUTELLARIA, *galericulata*, 538, ad ripas Måleri, ſolo lapilloſo, paſſim; florens animadverſa a medio Junii in Auguſtum adultum.

PRUNELLA, *vulgaris*, 540, in paſcuis ſterilibus frequens. Florere viſa eſt ab exitu Junii per Julium & Auguſtum.

ANGIOSPERMIA

RHINANTHUS *Criſta*, 542, Skallergrås, in pratis frequens; florere viſus d. 16 Junii, per Jul. & in Aug.

EUPHRASIA, *officinalis*, 543, Ögontröſt, in paſcius, ſilvis & ad littora frequens, ab initio vel medio Junii, per æſtatem deinceps omnem florere viſa.

— *Odontites*, 544, in prato villæ ruſticæ Lagnö, ſupra littus lacus Guldringen, copioſa, in arvis prædii Vaxång, & in herbidis plantarii oleracei ad prædium paſtorale in Öfverſelö, nonnulla; florens animadverſa d. 1 Sept. 1789 & 10 Aug. 1791.

MELAMPYRUM, *criſtatum*, 545, in pratis aſperis, collibus ac nemoribus, ut prati Nyången, pluriumque; florere viſum a medio Junii, ad medium Auguſti.

ME-

MELAMPYRUM, *nemoroſum*, 547, Natt och Dag, in nemoribus pratorum, præſertim prædii Epiſc. Sundby, abunde luxurians; per Junium florens & ineunte Julio florentisſimum viſum.

— *pratenſe*, 548, Kohvete, in pratis vicinis frequens, florere viſum per Junium maxime menſem.

— *ſilvaticum*, 549, in ſilvis vicinis ac nemoribus, ut prati Nyången, aliisque, frequens; florens obſervatum a medio ad finem Junii.

PEDICULARIS, *paluſtris*, 551, Lievarg, in pratis humidis abundans, & florere ſolita a fine Maji, per Junium.

ANTIRRHINUM, *linaria*, 557, in tectis, maceriis & ad agrorum margines, frequens; a medio Julii cœptum florere, circa medium Auguſti florentisſimum.

SCROPHULARIA, *nodoſa*, 560, Flenört, in plateis & incultis oppidi frequens, per Junium Julium & Auguſtum florens.

LINNÆA, *borealis*, 562, Linnæi ört, in ſaltu Thun rarior, in tratu exiguo ſaltus Måringenſis, copioſa; in ſilvis parœciæ Lånna prope ad villulam Vinterled, uberior; in ſaltu prædii equeſtris Mälsåker abundans & in ſaltu Kumla hammar, paræciæ Hårad, ubertate inexhauſta.

TETRADYNAMIA

SILICULOSA.

MYAGRUM, *ſativum*, 564, Dodra, in agris inter linum, frequens; florere viſum d. 19 Junii 1785, & d. 14 ejusdem 1791.

SUBULARIA, *aquatica*, 566, in littoribus lacus Måleri, ut ad Nabbviken, oſtium freti Eldſund, in iſthmo peninſulæ ad Storudden copioſa; florens viſa in Julio, Auguſto & Septembri.

DRABA, *verna*, 567, in cœmeterio alibique in aridis & pe-

petris, uberrima, florens inventa d. 16 Aprilis, 1781, d. 1 & 5 Maji 1790, d. 7 Maji 1791; nec non d. 29 Sept. floreſcentiam repetens 1790.

— *incana*, 568, in collibus prati Tynelſöenſis Djurgården inter Quercus, copioſe; florens inventa d. 31 Maji 1787, deflorata vero ibidem, d. 16 Junii 1791.

— *muralis*, 569, in utriusque promontorii Gorſingholmenſis clivo orientali frequens d. 7, 14 & 15 Maji 1790 & 1791 inventa; ad finem vero menſis plane evanuerat.

LEPIDIUM, *latifolium*, 571, Bitterſalſo, in horto villæ urbanæ, quæ paſtoralis olim fuit, ferum in cæſpitoſis perennat, & florens inventum eſt d. 27 Julii 1791.

— *ruderale*, 572, inter cœmeterium & ædes Epiſcopales rarisſimum, infra Nabbacken, ad maceriam ſepium, paulo auctius; ad viam Regiam, juxta ſepes, quæ agros priſtini Noſocomii cingunt, copioſius; florens inventum d. 3 Auguſti; d. 15 vero fere defloratum.

THLASPI, *arvenſe*, 574, Penninggrås, inter ſata & in hortis crebrum; florere incipiens cum exordio Maji.

— *campeſtre*, 875, K. Salomons Ljusſtake, ad margines agrorum in Öfverſelö frequens.

— *Burſa*, 576, Nåldynegrås, in hortis & ruderatis ubivis crebrum; florens viſum ab initio Maji inultimum usque Auctumnum.

COCHLEARIA, *Armoracia*, 580, Pepparrot, in cæſpitoſis hortorum ſponte & abunde vegetans; florere ſolet in Majo.

SILIQUOSA

DENTARIA, *bulbifera*, 584, in Querceto promontorii Gorſingholmenſis orientali, non infrequens; in inſulæ Skarpan

pan (v. ſ. ad N. 159) lingula occidentali parcius. Florens inventa d. 15 Jun. 1788, & 1791.

CARDAMINE, *pratenſis*, 585, Ångkrasſe, in pratis & paſcuis udis ubivis obvia; florere ſolens a medio Maji in exordium Junii.

— *amara*, 586, Bäckkrasſe, ad ſcaturiginem in paſcuis prædioli Biſpquarn & paludoſis pratorum adjacentium copioſa; florentisſima lecta d. 5 Junii 1791. Etiam ad rivulum fontis acidularis, ultra Sörfinninge reperta.

— *impatiens*, 588, in nemoribus pratorum, Måringe âng, & Sundby âng ad radices montium Åſbyenſium ad viam a littore Måleri ad rura Auſtralia parœciæ Strengneſenſis inter Juniperos prope ad villulam Djupvik, alibique pasſim. Florens, cum petalis evidenter viſis licet facillime deciduis, inventa d. 9 Jun. 1791, d. 27 Jun. & 5 Jul. 1788, & d. 17, Jul. 1786.

— *parviflora*, Faun. Sv. pag. 557, & Sp. Pl. 914, in culmine & clivo orientali promontorii Gorſingholmenſis occidentalis abundans; & in clivo prærupto infra maceriem alterius promontorii frequens. Florentisſima inventa eſt d. 7, 15 & 18 Maji 1788, & 1791; d. 29 vero defloruerat pleraque.

SISYMBRIUM, *amphibium*, 593, in oſtio freti Eldſund, ipſis in aquis & in littore limoſo, alibique pasſim aquoſis in locis, repertum. Florens notatum eſt in Medio Junii 1783, & d. 25 Junii 1791.

— *ſilveſtre*, 594, in littore ſicco oſtii freti Eldſund & in paſcuis Sundbyenſibus; florens viſum, d. 14 Julii & 12 Auguſti 1791, d. 17 Junii 1790.

— *Sophia*, 595, Stillfrögräs, in cœmeterio, tectis alibique ſparſim, frequens; florere viſum a medio Junii ad Medium Auguſti.

ERY-

ERYSIMUM, *officinale*, 598, in plateis ac ruderatis oppidi; florens notatum d. 17 Junii.

— *Barbaræa*, 599. Vinterkraſse, in collibus ſaxoſis & herbidis agrorum Storgårdet, in inſula Vargholmen, aliisque, ad littora, per menſem Junium florens.

— *Alliara*, 600, in clivis ad occidentem jugorum prati Regii Gorſingholmenſis, ad acervos præcipue formicarum; florens in medio Maji 1790, & 1791.

— *Cheiranthoides*, 601, in plateis & ad hortorum ſepes in oppido, copioſum; florere viſum a 9 Junii, per Julium ac deinceps in adultum Auctumnum.

ARABIS, *Thaliana*, 605, in littoribus ac ſabuloſis non rara; florens inventa ad finem Aprilis, & per Majum totum.

TURRITIS, *glabra*, 606, in pratorum collibus & ad margines agrorum frequens. Floret per menſem Junium.

— *hirſuta*, 607, iisdem fere ac præcedens locis, nec minus frequens; paulo maturius florere incipit ac deſiſtit.

BRASSICA, *campeſtris*, 608, in agris Storgårdet eorumque verſuris; florens viſa d. 28 Maji, per Junium ac deinceps.

SINAPIS, *arvenſis*, 610, Vildſenap, in agris inter ſata, & arvis copioſisſima ſæpe & moleſta; florens a medio Junii, in ultimum usque auctumnum.

MONADELPHIA

DECANDRIA

GERANIUM, *ſangvineum*, 616, in collibus pratorum fertilioribus & apricis, non infrequens; florens in fine Junii & Julio. Etiam d. 19 Auguſti ſuperſtes inventum.

— *ſilvaticum*, 617, in ſilvis, paſcuis & collibus frequens; poſt exordium Junii in multum Julium florens.

— *pratenſe*, 618, in prato Tynäs äng; copia parca, per menſem Julium florens. In cœmeterio Ytterſelöenſi abun-

abundantisſimum, floreſcentia ſeneſcenti inventum eſt d. 1 Auguſti 1784.

— *Robertianum*, 619, ad ſepes & in hortis oppidi, in inſula Lillſtrengnäs alibique, pasſim; per Junium, Julium Auguſtum & Septembrem flores gerens.

— *disſectum*, 622, in hortis oleraceis & in cœmeterio; per Junium, Julium Auguſtum & in Septembri florens.

— *Cicutarium*, 625, in cœmeterio ſuper petra & extra idem in clivo ad auſtrum exſucco & petroſo; viſum florens d 26 Jun. & per menſes ſequentes in adultum auctumnum.

POLYANDRIA,

MALVA, *rotundifolia*, 626, Kattoſtgrås; in hortis & plateis frequens; in Auguſto, Septembri & Octobri florens.

DIADELPHIA

HEXANDRIA

FUMARIA, *officinalis*, 630, Jordrök, in hortis oleraceis, agris &c. non infrequens. Florere incipit circa ſolſtitium & per menſes ſequentes pergit.

— *bulboſa*, 631, in nemoribus quibuslibet, maximeque in faſtigiis & convalle promontorii Gorſingholmenſis occidentalis, copioſa; in fine Aprilis & ineunte Majo florens.

OCTANDRIA,

POLYGALA, *vulgaris*, 632, in paſcuis & pratis aridis pasſim; florens inventa ad finem Maji & per menſes ſequentes.

— *amara*, Sp. Pl. p. 987, in prato prædii Epiſc. Sundby, ad ſemitam, frequens; florere inventa d. 8 Julii 1791.

DECANDRIA

ONONIS, *arvenſis*, (637, varietas α) in prato villæ Norrby,

by, in Toſter, aliisque, frequens; florere notata d. 16 Julii 1791.

ANTHYLLIS, *vulneraria*, 638, in hortis oleraceis paſſim; in Segeröäng lecta d. 14 Junii florens, & in prato civitatis Storången, copia incredibili; d. 3 Julii, 1791. Etiam d. 12 Auguſti inter agellos ultra Långberget florens inventa.

OROBUS, *vernus*, 641, Kråkårter, in nemoribus & fruticetis frequens; in prato villulæ Djupvik, Målero ad auſtrum, abundantiſſime; florens poſt medium Maji in principium Junii; d. 12 Jun. 1790 defloruiſſe viſus.

— *tuberoſus*, 642, in pratis ſiccioribus paſſim; in Querceto collis petroſi ad Peterstorp, (v. ſ. ad N. 163) florens poſt medium Maji inventus 1790. Per Junium, etiam Julium & in Auguſto deprehenſus eſt ſuperſtes.

— *niger*, 643, Vipårter, ad marginem nemoris prati Nyången frequens, in prato Stenbyenſi & in fruticeto prati Storången rarior. Florere incipit ad finem Junii, & defloruiſſe eſt viſus d. 19 Julii.

LATHYRUS, *ſilveſtris*, 644 in ſaltu inſulæ Nybbleholm, (v. ſ. ad N. 182) initio Julii florens inventus, 1790 & 1791.

— *latifolius*, 645, in eadem inſula ad fruticeS, frequens & florentiſſimus repertus d. 5 Auguſti 1791.

— *pratenſis*, 647, in pratis &c. frequens; florere notatus eſt a d. 9 ad 25 Junii.

— *paluſtris*, 648, in pratis Sundbyenſi, ſilvatico infra Jättberget, pagi Mörby in Selö, aliisque; ad finem Junii & in Julio, florens.

VICIA, *ſilvatica*, 650, in nemore prati Sundbyenſis, montibus abſciſſis Åsbyenſibus parallelo, in fruticeto prati Storången, prato ſilvatico infra Jättberget, & in Husby-

byenſi parœciæ Vanſö, copia inexhauſta; nec alibi infrequens; obſervata florere in fine Junii & in Julio.

— *ſepium*, 651, Tranårt, in fruticeto prati Storängen, prope ad lacum, alibique in umbroſis, frequens. Floret ad finem Maji & in Junio.

— *Cracca*, 652, Musårter, inter Secale alibique frequens. Floret exeunte Majo & menſibus deinceps ſequentibus.

— *ſativa*, 654, Vicker, inter ſegetes non infrequens; florens viſa per Julium.

ERVUM, *tetraſpermum*, 656, in cultis paſſim, ut in agellis ultra Långberget, in lingula orientali inſulæ Segerö &c. florens obſervatum d. 14 Junii & 12 Auguſti.

— *hirſutum*, 657, in hortis oleraceis & agris paſſim; florens per Junium & in Aug. ineuntem.

ASTRAGALUS, *glyciphyllus*, 658, in cœmeterio & intra extraque agellos Dalſångenſes ſupra lacum Guldringen; florens exeunte Junio & per Julium. Auguſti d. 17, 1791, inventæ ſunt ejus ſtirpes, recentes flores & legumina turgida ſimul gerentes.

TRIFOLIUM, *Melilotus*, 663, albus, in cœmeterio frequens. Floret progreſſo nonnihil Julio ac deinceps; in fine Octobris viſus ſuperſtes.

— *hybridum*, 664, inter agellos ultra Långberget inventum florens d. 12 Auguſti 1791.

— *repens*, 665, Hvitvåpling, in paſcuis & pratis ubique; florens ad finem Junii ac deinceps.

— *pratenſe*, 666, Rödvåpling, in pratis vulgatiſſimum; florens ab exitu Maji, in ultimum auctumnum.

— *montanum*, 667, in pratorum agrorumque collibus, paſſim; florens notatum in Junio.

— *arvenſe*, 668, Flåsgrås, in paſcuis &c. frequens; obſervatum florens d. 14 Junii & 17 Auguſti.

TRIFOLIUM, *agrarium*, 671, Jordhumle, in ſiccis & ad rupes, rarius. In marginibus agrorum ad Näsbyholm florens lectum eſt d. 21 Julii 1791.

LOTUS, *corniculata*, 675, Käringtand, in pratis vulgaris; obſervata florens ab exitu Maji per menſes ſequentes & d. 15 Auguſti.

MEDICAGO, *lupulina*, 678, in cœmeterio, hortis ac pratis frequens; florens notata d. 28 Junii & 12 Auguſti.

POLYADELPHIA

POLYANDRIA

HYPERICUM, *quadrangulum*, 679,, in pratis & paſcuis frequens; menſe Junio florens.

— *perforatum*, 680, Johannisgräs, in cœmeterio, collibus & fruticetis frequens; in pratulo Åsbyenſi, ultra Sundbyenſe, ad radices monticuli, abundantia inſigni; florens per Julium & in Auguſto.

SYNGENESIA

POLYGAMIA ÆQUALIS

TRAGOPOGON, *pratenſe*, 684, Salſofi; in cœmeterio florens per Julium & in Auguſto.

SCORZONERA, *humilis*, 685, Svinrot, in pratis, ut ad Stenby, tugurium Eklund &c. frequens. Floret in Junio & Julio.

SONCHUS, *arvenſis*, 687, Fettiſtel, in agris & cultis, paſſim; florens animadverſus ad finem Julii per Auguſtum & in Septembri.

— *oleraceus*, 688, Mjölktiſtel, in hortis oleraceis ubique; florens notatus in Julio ac deinceps, in extremum auctumnum.

PRE-

Prenanthes, *muralis*, 692, in hortis, ſilvis, inſulis paſſim, ut in colle pratuli Åsbyenſis, (v. ſ. ad N. 680), inſula Vaxångenſi &c.; florere viſus in Julio.

Leontodon, *Taraxacum*, 693, Eggblomſter, in hortis, paſcuis &c. copioſum; ad finem Maji florentiſſimum, nec ad auctumnum omne evaneſcens.

— *auctumnale*, 695, in cultis & paſcuis frequens; per Auguſtum & in Septembri florens.

Hieracium, *Piloſella*, 697, Musöron, in paſcuis ſterilibus, frequens. Floret per Junium, Julium & Auguſtum.

— *dubium*, 698, in pratis paſſim, florens viſum in Julio præcipue.

— *Auricula*, 699, in pratis & paſcuis frequens; in Junio & Julio florere notatum.

— *præmorſum*, 700, in pratis frequens, & per menſem Junium florens.

— *murorum*, 701, in fruticetis & paſcuis paſſim; in fine Junii & per Julium florere animadverſum.

— *umbellatum*, 704, in aridis & paſcuis frequens. Floret ab exeunte Junio per menſes æſtatis ſequentes *).

Crepis, *tectorum*, 705, in tectis & aridis paſſim; florens obſervata ab exeunte Junio per Julium & Auguſtum.

Hypochæris, *maculata*, 708, in pratorum ſolo elatiori; florens in Tynåsång & Husbyång, circa medium Julii obſervata.

Lapsana, *communis*, 710, inter ſegetes & in hortis frequens. Florere animadverſa eſt ab exitu Junii in Auguſtum deſinentem.

Arctium, *Lappa*, 712, Karborre, Tôſla, in hortis & ruderatis, paſſim; florens obſervatum in medio Auguſti.

*) Varietas quoque hujus ſingularis, floribus axillaribus iisque fere paniculatis; in vicinia Strengneſiæ rarius lecta.

SERRATULA, *tinctoria*, 713, Skålongrås, in pratis circa Eklund, Kilen & Gorſingetorp abundans, nec in aliis infrequens; ad exitum Julii florentiſſima.

— *arvenſis*, 715, Korntiſtel, inter ſegetes, in primis hordeum, crebra; florens in Julio & Auguſto.

CARDUUS, *lanceolatus*, 716, ad margines viarum frequens; florere viſus per Auguſtum & in finem usque Octobris.

— *acanthoides*, 718, ad vias & margines agrorum ſat frequens. Florens per Auguſtum, Septembrem, usque in multum Octobrem.

— *criſpus*, 719, in hortis & agris paſſim; florens in Auguſto, Septembri & Octobri.

— *paluſtris*, 720, Kårtiſtel, in paludoſis & umbroſis paſſim; florens obſervatus d. 21 Julii & 8 Auguſti.

ONOPORDUM, *Acanthium*, 724, ad portam agrorum Malmbyenſium juxta Gorſingetorp, paucum; in cœmeterio Öfverſelöenſi frequens, inventum; florens d. 28 Julii 1791.

CARLINA, *vulgaris*, 725, in campis aridis paſſim; extra agellos Dalſingenſes, ad viam quæ ducit ad Guldringen, frequens; florere viſa circa medium Auguſti.

BIDENS, *tripartita*, 726, Brunſkår, in depreſſis & udis hortorum ac plantario Braſſicæ capitatæ civitatis, alibique, paſſim; florens viſa per Auguſtum, & d. 11 Septembris 1791.

— *cernua*, 727; in Ytterſelö, locis paludoſis; florens in Septembri.

EUPATORIUM, *cannabinum*, 728, Flocks, in inſulis, Skarpan (v. ſ. ad N. 159) eique vicinis; florere incipiens ineunte Auguſto.

POLYGAMIA SUPERFLUA,

TANACETUM, *vulgare*, 730, Renfana, in inſulis urbi vicinis copioſiſſimum, per Auguſt. florens.

ARTEMISIA, *vulgaris*, 731, Gråbo, in cultis & ruderatis frequens. Florere animadverſa eſt in Julio & Auguſto.
— *campeſtris*, 732, in Djākneholmen & ad margines agelli Noſocomii; florens animadverſa in Julio.
— *Abſinthium*, 735, Malört, in ruderatis frequens; florere obſervata in Julio.

GNAPHALIUM, *dioicum*, 736, Kattfot, in campis macris ubivis, copioſum. Florens emergere ſolet poſt Maji exordium & florentiſſimum esſe Junio incipiente, nec initio Auguſti omne evanuisſe.
— *ſilvaticum*, 739. extra agellos Dalſångenſes, & in ſilvis campisque fruticoſis pasſim; ad finem Auguſti maxime florens.
— *Uliginoſum*, 740, locis humidis & ſemitis, pasſim; florens notatum initio Auguſti.

ERIGERON, *acre*, 741, in paſcuis & campis frequens; florere viſum exeunte Junio, per Julium & Auguſtum

TUSSILAGO, *Farfara*, 743, Håſthof, in ſaltu Lundabråten, ad rivulum ſcaturiginis copioſisſima; ad exordium veris plantas fere omnes florendo antevertere ſolita.
— *Petaſites*, 746, Peſtilenzört, in hortis ad Ladgatan, exeunte Aprili & initio Maji florens.

SENECIO, *vulgaris*, 747, in cultis & ruderatis ubivis, a veris principio in extremum auctumnum ſolita florere.
— *ſilvaticus*, 748, in paſcuis & ſeptis ſilveſtribus, ubi comburendo deleta eſt ſilva, ut in terris Åsbyenſibus, extremitate inſulæ Segerö, alibique pasſim; circa Junii medium florens inventus.

SOLIDAGO, *Virgaurea*, 754, Guldris, in pratis eorumque

in

in primis nemoribus & clivis, frequens; florens in Junio, Julio & Auguſto,

INULA, *Helenium*, 755, Ålandsrot, in cæſpitoſis hortuli oleracei in viculo oppidi Nabben, fera perennans, circa medium Auguſti floret.

— *ſalicina*, 759, in prato Eklandsång, nonnulla & in Tynåsång copioſa; ad exitum Julii, & fœniſecium vix antevertens, florere ſolet.

CHRYSANTHEMUM, *Leucanthemum*, 763, Preſtkrage, ad margines agrorum, & in pratis, vulgare, per Julium & menſes ſequentes florens.

— *inodorum*, 765, in marginibus agrorum &c. paſſim; per Junium, Julium & in Auguſto florens.

MATRICARIA, *Chamomilla*, 764, Kummillblomſter, ad margines agrorum paſſim; in Ofverſelö copia inſigni; florens in Junio & Julio.

— *ſuaveolens*, 766, Sötblomſter, in area villæ Stenby, inque agrorum marginibus, paſſim; per Junium & Julium florens.

ANTHEMIS, *Cotula*, 767, Surtuppa, extra cœmeterium inque ruderatis oppidi abundans; ante medium Junii ac deinceps, in ultimum auctumnum florens.

— *arvenſis*, 768, inter agros in cœſpitoſis, paſſim; maxime infra ſegetes ad Aludden, copioſa; florens obſervata in Julio, Auguſto & Septembri.

— *tinctoria*, 769 in agris prædii Måringe, copioſa; juxta viam publicam & agros inter villas Vånga & Målby in Thoreſund; frequens, in agris & cæſpitoſis Templo Ytterſelöenſi propinquis abundans; florere viſa per Julium, Auguſtum, & in multum usque Octobrem.

ACHILLEA, *Millefolium*, 770, Röllika, Näsgrås, in hortis & cæſpitoſis, ubivis, vulgaris. Florere incipiens in fine Junii, ad auctumni fere exitum durat.

PO-

POLYGAMIA FRUSTRANEA

CENTAUREA, *Jacea*, 774, in agris & pratis frequens, ab exeunte Julio, per Auguſtum & Septembrem florens.

— *Cyanus*, 779, Blåklint, Åkerroſor, inter ſegetes, præſertim biennes, frequens; obſervata florens a ſolſtitio in progreſſum Octobrem.

POLYGAMIA NECESSARIA,

FILAGO, *montana*, 780, in aridis & petroſis oppidi, alibique, in ſabuloſis frequens; Floret exeunte Junio & in Julio.

— *arvenſis*, 781, inventa florens extra agellos Dalſångenſes, d. 17 Aug. 1791.

MONOGAMIA

JASIONE, *montana*, 782, Monke, in jugis montium Dalſångenſium non infrequens, ad exitum Junii & in exordio Julii florens.

LOBELIA, *Dortmanna*, 783, in aquis ad littora Måleri, paſſim copioſa; extra pratum pagi Öfverſelöenſis Mörby, copia incredibili, florere viſa d. 10 Julii 1790.

VIOLA, *canina*, 785, Skogsfioler, in pratorum nemoribus & paſcuis, frequens; florere ſolita Majo provecto & in Junium ineuntem pergere.

— *paluſtris*, 786, Kärrfiol, in pratis humidis, ut Storången, parce; in paludoſis prati Eklundenſis copioſior; nec alibi infrequens. Florere obſervata ab exitu Aprilis in cœptum Junium.

— *montana*, 787, in margine littoris Måleri, tam in continente, quam inſulis plurimis frequens; per Junium & in medio Julii viſa florere.

— *hirta*, 788, Buſkefiol, in Vargholmen, alibique ubivis in fruticetis pratorum agrorumque, & ad ſepes,

G fre-

frequens. Floret ante *caninam*, ab exitu Aprilis in Majum exeuntem.

— *mirabilis*, 789, Underfiol, in pratorum nemoribus non infrequens, ut in Sundbyång, ad radices abſciſſi montis Åsbyenſis; maxime vero copioſa in iugis nemoroſis prati Regii Gorſingholmenſis. Floret nonnihil provecto Majo, & vix ultra ejus exitum.

— *tricolor*, 791, Styfmorsfiol, in hortis, arvis, tectis, aſpretis, inſulis, non infrequens; in nemore promontorii Gorſingholmenſis orientali, Majo adulto lætiſſime luxurians; florere ceterum ſolita a primo veris initio in multum auctumnum.

IMPATIENS, *Noli tangere*, 792; Springkorn, in paſcuis prædio'i Biſpquarn, ad ſcaturiginem pratis Magiſter-ången & Björndalsång conterminam; florens inventa d. 29 Auguſti 1789.

GYNANDRIA

DIANDRIA

ORCHIS, *bifolia*, 793, Ståndpers, in pratis paſſim; florens obſervata in nemore prati Nyången, circa medium Julii.

— *conopſea*, 799, in pratis paſſim, ut Husbyenſi in Vanſö & Mörbyenſi in Öfverſelö; florens inventa d. 28 Jun., 11 & 16 Julii.

— *maculata*, 800, J. Mariæ hand, in pratis humilioribus paſſim; florere animadverſa in medio & fine Junii.

— *incarnata*, 802, in pratis, paſſim, ut in Sundbyenſi; ubi lecta eſt florens d. 19 Junii.

SATYRIUM, *repens*, 807, inventum florens in ſaltu Vaxingenſi d. 22 Julii 1783, & in Kumla-Hammar in Hårad d. 21 Julii 1791.

OPHRYS, *Monorchis*, 810, ad rivulum fontis acidularis ultra Sörfinninge, florens inventa d. 28 Junii, & in prato Öfverſelöenſi Drysſian, d. 11 Julii, 1791.

POLYANDRIA

CALLA, *paluſtris*, 822, in palude ſilvatica prope ad viam publicam inſulæ Toſter; Florens inventa d. 21 Julii 1785 & 7 ejusdem 1787.

MONOECIA,

DIANDRIA

LEMNA, *minor*, 827, in foſſis & aquis ſtagnantibus paſſim, in freto Eldſund copioſa; ubi inventa d. 17 Julii 1791.

— *triſulca*, 828, in freto Eldſund rarior; inventa d. 21 Julii 1791. Hæc & præcedens in medio Julii florent.

TRIANDRIA,

TYPHA, *anguſtifolia*, 829, Bandvaſs, Kaſedun, in freto Eldſund, frequens, & in freto Måleri, quod inſulam Tynelsö a Selö ſeparat, ad littus Selöënſe, extra pratum Mörbyång & paſcua Klippinge hage, copia ingenti.

SPARGANIUM, *erectum*, 831, in pratulo Lötlindan ad fretum Eldſund, alibique rarius, florens inventum ad finem Junii, per Julium & in Auguſto.

— *natans*, 832, Flottgrås, in Eldſund ad Lötlindan, & in lacu ad littus fruticeti Sidön, florens notatum initio Auguſti.

CAREX, *dioica*, 833, in prato Sundbyång florens inventa d. 14 & 19 Junii.

— *leporina*, 837, Harſtarr, in locis humidis prati Tynelsöenſis Djurgården lecta d. 16 Jun. 1791.

— *vulpina*, 838, Råfſtarr, in lacuna paludoſa prati Nyången inventa d. 13 Junii.

— *muricata*, 839, Piggſtarr, in nemoribus uliginoſis, paſſim; in Junio & Julio inventa.

CAREX, *Loliacea*, 840, in palude ſaltus Thun, ad ſemitam inter Djupvik & Jåttberget.

— *elongata*, 841, Rånkſtarr, in pratis humidis infra agellos Dalſängenſes; florens lecta d. 9 Junii 1791.

— *caneſcens*, 842, Gråſtarr, in turſis paludum, frequens; lecta florens d. 25 Aprilis & 6 Maji 1791.

— *flava*, 843, Knaggleſtarr, in humidis montis Långberget lecta d. 30 Auguſtii.

— *digitata*, 844, Hviſpſtarr, in colle nemoroſo prati Storången inventa d. 28 Maji.

— *montana*, 845, in inſula Tynelsö, reperta d. 31 Maji.

— *filiformis*, 847, Trådſtarr, in Querceto inſulæ Tynelsö, deprehenſa d. 31 Maji.

— *capillaris*, 851, Härſtarr, in prato Sundbyenſi lecta d. 19 Junii.

— *Pſeudocyperus*, 854, Slokſtarr, in medio alveo freti Eldſund, inter Arundines & equiſeta conferta, deprehenſa d. 2 Julii 1789.

— *cæſpitoſa*, 855, Tufſtarr, in turſis pratorum humidiorum, frequens, inventa d. 27 Apr. & 9 Junii; d. 15 vero Maji florentiſſima.

— *veſicaria*, 856 Blåſeſtarr, ad foſſas, in humidis & ad littora non infrequens; in Lötlindan lecta florens d. 9 Junii 1791.

— *acuta*, 857, Blåſtarr, in humidis & ad littora Måleri; florens lecta infra pinetum prædii Olivehåll d. 30 Junii.

TETRANDRIA

BETULA, *alba*, 859, Björk, ad occidentem oppidi copioſa & inſignem ſilvæ Strengneſenſis partem conſtituens. Florens obſervabatur d. 5 Maji 1790.

— *alnus*, 861, Ahl, in depreſſis & humidis frequens, ad ripas Måleri præcipue crebra. Quantam poſſit arbor

bor annoſa proceritatem & magnitudinem adſequi, lucus littoralis ad Olivehäll, celcitudine & opacitate ſua ſuperbiens, indicat. Floret circa menſis Maji initium.

URTICA, *urens*, 862, Etternäſla in cultis, ruderatis, & ad ſepes vulgaris; obſervata florere in medio Auguſti.

— *dioica*, 863, Brännäſla, in cultis, ad ſepes & parietes vulgatisſima; florens notata circa medium Auguſti.

POLYANDRIA

MYRIOPHYLLUM *ſpicatum*, 867, in lacu ubi minus profundæ aquæ, frequens.

— *verticillatum*, 868, in limoſo freti Eldſundenſis alveo, poſt aquarum ſubſidentiam inventum florens d. 21 Julii.

SAGITTARIA, *ſagittifolia*, 869, in fosſis, ſtagnis, & fretis limoſis ad ripas pasſim, florens ad exitum Julii.

QUERCUS, *Robur*, 870, Ek, in pratorum collibus & paſcuis frequens, lucos inſignes in promontoriis Gorſingenſibus & paſcuis Tynåſenſibus faciens. Floret quum pullulant folia, ad exitum fere Maji & initio Junii.

CORYLUS, *Avellana*, 873, Haſſel, in pratis prædii Ep. Sundby copioſa, aliisque in pratorum collibus non infrequens. Floret antequam erumpunt folia, in Aprili plerumque, plantas alias cunctas, quæ ſub hoc cœlo naſcuntur, præcurrens.

MONADELPHIA

PINUS, *ſilveſtris*, 874, Tall, ſilvas tractuum circumjacentium plerasque conſtituens, in ſaltu Vaxångenſi ad maturitatem, pasſim, progresſa. Floret communiter in exitu Maji & initio Junii.

— *Abies*, 875, Gran, præcedenti frequens admiſta; in ſilva Thun crebrior, & ad proceritatem inſignem pasſim provecta.

— *viminalis*, Act. Acad. Scient. Holm. 1777, p. 310 Fl. Sv. p. 344, (*hybrida*), Slokgran, viæ Regiæ contigua, ab oppido

 pido

pido 3 quartas milliaris Sveth. partes, & a xenodochio Malmby, fere octavam ad auſtrum, diſtans. Annoſa ſatis & ſeculi forſan adepta ætatem, ſtrobilos fert numeroſos ac ſeminibus turgidos Hæc autem in Hort. Botan. Upſ. introducta, non germinarunt.

SYNGENESIA

BRYONIA, *alba*, 876, in ſepibus hortorum urbis, conferta & luxuriante congerie frequens. Floret in Julio & Auguſto.

DIOECIA

DIANDRIA

SALIX, *pentandra*, 879, Jolſter, in ſilvis, ubi humus uliginoſa, pratisque & paſcuis &c. humidis pasſim, ut Storången, Stenbyång & Stenbyhage &c. Floret ad exitum Maji & in provectum Junium.

— *fragilis*, 883, Pil, ad ripas lacus & paludum, locisve quibusvis uliginoſis, pasſim. Floret cum frondeſcere incipit, menſe fere Majo medio.

— *Myrtilloides*, 889, in paſcuis & ſilvis pasſim.

— *repens*, 896, Krypvide, in turfis paludum pasſim; ultra Långberget florens inventa d. 5 Maji 1790.

— *Rosmarinifolia*, 898, in nemore uliginoſo prati Eklundenſis.

— *caprea*, 900, Sålg, in clivo agrorum Sörgårdet, in littore promontorii Gorſingholmenſis Orientalis, ſilvisque pasſim. Florens obſervata d. 14 Maji.

— *viminalis*, 901, Korgpil, in hortis juxta lacum non rara. Floret cum congeneribus.

— *cinerea*, 902, Gråvide, in inſulis ad littora, pratisque & paſcuis humidis, pasſim. Florens viſa eſt ad exitum Aprilis 1791.

TRI-

TRIANDRIA

EMPETRUM, *nigrum*, 904, Kråkbårsris, in paſcuis pagi Föslunda in Öfverſelö, loco milliâre circiter unum a Strengneſia diſſito. In ſilvis terræ continentis urbi vicinis, impigre licet perveſtigatis, reperiri nondum, potuit. Florens inventum d. 11 April. 1790.

TETRANDRIA

VISCUM, *album*, 905, Miſtel, in Quercubus inſulæ Oknôn, unum fere, cum ſemisſe, milliare ab urbe remotæ, frequens.

MYRICA, *Gale*, 907, Porsſ, in inſula St. Pehrs ſkår, juxta Skarpan, (v. ſ. ad N. 159) uberrima; nec in vicinis inſulis deſideratur. In palude ultra Långberget inventa quoque, una vel altera ſtirps. Floret in Aprili.

PENTANDRIA

HUMULUS, *Lupulus*, 908, Villhumle, in ſaxoſo prati Måringenſis colle repertus, 1791 in Junio.

OCTANDRIA

POPULUS, *tremula*, 909, Aſp, ad latera & radices montis Dalſångenſis, alibique, pasſim, initio Aprilis florere ſolita.

ENNEANDRIA,

HYDROCHARIS, *ranæ*, 914, in freto Eldſund; ad occidentem pontis, florens inventa initio Auguſti.

MONADELPHIA

JUNIPERUS, *communis*, 915, frutex vulgatisſimus, ad exitum Maji & ineunte Junio florens.

POLYGAMIA

MONOECIA

ATRIPLEX, *patula*, 922, in ruderatis & cultis frequens; florens animadverſa d. 12 Auguſti.

ACER,

ACER, *Platanoides*, 924, Lönn, in collibus pratorum, rarior; in cœmeterio, ad raram proceritatem provecta, ſemina ſpargit per urbem uberrima, quæ in hortis & ruderatis facillime germinant & in incrementum nituntur. Floret provecto aliquantum Majo.

DIOECIA

FRAXINUS, *excelſior*, 926, Aſk, in pratis & jugis ubi fertilior humus, rarior; intra urbem in cœmeterio & cæſpitoſis hortorum paſſim. Florere ſolet vergente ad exitum Majo.

CRYPTOGAMIA

FILICES

EQUISETUM, *ſilvaticum*, 927, ad margines agrorum Sörgårdet, ſcaturiginem paſcuorum ad Biſpquarn, alibique in ſilveſtribus, paſſim, per Junium & Julium viſum.

— *arvenſe*, 928, Råfrumpa; in arvis & pratis, frequens; ad finem Aprilis & per Majum florens.

— *paluſtre*, 929, in aquoſis frequens.

— *fluviatile*, 930, Fråken, in lacu fretisque ad ripas, frequentisſimum.

— *limoſum*, 931, ad plantarium Brasſicæ capitatæ, civitatis, ſolo limoſo, lectum d. 14 julii.

— *hiemale*, 931, Skåfte, in ſilva Strengneſenſi, ultra Långberget & ad auſtrum amplius, rarum; ad Kalkkulla, (v. ſ. ad N. 338) copioſius.

OSMUNDA, *Lunaria*, 934, in cœmeterio, & Vargholmen, florens in Junio deprehenſa.

ACROSTICUM, *ſeptentrionale*, 937, in rimis petrarum, montiumque Långberget & Dalſångberget paſſim; a medio Aprilis ac deinceps per æſtatem, repertum.

— *Ilvenſe*, 938, in Julio & Aug. paſſim florens inventum.

PTERIS, *aquilina*, 940, Ormbunke, locis aridis & exſuccis ſilvarum & paſcuorum vulgatisſima; florens obſervata in Auguſto.

ASP.

ASPLENIUM, *Trichomanes*, 942, in petris frequens; florens lectum in promontorio Gorſingholmenſi orient. d. 20 April. 1791.

POLYPODIUM, *vulgare*, 944, Stenſöta, in rimis petrarum, vulgare; obſervatum florens d. 16 Aug. 1791.

— *mas*, 946, Tråjon, in nemore prati Sundbyenſis, monti Åsbyenſi parallelo, in pratis Stenbyång & præſertim Måringeång, copioſiſſimum; alibique paſſim, non infrequens. Florens viſum in Medio Aug. 1791.

— *femina*, 947, cum præcedente paſſim, ſed rarius; viſum in Silva Strengneſenſi juxta ſemitam ad Lundabråtar d. 28 Junii, & in Sundkarlshagen d. 16 Julii 1791.

— *fragile*, 948, in lapidoſis & glareoſis frequens.

— *Dryopteris*, 949, in ſilvis & petroſis, paſſim; florens inventum in monte ſupra fontem Eldſundenſem d. 29 Julii, 1791.

— *Thelypteris*, Syſt Veget. p. 788, in palude ultra Långberget inventum d. 17 Jul. 1791.

MUSCI

LYCOPODIUM, *clavatum*, 952, Mattgrås, in ſilvis, paſſim, ut Thun, aliisque.

— *Selago*, 955., Lusgrås, in ſilvis muſcoſis paſſim, ut in Strengneſenſi, Thun, & Vaxångenſi.

— *complanatum*, 958, in ſilva inter Schedinge & Må-ringe, ad ſemitam. Etiam in Thun, ſed paucum, deprehenſum.

SPHAGNUM, *paluſtre*, 959, Rödmoſſe, locis paludoſis ubivis, copioſum; inventum fructificans d. 2 Sept. 1791, in palude ultra Långberget.

FONTINALIS, *antipyretica*, 961, in rivulo fontis inter Dalſången & Guldringen, parce.

FONTINALIS, *apocarpa*, (Bryum apocarpum Fl. Sv. 986), in ſaxis & arboribus frequens.

POLYTRICHUM, *commune*, 966 Björnmoſſe, Gökrog; in locis montoſis & ſpongioſis ubique obvium. Fructus gerens deprehenſum, menſibus Aprili & Majo.

— *Bryoides*, (Bryum ſtriatum Fl. Sv. 987) in ſaxis & arboribus antiquis, paſſim; fructificans inventum d. 24 Junii 1791.

MNIUM, *paluſtre*, 970 in udis & pratis paludoſis paſſim.

— *hygrometricum*, 972, in apricis & deuſtis minus frequens; lectum in Kafvelbro Moſſe circa medium Aug.

— *purpureum*, 973, in pratis & paſcuis, locis igne deuſtis, non rarum; inventum cum capſulis initio Maji.

— *crudum*, 979, in ſilvarum nemoribus, montiumque præcipitiis, rarius; deprehenſum fructificans d. 19 Jun. 1791.

— *ſerpyllifolium*, 992, (γ) in pratis humidis & paſcuis uliginoſis rarius.

— *extinctorium*, (Bryum extinct. Fl. Sv. 990) in ſilva Thun alibique paſſim.

— *rurale*, (Bryum rurale Fl. Sv. 992) in tectis, montibus & ſaxis frequens.

— *murale*, (Bryum murale Fl. 993) locis quibus præcedens, copioſiſſimum.

— *viridulum*, (Br. viridulum Fl. Sv. 1002) in agris Sörgårdet alibique parce.

— *cæſpiticium*, (Bryum cæſp. Fl. Sv. 1010) in glareoſis, tectis & locis deuſtis paſſim.

BRYUM, *ſcoparium*, 995, in ſilvis & rimis montium ſat frequens; cum fructificatione lectum ſupra montem Långberget d. 15 Sept. 1791.

— *Hypnoides*, 1003, in rupibus & montibus frequentiſſimum.

— *argenteum*, 1008, ad montium latera non rarum.

— *aciculare*, Sp. Pl. 1593, in ſaxis & montibus non infrequens.

HYP-

HYPNUM, *triquetrum*, 1015, in Silva Thun alibique paſſim.
— *proliferum*, 1018, in ſilvis umbroſis vulgatisſimum.
— *delicatulum*, 1019, in pratis ſiccis & ſuper petris rarius.
— *parietinum*, 1020, in ſaltibus & pratis exſiccatis non infrequens.
— *Criſta* 1022, in ſilva Thun, alibique, parcius.
— *abietinum*, 1023, in ſilvis circumjacentibus ſat frequens.
— *Cupresſiforme*, 1024, in umbroſis paſſim.
— *dendroides*, 1028, in ſilva Strengneſenſi, alibique, rarius deprehenſum.
— *curtipendulum*, 1030, in truncis arborum & ad radices montium rarum.

ALGÆ

JUNGERMANNIA, *Tamariſcifolia*, 1043, ad radices arborum, præcipue Quercuum, in pratis alibique ſat frequens.
— *ciliaris*, 1044, ad præcipitia montis Långberget, alibique paſſim.

MARCHANTIA, *polymorpha*, 1051, ad margines viæ regiæ, quæ ad Dalſången ducit, alibique locis deuſtis, rarior; inventa florens d. 17 Aug. 1791.

LICHEN, *ſcriptus*, 1057, in tenerarum arborum cortice ubique.
— *ſangvinarius*, 1060, in lapidibus, arboribus &c. frequens.
— *atrovirens*, 1062, in ſaxis ubique obvius.
— *fuſco ater*, 1063, ſupra lapidibus vulgaris.
— *ventoſus*, 1065, in cacuminibus montis Långberget, rarior.
— *Fagineus*, 1066, in truncis Quercuum, Fraxinorum &c. non rarus.
— *Ericetorum*, 1068, Myrmosſe, in turfis paludum rarior.

LICHEN, *ſubfuſcus*, 1072, in truncis arborum paſſim.
— *centrifugus*, 1074, in locis & montibus frequentisſimus.
— *ſaxatilis*, 1075, Fårgmosſe, ubique in petris obvius.
— *omphalodes*, 1076, ſuper lapidibus & in pratis rarior.
— *olivaceus*, 1077, in montibus non ubique.
— *Stygius*, 1079, iisdem ac præcedens locis, rarus.
— *parietinus*, 1080, Våggmosſe, in parietibus, petris & truncis arborum.
— *phyſodes*, 1081, Björkmosſe, in truncis Betularum, & in ſepibus, vulgatisſimus.
— *ſtellaris*, 1082, in corticibus arborum, rarior.
— *ciliaris*, 1083, in ſepibus, ac truncis arborum, ubique.
— *Iſlandicus*, 1085, in ſilvis circumjacentibus rarior.
— *pulmonarius*, 1087, in Quercuum truncis vulgaris.
— *furfuraceus*, 1088, in ſepibus non ubique.
— *Fraxineus*, 1091, in Fraxinis, Quercubus aliisque arboribus frequens.
— *Prunaſtri*, 1092, in Pruno ſpinoſa, & Salicibus frequentisſimus.
— *Juniperinus*, 1093, in arboribus, præcipue ramis Juniperi, ubique obvius.
— *glaucus*, 1094, in epidermide Betulæ vulgaris.
— *venoſus*, 1097, ad margines ſcrobiculorum & in ſilva Thun; rarisſimus.
— *Aphthoſus*, 1098, Tårſkmosſe, in ſilvis, locis humidis, ubique.
— *Caninus*, 1100, in ſilvis, locis humidis, ubique.
— *deuſtus*, 1105, in rupibus frequens.
— *puſtulatus*, 1107, Tuſchmosſe, in monte Långberget, copioſe.
— *cocciferus*, 1109, in rimis montium & Ericetis vulgaris.

LI-

LICHEN, *pyxidatus*, 1111, in ſilvis ſterilibus & ſaxis frequens.
— *fimbriatus*, 1112, in caudicibus antiquis & Ericetis vulgaris.
— *gracilis*, 1113, in ſilvarum deſertarum petris minus frequens.
— *cornutus*, 1115, in montium rimis & locis humidis parce.
— *rangiferinus*, 1117, Renmoſſe, in ſilvis montoſis, & ipſis petris vulgatiſſimus.
— *Paſchalis*, 1120, Faſtlagsris, in montibus ubique, copioſe; circa finem Aprilis præcipue vigens.
— *plicatus*, 1122, in arboribus maturis frequens.
— *barbatus*, 1123, in Pinis & abietibus vulgaris.
— *chalybeiformis*, 1127, ſuper petris & ſepibus, copioſe.
— *hirtus*, 1128, cum præcedente, ubique.

TREMELLA, *Noſtoc*, 1136, Skyfall, in pratis rariſſima.
— *purpurea*, 1140, in arboribus aridis, rarior.

CONFERVA, *reticulata*, 1157, ad ſaxa infra aquam non infrequens.
— *fluviatilis*, 1168, ut præcedens lapidibus adhærens, ad littora Målæri, paſſim.

BYSSUS, *ſaxatilis*, 1179, omnes ferme rupes & ſaxa cinereo veſtiens colore.
— *aquæ*, 1182, Vatnblomma, in aquis Måleri media æſtate vulgatiſſima.
— *candelaris*, 1185, in corticibus arborum & parietibus, vulgaris.
— *Phoſphorea*, 1186, Uggeived, in ligno antiquo rarior.
— *lactea*, 1189, in cortice arborum, frequens.

SPONGIA, *lacuſtris*, 1190, in lacu Målero, paſſim.

FUNGI

AGARICUS, *Androſaceus*, 1193, in ſilva Thun, lectus d. 10 Aug. 1791.

AGARICUS, *piperatus*, 1195, in ſilvis umbroſis paſſim; inventus d. 27 Aug. 1791.

— *extinctorius*, 1196, in ſilva Thun deprehenſus d. 4 Sept. 1791.

— *Georgii*, 1210, in inſula Lundbyholm, lectus d. 18 Aug. 1791.

— *campanulatus*, 1212, in pratis & ſilvis non infrequens; deprehenſus d. 18 Sept.

— *clypeatus*, 1216, in ſaltibus & locis uliginoſis paſſim; inventus d. 18 Aug. 1791.

— *muſcarius*, 1235, Flugſvamp, in paſcuis & ſilvis paſſim; viſus d. 15 Sept. 1791.

BOLETUS, *bovinus*, 1246, in ſilvis umbroſis frequens; in Auguſto obvius.

— *viſcidus*, 1248; in ſilvis rarior.

— *verſicolor*, 1254, in truncis Quercuum ſilvæ Thun inventus d. 27 Aug. 1791.

HYDNUM, *imbricatum*, 1251, in ſylvis deſertis, rarius. In ſilva Thun viſum d. 27 Aug.

— *tomentoſum*, 1269, in ſilvis aceroſis, paſſim; eodem ac præcedens, loco, inventum.

PHALLUS, *impudicus*, 1261, in hortis oppdii rarius viſus, poſt pluvias.

— *eſculentus*, 1262, Murkla, in prato Sundbyenſi, non infrequens.

LYCOPERDON, *Boviſta*, 1280, Kåringfis in ſilvis, paſcuis & pratis paſſim; menſe Septembri obvium.

MUCOR, *Eryſipbe*, 1292, Honingsdagg in humulo aliisque plantis, non rarus.

CORRIGENDA.

P. 10 *Lin.* 16, 100 Leg. 110.
— 15 — 9, 144 — 194.
— — — 20, 196 — 199.
— 16 — 13, 107 — 208.
— — — 16, 202 — 212.

(3)

DISSERTATIO MEDICA,

DE

BENZOË,

QUAM

VENIA EXP. ORD. MED. UPS.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD., ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDINENS. HOLMIENS. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILADELPH. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. HAFNIENS. HIST. NAT. LUNDENS. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. HAFNIENS. NAT. SCRUT. LINN. LONDIN. MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU DOCTORIS

MODESTE SUBJICIT

Jonas Nicol. Ahl

Stipend. Piper. Helſingus,

IN AUDIT. BOTANIC. D. 22 MAJI 1793.

HORIS A. ET P. MERIDIEM SOLITIS

UPSALIÆ,
LITTERIS VIDUÆ DIRECT. JOH. EDMAN.

COMMINISTERN

UTI ARBRÅ OCH UNDERSVIKS FÖRSAMLINGAR,

HERR ***PEHR AHL,***

SAMT

FRU ***ELISABETH AHL,***

FÖDD ***GRÖNLUND,***

MINE HULDASTE FÖRÅLDRAR!

EDER öma vård och omſorg har jag at tacka för danandet af min barndom; EDER oafbrutna kärlek, och upmuntran hafva verkat fortſättningen af mina Studier. Om jag äger en känſla, ſom kan ömma för lidande likar, och vara verkſam til deras hjelp, ſå är det af EDER, jag både ärft och inſupit den ſamma. Åt hvem ſkulle jag då häldre offra Desſa Blad? Emottagen dem ſom et prof af den vördnad och kärlek, hvarmed jag ouphörligt framhärdar

EDER

lydigſte ſon

JONAS NICLAS AHL.

DE BENZOË.

Tanta fuit diu, &, quod dolendum, adhuc exſtat incertitudo, unde deſumantur quædam in Pharmacopolia noſtra introductæ materiæ, uſui inſervientes ſalutifero, ut a longo retro tempore pluribus harum uſi fuerint medici, veram earum originem & quandoque Patriam licet omnino ignorantes. Hæc fata fuerunt in primis ſuccorum vegetabilium; ſic incerti adhuc ſunt originis *Ammoniacum*, *Caranna*, *Myrrha*, *Bdelium*, *Sagapenum*, *Copal*, cet. & dubii pleræque *Myrobalani* ſpecies, *Agallochum* atque aliæ. Hæc inter relata merito fuit reſina *Benzoës*, quam nonnulli, *a*) a *Crotonis* quadam ſpecie, *benzoë* dicta deſumi, ſibi, licet falſo perſvaſerunt, alii cum Illuſtri *Schrebero*, *b*) a *Terminalia benzoina* exſtillari crediderunt, alii demum a *Lauri* ſpecie, cui *benzoë* nomen eſt, ortam venditarunt.

Operæ vero indefesſæ & ſagacitati Cel. Dryandri, popularis honoratisſimi & Bibliothecarii Societ. Reg. Scient.

A 2 Lon-

a) *Linn.* Mant. p. 297 — *Berg.* Mat. med. p. 760.
b) Mater. Med. *Linn.* p. 265.

Londinenſ. debemus, quod certo jam ſciamus, *Styracis* eſſe novam ſpeciem, quæ hanc profert reſinam. Suſpicatus quidem fuit Nobiliſ. RADERMACHER, in Act. Societ. Batav. Tom. 3. p. 44. diverſam eſſe Benzoinam arborem a *Lauro Benzoë* LINNÆI; ſed rem ad liquidum non perduxit. Illuſtr. vero Botanicus D:r DRYANDER, in Transaction. Anglic. vol. 77. edidit *Deſcription of the Benjamin Three of Sumatra*, appellavitque ignotam antea hanc arborem, *Styracem benzoë:* foliis oblongis acuminatis ſubtus tomentoſis, racemis compoſitis longitudine foliorum; adjuncto ſimul icone rami floriferi. Hinc inde liquet, ſummam eſſe hujus reſinæ odoriferæ affinitatem cum *Storace calamita*. *Creſcit* hæc arbor in Inſulis Java & Borneo, in regno Siam, inque Sumatra in primis, ubi etiam cultura propagatur & adaugetur.

Arbor grandis ligno cinereo-rufeſcente, per fisſuras corticis rufo fuſceſcentis reſinam fragilem rubeſcentem, granis interdum immixtis pellucidis, exſtillat, ut ex fruſtis a Cel. Præſide allatis videre licet.

Reſina ipſa in Pharmacopoliis noſtris occurrit rubro fuſca, & quandoque, dum purior, ſubpellucida, fragilis, graveolens, odore aliquantum grato, ſapore dulci. *Igne* facile liqueſcit, ſpumeſcit & ſvaviter irritante odore fumat, accenditur & flagrat. *Aqua* parum, non omnino, ſolubilis, odorem balſamicum ſaporemque gratum illi communicat, deſtillata, illam limpidam, odoram magisque ſapidam reddit. *Spiritu* vini autem ſoluta, tincturam reddit luteo-rubicundam, quæ, aqua frigida mixta, lacteſcit & *Lac Virginis* audit. *Sublimatione* ſal ſurgit, quem primo excipit oleum empyreumaticum tenue & flavicans, deinde masſa butyracea ſale imbuta. Hæcce masſa, *Flores Benzoës* dicta, ſeu *Sal Benzoës esſentialis*, cry-

cryſtallos format tenues, leves, prismaticas, quæ purificatæ albiſſimæ evadunt.

Inter reſinas, Benzoë, ob ſalem acidum, quem continet, inſignem occupat locum; in certis balſamis nativis, *Tolutano* ſcilicet & *Peruviano*, in *Styrace*, in *Epidendri vanillæ ſiliquis*, in *oleis æthereis* cryſtallos ponentibus, ut in *oleo* præſertim *Petroſelino*. ſalem ejusmodi repertum affirmatur; quid? quod, in *lacte* & *urina* hocce acidum continetur; nullibi autem magis purum & abundans quam in *Asſa dulci* ſeu reſina benzoës. Ex hac reſina, variis modis chemice tractata, acidum Benzoës ſecernitur, vel ſublimatione, ut olim in uſu fuit, vel ſatius ſolutione & coctione cum aqua calcis, præcipitando cum acido ſalis, ut nunc temporis præparandi modus in Pharmacopœa, experimentis convenienter Scheeleanis, præſcribitur. Hicce præparandi modus ſine dubio aliis etiam præferri debet, cum e quacumque reſinæ libra, XII ad XIV drachmæ acidi puri obtineantur.

Proprietates communes huic acido ſunt cum omnibus aliis acidis, ut, commutandi ſucci Heliotropii colorem, cum creta effervescendi & ſic porro, poſisdet tamen proprios, ab aliorum acidorum differentes characteres; ſunt illi qui ſequuntur:

1:o Odorem reſinæ benzoës & ſaporem magis dulcem quam ingrate acidum prodit.

2:o Aqua tam difficile ſolvitur, ut 24 partes aquæ fervidæ & 500 partes frigidæ, ad ſolvendam unam tantum partem requirantur.

3:o Solutione in aqua facta & evaporatione, cry-

ſtallos ponit prismaticas & tenues, quæ, chemice, cum alkali, terris & metallis junctæ, differentes porrigunt ſales.

4:o Spiritu vini facilius quam aqua ſolvitur, & accedente acido ſalis, *Ætherem* præbet *benzoinum*.

5:o Igne aperto accenditur hic ſal, flagrat, odorem ſpargit gratum & totus quantus avolat; ſed vaſis clauſis ſublimando cryſtalliſatur, nomine *Florum benzoës*, ſine reſiduo quodam carbonaceo.

6:o In acido nitri coctum, acidum benzoës odorem ſpargit odori amygdali amari ſimillimum. In liquidum jam abit; ſed in acetum non mutatur, nec præbet ſe eſſe compoſitum ex acido tartari, phosphori & materia carbonacea; ſed ſi ita eſſet, hoc tamen nihil impedit, quominus ſal benzoës ſit acidum ſui generis & pars reſinæ conſtitutiva; ad cetera ejusdem principia quod attinet, eadem fere ſunt ac in aliis reſinis, quum deſtillando eadem dent producta.

Vires hujus reſinæ, ut antiquorum retineamus loquendi rationem, nervinæ ſunt, balſamicæ & expectorantes; flores autem acidi, oleo reſinæ ſimul imprægnati, in primis ſtimulantes evadunt & reſolventes.

Uſus hujus remedii internus rarior eſt; externus vero magis frequens occurrit. *Externe* ad omnia facile ſuffimigia, quandoque in Templis ad gratum excitandum odorem; in Noſocomiis ad corrigendum aërem, in quo caſu, fumus reſinæ hujus acidus, præ aliis ſuffimigiis ſeſe commendat & odore grato, & alkalinos putridosque vapores ſaturando, aërem reddit puriorem; ad fuganda inſecta; & in morboſis *c*) quibusdam adfectionibus externis re-

c) Monros Works p. 577 in Pneumatocele fumus panno laneo exceptus & applicatus laudatur.

recipitur. Ungventis interdum, grati odoris conciliandi gratia addi ſolet. *Lac virginis*, uſu coſmetico & in rubore faciei, non tam raro adhibetur, nitorem ac mollitiem cuti concilians, uti & eôdem Scopo Tinctura Würtembergenſium. Sternutationem excitant flores benzoini, vel odorati, vel ſi ſaccharo triti atque aqua ſoluti naribus excipiantur. — *Interne* in morbis pectoris laudatur variis ſub formis. In adfectionibus pectoris ſine febre antiquitus fuit commendata, ut in tusſi inveterata, aſthmate, obſtructionibus pulmonum, etiam in pituitoſa humorum diatheſi & hyſteria, non ſine fructu, Flores præſcribunt Medici; nec non in vitiis pectoris chronicis Esſentia Simplex propinata fuit.

Flores benzoës plerumque a gr. III. ad XV præſcribi ſolent, vel forma pulveris admixto ſaccharo, vel vitello ovi aliove liquido ſoluti.

Esſentia Simplex a gtt. X. ad XX.

Compoſitiones varias ingreditur Benzoë, quarum præcipuæ nominari merentur:

Balſamum traumaticum. Edinb. & Lond.

Pilulæ pectorales. Edinb.

Elixir paregoricum. Lond. & Svec.

Masſa pro fornace. Würtemb.

TILL HERR LICENTIATEN.

Förtjenſtens Söner någon gång
ur mörkret, ſegrande, ſig höja:
och gå i den *Triumph* de röja,
at kalla Skalden och en Sång.

Min Vän! at Dig en ſådan gifva,
jag ej mitt hjerta fråga vill —
Det ſkulle ſvara *ja* dertill;
men *Snillet* helt förvånadt blifva.

Den flock en lindrad plåga känt,
ett lof Dig ger, ſom ej miſstänkes:
det Rökverk, ſom af Skalden ſkänkes
är oftaſt utaf tvånget tändt.

Behof och briſt, ſom ofta leda
till ſtora ſtraff för ſtörre brott,
hos Dig ſin rätta ſtyrſel fått
at mod och ſeger Dig bereda.

Glåds! at på grafvens brådd en Far
välſignad ſer den bön Han gjutit!
Hvad i en värdig Son Han njutit,
ät Dig Förſynen en gång ſpar.

- - *n* - - - - - - - *m.*

(4)

DISSERTATIO BOTANICA,

DE

ACERE,

QUAM

CONS. EXP. ORD. MED. UPS.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD., ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDINENS. HOLMIENS. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. ET HAFNIENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. [illegible] HALENS. NAT. SCRUT. LINN. LONDIN. MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICO EXAMINI SUBJICIT

JOHANNES LAUR. ASCHAN,

STIP. STRANDB. OSTROGOTHUS.

IN AUDIT. BOTAN. D. XI OCTOBR. MDCCXCIII.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,
LITTERIS VIDUÆ DIRECT. JOH. EDMAN.

à MONSIEUR

JEAN JAQ. GAHN,

CONSUL GENERAL DE SA MAJESTÉ LE ROI DE SUEDE,

à CADIZ,

ET

à MADAME

MARIE JOS. DE MOIJA

SON *EPOUSE.*

Tous ceux, qui ont eu le bonheur de Vous approcher, ont la perſuaſion la plus forte de la bonté de Vos

Vos cœurs, & la veneration la plus juſtement due a Votre merite. C'eſt ce qui m'a inſpiré l'ambition, de voir Vos reſpectables noms orner ces feuilles. J'eſpere que Vous voudriez bien recevoir l'hommage, que je Vous en fais, comme un faible tribut, que la reconnoisſance paye a Vos bienfaits, & d'y n'enviſager d'autre motif, que le deſire de pouvoir temoigner publiquement à quel point je Vous honore.

Je ne ceſſerai toute ma vie d'etre avec le plus profond reſpect & l'attachement le plus enviolable

VOTRE

tres humble & tres obeïsſant ſerviteur,

Jean Laur. Aschan.

DISSERTATIO BOTANICA,

DE

ACERE.

---

§. I.

Arbores, ut magnitudine minores exſuperant plantas, ita & utilitate illas excellunt. Præter enim, quod lignoſi & ramoſisſimi illarum trunci variis ædificiis navibusque exſtruendis, multis rebus Oeconomicis focoque inſerviunt, ventorum vehementiis reſiſtunt atque ſuavisſimas non raro ſub æſtu umbras conciliant; ſæpe unica arbor, veluti hortus in aëre elevatus plus fructuum, quam quidem integer alioquin hortus proferre valet. In tres quaſi phalanges diſpeſci posſunt duro & lignoſo caule prædita vegetabilia, ſcilicet in *Frutices*, orgyali circiter altitudine, pluribus e radice cauliculis & gemmis inſtructos; *Arbores*, caudice ſimplici & ramorum corona altiori ramoſisſima gemmisque præditas; *Palmas*, caudice ſimplici absque ramis gemmisque, coma folioſa terminali ſæpe altisſime evecta ſuperbientes. Inter multa arborum genera non ultimum certe locum ſibi vindicare videtur illud, quod ACERIS ſub nomine diu innotuit, nuperque ſpeciebus variis elegantisſimis non parum fuit adauctum. Superbiunt enim pleræque ſpecies foliis ſuis grandioribus, corona ramorum ampliori umbroſisſima, ligno eleganter variegato & duro, nec non ſucco ſacchari dulcisſimo ſapore prædito. Dum itaque primum qualecumque tirocinium e Cathedra defendere in animum induxeram, hoc inprimis, quod ne mireris, precor enixe, L. H. me non minus utile, quam amœnum arboris genus præ aliis elegisſe, ſed juvenilibus potius conatibus, quæ tua eſt humanitas, benevole faveas.

§. II.

CHARACTER GENERICUS.

* *Artificialis.*

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, 5-fidum, acutum, coloratum, perſiſtens.

COROLL. *Petala* 5, ovata, obtuſa, extrorſum latiora, patentia, calyce vix majora.

STAM. *Filamenta* 8, ſubulata, brevia.

Antheræ ſimplices.

Pollen cruciforme.

PIST. *Germen* ſuperum, compresſum.

Stylus filiformis, ſenſim excreſcens.

Stigmata duo, acuminata, reflexa, plus minus diviſa profunde.

PERIC. *Nuces* binæ, baſi coalitæ, ovatæ, ala membranacea terminatæ.

Semina ſolitaria, ovata.

Obſ. 1. In quibusdam floribus Antheræ ſteriles non dehiſcunt; in quibusdam piſtilla abortiunt. Omnes autem hermaphroditi utroque ſexu gaudent. *Superiores* nimirum flores hermaphroditi maſculi ſunt, quorum antheræ polliniferæ ſunt, piſtilla vero non excreſcunt vel fecundantur, ſed marceſcunt & decidunt; *Inferiores* hermaphroditi feminei ſunt, antheris non dehiſcentibus, quorum piſtilla mox in ſemina turgida excreſcunt.

2. Variat numerus ſtaminum, 4 & 5, in *Acere Negundo.*

3. Flores dioicos obſervarunt Auctores in *Acere rubro & negundo.*

4. In

4. In *Acere negundo* corolla nulla.
5. Fructum non eſſe capſulam, quæ ſponte aperitur, ſed *Nucem* duplicem, monoſpermam, & membrana venis elevatis elegantisſime reticulata terminatam.
6. *Digynæ* videntur *monſpesſulanum*, *rubrum*, *ſaccharinum*.

** *Esſentialis.*

Calyx 5-fidus. *Corolla* 5-petala. Nuces binæ, coalitæ, alatæ.

Locus. Octandria, Monogynia inter genera floribus completis.

§. III.

CHARACTERES SPECIERUM.

* *Foliis indiviſis.*

virens. 1. A. foliis ovatis integris ſempervirentibus.

tatari cum. 2. A. foliis cordato-ovatis ſubangulatisque ſerratis.

** *Foliis trilobis.*

trifidum. 3. A. foliis indiviſis trifidisque integris.

monſpesſulanum. 4. A. foliis trilobis integris glabris annuis.

creticum. 5. A. foliis trilobis integris pubeſcentibus ſempervirentibus.

penſylvanicum. 6. A. fol is trilobis duplicato-ſerratis, racemis cernuis glabris.

montanum. 7. A. foliis trilobis & ſubquinquelobis acutis ſerratis, paniculis hirſutis.

carolinianum. 8. A. foliis trilobis ſerrulatis ſubtus glaucis, pedunculis unifloris aggregatis.

*** *Foliis quinquelobis.*

opalus.	9. A. foliis quinquelobis inciſo-ſerratis glabris.
rubrum.	10. A. foliis quinquelobis ſerratis, ſubtus glaucis, pedunculis aggregatis.
collinſonia.	11. A. foliis 5-lobis, ſubtus glaucis: lobis lobatis ſerratis.
platanoides.	12. A. foliis 5-lobis glabris: lobis ſinuato-dentatis, paniculis terminalibus.
ſaccharinum.	13. A. foliis 5-lobis dentatis ſubtus pubeſcentibus.
pſeudoplatanus.	14. A. foliis 5-lobis inæqualiter ſerratis, nervis ſubtus racemiſque villoſis.
campeſtre.	15. A. foliis 5-lobis villoſis: lobis trilobis integris paniculis terminalibus.

**** *Foliis ſeptemlobis multilobiſque.*

pictum.	16. A. foliis 7-lobis glabris: lobis acuminatis integris.
ſeptemlobum.	17. A. foliis 7-lobis glabris: lobis acuminatis ſerratis.
palmatum.	18. A. foliis 7-lobato-palmatis, paniculis terminalibus.
japonicum.	19. A. foliis inciſo-multipartitis villoſis, paniculis terminalibus.

***** *Foliis compoſitis.*

diſſectum.	20. A. foliis multipartito-digitatis: lobis inciſo-pinnatifidis.
negundo.	21. A. foliis impari pinnatis.

§. IV.

§. IV.

DESCRIPTIO SPECIERUM.

Species omnes arboreſcunt.

Folia oppoſita, ſæpius angulata, inciſa, diviſa & petiolata.

Rami oppoſiti, teretes, inermes.

Flores racemoſi, paniculati vel ſubumbellati.

2. A. TATARICUM. *Rami* purpuraſcentes.

Folia ſubcordata, acuta, duplicato & inæqualiter ſerrata ſerraturis acutis, indiviſa & ſubangulato-trifida, glabra, palmaria.

Flores paniculati panicula axillari, trichotome decompoſita.

3. A. TRIFIDUM. *Arbor* ramis glabris, purpuraſcentibus.

Folia quædam indiviſa, ovata, acuminata; quædam triloba ſinubus rotundatis lobisque acutis; omnia integra, glabra.

4. A. MONSPESSULANUM. *Arbor* ramis divaricatis, glabris.

Folia indiviſa rarius, ſerrata, ſæpius triloba lobis divaricatis; omnia glabra, obſolete ſerrata, ſubtus pallida, ſupra elegantisſime reticulata, pollicaria.

5. A. CRETICUM. Petioli foliis breviores. Paniculæ terminales. Similis valde A. *Monſpesſulano.*

Folia quædam indiviſa, ovata, obtuſa; ſæpius triloba lobis divaricatis; omnia integra, ſubtus glauca & villoſa, ſupra glabra, pollicaria.

Petioli foliis longiores.

Pedunculi terminales, aggregati, ſubuniflori.

6. A. PENSYLVANICUM. *Folia* cordata, trifida lobis cuſpidatis, inæqualiter, argute & tenuisſime ſerrata, 5-ner-

vis nervis ramoſis, hirſuta imprimis ſubtus villo ferrugineo pulverulento.

Racemi cernui pedicellis & floribus glabris.

7. A. MONTANUM. *Folia* rarius triloba, ſæpisſime 5-loba lobis cuſpidatis, dentato-ſerrata, ſupra villoſa, ſubtus ſubtomentoſo-albida, palmaria.

Paniculæ axillares & terminales, totæ hirſutæ pedicellis & floribus, erectæ, digitales.

Flores parvi, plurimi.

9. A. OPALUS. *Arbor* ramis & ramulis purpuraſcentibus, glabris.

Folia cordata, ſubrotunda, 5-loba lobis dentatis obtuſis, utrinque elegantisſime reticulata & glabra, ſupra viridia, ſubtus opaca & glauca venis ramoſis purpuraſcentibus, pollicaria usque palmaria.

10. A. RUBRUM. *Arbor* ramis ramulisque purpuraſcentibus, glabris.

Folia cordata, 5-loba lobis acutis inæqualiter ſerratis, utrinque glabra & reticulata, ſubtus glauca, palmaria; interdum purpuraſcentia, interdum pulcherrime albo-viridique variegata.

11. A. COLLINSONIA. *Arbor* tota glabra ramis parum purpureis.

Folia ſubpeltato-cordata, 5-loba ſinubus aliquatenus rotundata, ſinuato-dentata, ſubtus glauca, palmaria.

12. A. PLATANOIDES. *Arbor* ramis divaricato-erectis, glabris.

Folia haſtato-cordata, 5-loba ſinubus rotundatis, utrinque glabra, longius petiolata, ſpithamæa.

Lobi ſinuato-dentati dentibus elongatis, cuſpidatis, ſetaceis.

Panicula terminales pedicellis ſubumbellatis.

13. A. SACCHARINUM. *Arbor* procera ramis purpuraſcentibus.

Fo-

Folia ſubcordata, 5-nervia nervis ramoſis, 5-loba ſinubus rotundatis, ſubtus villoſa, palmaria.

Lobi cuſpidati, integri dente majori in medio rotundato.

Pedunculi terminales, aggregati, ſimplices & bifidi.

14. A. PSEUDOPLATANUS. *Arbor* maxima, ramis purpuraſcentibus.

Folia cordata, 5-lobata ſinubus acutis, 5-nervia nervis ramoſis, ſupra glabra, ſubtus glauca & villoſa, ſpithamæa.

Lobi cuſpidati, inæqualiter ſerrati.

Racemi axillares, palmares pedicellis rarius inferne ramoſis.

15. A. CAMPESTRE. *Arbuſcula* ramis ramulisque divaricatis, flexuoſis.

Folia cordata, 5-loba ſinubus acutis, utrinque tenuisſime villoſa, pollicaria usque ſubpalmaria.

Lobi infimi integri, intermedii externe dente rotundato aucti, ultimus trilobus lobis obtuſis integris.

Paniculæ terminales, pedicellis, floribus & nucibus hirſutis.

Calyx eleganter ciliatus.

16. A. PICTUM. *Arbor* mediocris ramulis cinereis, glabris.

Folia cordata, 7-loba ſinubus rotundalis, 7-nervia nervis ramoſis, integra, glabra, albo viridique variegata, palmaria.

Lobi baſi ovati, apice cuſpidati.

17. A. SEPTEMLOBUM. *Arbor* ramulis petiolisque purpuraſcentibus.

Folia cordata, 7-loba, ſinubus acutis, argute ſerrata, ſubtus pallida, 7-nervia, ſpithamæa & palmaria, petiolis breviora.

Lobi ovati, apice cuſpidati.

18. A. PALMATUM. *Arbor* mediocris, tota glabra ramis ramulisque, petiolis foliisque purpuraſcentibus.

Folia ſubcordata, palmata, 7-nervia nervis ſæpe villoſis, pollicaria & ultra.

Lobi ſeptem, infra medium inciſi ſinubus acutis & lanceolatis, ſetaceo-cuſpiditati, tenuisſime ſerrati.

Paniculæ terminales, glabræ.

19. A. JAPONICUM. *Arbor* mediocris magnitudinis ramulis fuſco-purpureis, glabris.

Folia cordata, inciſo 13-partita, utrinque villoſa, venis magis hirſutis, palmaria. *Sinus* acuti.

Lobi lanceolati, acuminati, tenuisſime ſerrati.

Paniculæ ſubumbellatæ, terminales, pubeſcentes.

Calyx & corollæ glabræ, purpureæ.

Antheræ flavæ.

Nuces lanatæ.

20. A. DISSECTUM. *Arbor* orgyalis vel paulo ultra ramis teretiuſculis ſeu obſolete angularis, glabris.

Folia glabra utrinque, digitato-multipartita, ſeu potius pedato-novempartita, pollicaria. *Digiti* inferne attenuati, ſulcati; ſuperne lanceolati, iterum inciſo-pinnatifidi, pinnulis ſerrulatis; medii maxime inciſi, intermedii minus, extimi indiviſi, ſerrulati, breviores.

Paniculæ terminales, ſubumbellatæ, glabræ.

Petioli, *Pedunculi* & *Pedicelli* capillares.

Variat foliis viridibus & rubris.

21. A. NEGUNDO. *Arbor* magna ramis & ramulis glabris.

Folia pinnata cum impari, tenuisſime imprimis venis villoſa, juniora hirſuta.

Pinnæ raro tres, ſæpius quinque, petiolulatæ, laterales oblongæ, cuſpidatæ, inferne integræ, interdum inci-

inciſo-trifidæ, ſæpius dentatæ dentibus magnis, longiores, digitales. Ultima obovata, inferne integra, ſuperne inciſo-ſerrata, cuſpidata, quandoque trifida, minor.

Flores racemoſi.

§. V.
SYNONYMA.

A. *virens* Linn. Mantiſſ. p 128. Syſt. Veg. XIV. p. 911. Curante Gmelin p. 615.

A. *tataricum* & *pſeudoplatanus* Linn. ſpec. Plant. p. 1495. Syſt. Veg. XIV. p. 911. Gmelin p. 616.

A. *trifidum*. Flor. Japon. p. 163. Linn. Syſt. Veg. XIV. p. 912. Gmelin p. 616.

A. *monſpesſulanum*, *campeſtre*, *creticum* & *negundo*. Linn. Spec. Plant. p. 1497. Syſt. Veg. XIV. p. 912. Gmelin p. 616.

A. *penſylvanicum* & *platanoides* Linn. Spec. Plant. p. 1496. Syſt. Veg. XIV. p. 912. Gmelin p. 616.

A. *montanum*. Linn Syſt Veg. Gmelin p. 616.

A. *carolinianum* ibid. p. 617.

A. *rubrum* & *ſaccharinum* Linn. Spec. Plant. p. 1496. Syſt. Veg. XIV. p. 911. Gmelin p. 616.

A. *pictum* & *ſeptemlobum*. Flor. Japon. p. 162. Linn. Syſt. Veg. XIV. p. 912. Gmelin p. 616.

A. *palmatum*. Flor Japon. p. 162. Linn. Syſt. Veg. XIV. p. 911. Gmelin p. 616.

A. *japonicum*. Flor. Japon. p. 161. Linn. Syſt. Veg. XIV. p. 911. Gmelin p. 616.

A. *disſectum*. Flor. Japon. p. 160. Linn. Syſt. Veg. XIV. p. 911. Gmelin p. 616.

§. VI.
PATRIA.

A. *virens* & *creticum* in Oriente.

A. *tataricum* in Tataria prope Volgæ littora locis humidis.

A. *trifidum*, *pictum*, *ſeptemlobum*, *palmatum*, *japonicum* & *disſectum* in Inſulis Japoniæ.

A. *monſpesſulanum* in Auſtrali Gallia.
A. *opalus* in Italia & Helvetia.
A. *pſeudoplatanus* in Helvetiæ & Auſtriæ montanis, in Gallia & Anglia.
A. *ſaccharinum*, *colliſinia*, *penſylvanicum*, *montanum*, *rubrum* & *negundo* in America ſeptentrionali, ſcilicet in Carolina, Penſylvania, Canada, Virginia.
A. *platanoides* in Europa boreali, in montibus Stiriæ & Subaudiæ, in Auſtria & Helvetia.
A. *campeſtre* in Europa boreali, in Scania Sveciæ rarior, inque Anglia.

§. VII.

USUS.

Lignum pleriſque *Aceribus* durum & variegatum variis rebus fabricandis tornatoribus & aliis opificiariis inſervit. Sic ex *pſeudoplatano* inſtrumenta muſica, ex *rubro* menſæ, ſellæ, ciſtæ, lecti, cetera conficiuntur. Lignum *platanoidis* album & venoſum inque radice inprimis marmoratum ſculpturis varie idoneum deprehenditur. *Saccharini* ob duritiem, rotis molendinaribus acuminatis aptum cenſetur.

Cortex Aceris *rubri* colore cæruleo & lintea tingit & lanam.

Ex ſubere *Aceris ſaccharini* fomitem parant Americani.

Folia totius fere Generis Aceris pecoribus pabulum ſatis gratum & nutriens præbet.

Flores quoque Apibus, tempore verno, longe gratisſimi æſtimantur.

Succus vero ante omnia attentionem noſtram meretur, quem dulcem pleræque ſpecies, copia non adeo exigua, ſauciatæ ſtillant. Succus enim, non modo recens, ut leniter refrigerans & mundificans, ægris præſcribitur cum fructu, ſed etiam exinde ſaccharum parari poteſt eximium, ſaltem *ſacchari officinarum* ſuccedaneum minime ſper-

ſpernendum, cujus in terris borealibus defectum hocce quaſi compenſare voluit benigna & provida Natura.

Tres inprimis ſunt ſpecies, quæ hunc ſuccum copia quadam ſtillant, nempe *ſaccharinum*, *rubrum* & *platanoides*. Hæc in Svecia & Europa boreali frequentisſima occurrit. Illæ in America boreali creſcentes, quoad ſacchari præparationem, Indigenis dudum ante Europæorum in novum mundum adventum cognitæ fuerunt. Illi enim & ſacchari aliunde parandi & mellis quoque ignari, ſuccum harum arborum ad cibos condiendos adhibuerunt, & ferculum quoque peculiare ex hoc ſucco & farina Zeæ Mais, quo in longis & periculoſis itineribus uti ſolent, parare ſibi ſciverunt. Succi quantum effundere valet, ſine noxa & periculo arboris, quævis ſpecies, accurate determinari non poteſt, id cum ex variis circumſtantiis dependere ſolet, ut tempore, ſolo, ætate, vento, frigore, ceteris; uberrimum tamen ſuccum præbet Acer *ſaccharinum*, cujus exinde ſacchari parandi modum deſcripſit Celeb. Profesſor KALM in Actis Holmienſib. 1751. p. 150. Præſtans enim hæc arbor jv vel viij congios de die, vel xxx usque LX congios ſucci quolibet vere ſuppeditare valet, & quidem per plures ſuccesſive annos, ſi modo foramen boreali latere terebratum, ad ſiſtendum fluxum, pavillo optime obturatur.

Sacchari quoque non æqualis ſemper copia ex ſucci anatica obtinetur portione; interdum enim xvj congii ad ℔j ſacchari requiruntur, interdum v congii, ut libra ſacchari obtineatur, ſufficiunt; communiter vero x congii libram ſacchari & quævis arbor iij vel jv ℔ ſacchari puri per annum præbent.

Glorioſo pro recuperanda & firmanda libertate bello americano finito, plurimi Incolæ in ſacchari Acerini præparationem animum adverterunt, & inprimis, laudatisſimo zelo ducti, Qvackeri in id vires opesque intenderunt ſuas, ut abolito uſu ſacchari officinalis ſimulque cum

Mancipiorum ſudore & ſanguine illicito non minus, quam indigno commercio, ſacchari quantum ſatis ex hiſce arboribus proceris paratum ubique venale haberetur. Hunc in finem officinæ dudum plures in provinciis exſtructæ fuerunt & induſtria magis magisque aucta increſcit, ut teſtantur Venerand. Præpoſ. D. COLLIN, dignisſimi & doctisſimi noſtri popularis, ad Celeb. Præſidem datæ litteræ nuperrimæ & D. BRISSOT itinerarium per Americam ſeptentr. Berl. 1792 impresſum.

Sacchari hujus fruſtum e Muſeo Reg. Acad. Scient. Holmienſis nobis misſum Chemico examini ſubjecimus.

Aqua facillime ſolvebatur, adeo ut aqua deſtillata absque calore duplum pondus ſuſcipere valeret.

Spiritus vini rectificatisſimus digeſtionis calore æquale pondus disſolvit.

Calcinatum in vaſe vitreo aperto reliquit portiunculam cineris albi levisſimi, qui calce videbatur conſtare, & carbonis nigri, quem tamen ulterius examinare quantitas exigua non permiſit.

Cum *acido nitri* ſolita ratione tractatum dedit tertiam partem acidi ſacchari, cum pauxillo, vix ultra $\frac{1}{100}$ calcis ſaccharatæ.

Ex his patet, acerinum ſaccharum a ſaccharo communi vix ulla ratione esſe diverſum.

De Acere *rubro* eadem fere valet laus, licet non æque multa cum illo adhuc inſtituta fuerint experimenta.

In Acer *platanoides* experimenta inſtituerunt D. DAHLMAN & STÅHLHAMMAR. Ille ex octo arboribus, annorum circiter 30, quibus vulnus inflixerat, prima vice, quatuor nycthemeris cong. xx eduxit ſucci, qui leni igne per ſeptem horas inſpisſatus libras unam ſemis ſacchari fuſci dedit. Altera vice ex iisdem arboribus, tribus nycthemeris cong. xv eductos coxit, unde ſyrupi ℔*ß*, ſacchari fuſci ℔j & ſacchari puri uncias jv habuit, ut videre licet ex Act. Holm. A:o 1754. p. 232. Hic anno 1773 e cong. xxjv ſucci cong. j obtinuit ſyrupi optimi cum fruſtulo ſacchari, in fundo cryſtalliſati.

DISSERTATIO MEDICA,

DE

CORTICE ANGUSTURÆ,

QVAM

VENIA EXP. ORD. MED. UPS.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD., ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDINENS. HOLMIENS. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. ET HAFNIENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. HALENS. NAT. SCRUT. LINN. LONDIN. MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID. MEMBRO; NEC NON ACAD SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU DOCTORIS

PUBLICE VENTILANDAM SISTIT

Carolus Fr. Blumenberg,

STIP. NESSEL. DALEKARLUS.

IN AUDIT. BOTANIC. D. 29 MAJI 1793.

HORIS A. ET P. MERIDIEM SOLITIS

UPSALIÆ,

LITTERIS VIDUÆ DIRECT. JOH. EDMAN.

à

MESSIEURS

GUST. HALLDIN,

CHEF DU BUREAU DES AFFAIRES ETRANGERES

ET

JEAN GOTLIEB GAHN,

ASSESSEUR AU COLLEGE DES MINES

ET

MEMBRE DE L'ACAD. ROJ. DES SCIENCES à STOCKHOLM,

Accoutumé depuis long tems, à vos bontés, j'oſe encore Vous demander une; c'eſt d'agréer l'offre de ce

ce petit ouvrage comme une marque de la reconnoiſſance la plus parfaite et du profond reſpect, avec les quels j'ai l'honneur d'etre

MESSIEURS

Votre trés-humble et trés-obeisſant ſerviteur
CHARLES FR. BLUMENBERG.

DE

CORTICE ANGUSTURÆ.

INTROITUS.

Fere quotannis ex remotis et alio calentibus ſole terris ad nos advehuntur ſæpe non parum celebrata et nimium quantum laudata remediorum genera.

Mittit orientalis India radices *Lopez*, *Kynlein*, *Columbo*, *Periploces*, céteras; America autem, poſtquam Europæis innotuit, non modo longe plura, ſed et meliora et validiora medicamina, non raro ſumme ſpecifica, nobis præbuit et forſan adhuc multa in ſinu ſuo fovet, venturis Sæculis et poſteris profutura.

Luſtrum vix effluxit, ex quo nobis e calidiori America allatus innotuit Cortex, quem non modo ut febrifugum eximium ſed etiam Kinkina præſtantiorem venditarunt unus et alter Practicorum celebrium.

In Europam primo translatus eſt Anno 1788, dum menſe Julii ejus quantitas ſat magna a Domino Chollet e Dominica in Angliam miſſa fuit atque, ut nemini vel nota vel expetita merces, in fluvium Londinenſem dejecta. In Svecia vix ante 1791 innotuit hicce Cortex et initio Anni inſequentis in Pharmacopoliis venalis habebatur.

Nomen

Adeptus eſt hic Cortex a Loco, unde in Inſulam Trinitatis ex Anguſtura Americæ calidioris primo

per

per Hiſpanos delatus fuit. Ex arbore Brucea ſumi ſibi perſuaſit quidem Illuſtr. peregrinator Anglus Bruce; ſed asſertum ejus neque confirmat Locus, unde advehitur, neque arbor ipſa, utpote quæ non ex America, ſed ex Africa fuit allata. Nec ullam fidem meretur effatum Dom. Heijne, qui corticem esſe *Magnoliæ Glaucæ*, absque tamen ullis adjectis rationibus, adſeruit.

Promiſcue itaque appellatus fuit cortex Bruceæ, Anguſturæ et Auguſtinus.

Qualitas.

Externe cinereus et quaſi pulverulentus, intus luteſcens occurrit fruſtis latioribus vel anguſtioribus, longitudine non ſemper eadem, ſed quandoque digitali, quandoque ſpithamæa et ultra, craſſitie circiter lineæ, ſemper multum fragilis. Igni expoſitus quaſi ebullit et carbo ignem diu fovet ex obſervationibus D:ni Prof. Hagström.

Sapor valde amarus et non nihil nauſeoſus cum mixtura aromatis calorem excitantis, cumque levi odore aromatico.

Acrimoniam reſidere in reſinoſo et amarum in gummoſo experientia docuit.

Præparata.

Forma pulveris Rheo haud abſimilis videtur hicce Cortex; nec adſtringit, ſed potius alvum leviter ducit. Gr. X usque ad Scrupul. ſumi quidem posſunt, pluries per diem repetita, docuerunt vero obſervationes, doſes minores ſæpius plus effecisſe quam majores.

In-

Infuſum frigidum ex aquæ Lbr. ſemis et Cortic. Unc. ſemis per tres dies paratum, validum invenit Celeberr. Prof. Hagström *a*). Decocti ex aquæ Unc. XIJ et Corticis Unc. ſem. vel ex aquæ Lbr. J et Corticis Drachm. JV parati propinatur plerumque drachm. J vel drachm. J & ſemis, ſæpius pro circumſtantiis repetenda. Addi quoque, ſi libuerit, poteſt vel Syrup. Aurant. Unc. ſemis vel Tinct. Lavend. Drachm. J. Calidum decoctum rubeſcit, frigefactum autem palleſcit et præcipitatur. Extractum aquoſum dimidiam fere Corticis quantitatem æquabit, aqua ſive calida fuerit, ſive frigida.

Tincturæ inde præparantur vel aqua vel ſpiritu vini. Prius menſtruum extrahit gummoſum, quod continet cortex, liquidumque reddit amarum non valde ingratum.

Poſterius vero Tincturam præbet magis opacam et turbidam.

Dum Corticis Unc. J cum ſpiritus vini diluti Lbr. J digeritur, vis fere omnis Corticis elicitur, atque ulterius ad ſiccum inſpiſſata reſinam profert opacam, acrem, nauſeoſam.

Tinctura ex Cort. Unc. ſem. et ſpirit. vini Lbr. J parata flavo-rubicunda, aromatica, amara et non nihil nauſeoſa evadit. Hujus bis vel ter de die drachm. J propinari poteſt tempore intercalari.

Reſinæ exhibet circiter gr. IJ hæc ipſa ulterius inſpiſſata. Cortice Cinnamomi addito optime corrigitur ſapor nauſeoſus.

A 2 *Uſus.*

---

a) Act. Holmenſ. 1792. p. 299.

Uſus.

Ut ſuccedaneum Kinkinæ imprimis commendatus fuit Anguſturæ Cortex, eundemque præſtare effectum, minori etiam doſi, asſeverare non dubitarunt Practici haud pauci.

1:o *In Febribus intermittentibus* ſæpius unica tantum doſis ad tollendam febrem ſuffecit; interdum pluribus quidem doſibus, 6 vel 8 iteratis, opus fuit, nunquam tamen tot, quot ex Cortice Peruviano febrifugo. Uſum Corticis eximium in hiſce febribus præſertim tertianis monſtrarunt experimenta D. WILLIAMS *b*) HAGSTRÖM et aliorum Practicorum celebrium. Affirmant quoque Auctores poſt uſum hujus Corticis intermittentes febres longe rarius recurrere quam quidem ab asſumto, majori licet doſi, cortice Kinkinæ.

Practici tantum non omnes in eo conveniunt, Anguſturæ pulverem ſtomacho longe minorem moleſtiam, quam Kinkinæ adferre, quamobrem etiam ab infantibus longe facilius asſumitur atque toleratur.

In Febribus nervoſis præſcripſit Dom. BRANDE; caſus vero, quem refert Dr. EWER *c*), hujus remedii in Febri putrida interne dati et externe applicati, valde eſt ſingularis.

2:o *Contra Diarrhœas et Dyſenterias* valde proficua invenerunt plurimi Præparata Corticis ut Dr. WILLIAMS in pluribus expertus eſt caſibus et Dr. BRANDE, qui tum Laudani interdum addidit pauxillum. In Diarrhœa, quæ colliquativa appellari ſolet, nil prodeſt; in fluxibus al-

b) Lond. Med. Journ. 1789. p. 158.
c) Lond. Med. Journ. 1789, P. II. p. 154.

alvinis autem, ubi humores in putredinem vergunt et circulatio ſanguinis lentior eſt, aliis remediis fere ſemper palmam præripere videtur. Et emetico vel laxante ſalino prius exhibitis, Decoctum aut Infuſum, non vero ſemper æque ſalutari cum effectu pulverem, præſcripſerunt Angli *d*).

3:o *In debilitate Stomachi* et *Colica* vel per ſe vel Magneſia, Rheo, Oculis Cancrorum aliisve remediis junctus, cum fructu fuit præſcriptus; quod confirmat experientia D. Brande *e*), Aſſ. Odhelii, D. Williams, Withering *f*), Ewer et aliorum. Inter corroborantia amara in Dyſpepſia, Hyſteria aliisque morbis, vehementer laudatur a D. Pearson *g*) Tinctura Corticis. Contra *Tusſim ferinam* infuſi Cort. Anguſturæ Unc IJ cum Tinct. Cantharid. gtt. XXX, cujus cochleare ter vel qvater ſumſit æger, ſalutari cum effectu præſcripſit D. Salkeld *g*).

4:o *Gangrænæ* omne reſiſtit amarum; etiam hic Cortex in gangræna partiali a violentia externa cum fructu fuit adhibitus, teſte D. Wilkinson *h*). Et experimenta, ſtudio inſtituta, quorum mentionem facit Dr. Brande *i*), probant fortius eſſe antiputredinoſum ex Anguſtura Americes provenientem corticem, qvam ipſa *Cinchona*, *Serpentaria*, *Chamomilla* et radix *Columbo*, et qvidem pulverem magis qvam extractum, gummoſum qvam reſinoſum. In *Ulceribus malignis* proficuum invenerunt imprimis Decoctum D. Wilkinson et Brande, tam interne datum, qvam applicatum externe.

d) Brande Experim. et obſerv. Lond. 1791.
e) Lond. Med. Journal. 1790. Vol. I. P. XI. p. 38.
f) *g*) Duncans Medical. comment. 1791. Vol. 6. p. 366.
h) Medical Facts and Obſervat. Vol. II. 1791.
i) Experim. et Obſervat. Lond. 1791.

5:o *Ophthalmia ſcrophuloſa*, poſt varia remedia fruſtra tentata, Decocto et Infuſo Anguſturæ externe applicato ceſſit, ut demonſtrarunt ambo caſus D. SALKELD *k*).

Caſus.

Placuit, quod grati agnoſcimus, plurimis Celeberrimorum Patriæ Practicorum ſua cum hocce remedio inſtituta nobiſcum benevole communicare experimenta, quæ, licet breviter, heic adferre volumus.

In eo fere omnes facile conveniunt, quod ſæpisſime Febres intermittentes Tertianæ Corticis Anguſturæ uſu feliciter fuerint ſubactæ, non vero ita Quartanæ, quæ rarius vel non omnino eo tolli potuerunt.

Medici Regii D:i HALLMAN, Pater et Filius teſtantur, ſe hiſce febribus obicem poſuiſſe, ſcilicet ille ex quatuor Quartanis uni, hic vero binis Tertianis, drachm. IJ tantum Corticis datis. Dr. HARTMAN contra Febres intermittentes in Noſocomio ſæpius præſcripſit Corticem Anguſturæ, feliciterque eo curavit Tertianas plerasque, Qvartanas vero paucas. D. Dr. ALMROTH, qui Decoctum pulveri ſemper præferendum judicat, pluribus intermittente febre laborantibus ſanitatem reſtituit. Dedit ut plurimum vel Decoctum vel etiam Tincturam; Cort. Unc. ſemis in Aqu. Unc. X. ad remanentiam Lbr. |ſemis coctus fuit et Corr. Unc. ſemis cum ſpirit. vini rectif. Lbr. ſemis Tincturam dedit. Poſt prægreſſa evacuantia die remisſionis Decocti propinavit Unc. ſemis, altera quavis hora, usque ad Unc. IV. ſumendam, unde poſtridie febris abfuit et æger poſt ſumtas poſtea Unc. IJ ſemper bene valuit. Tincturæ drachm. ſemis ſexies de die duobus ægris Tertianæ laborantibus dedit, eo cum felici exitu, ut ægrorum alter ſemper bene valuerit, alter vero, licet febris recurreret, eodem remedio mox

k) Loco citat.

mox fuerit in priſtinam ſanitatem reſtitutus. Ex pluribus, qui Qvartana excruciabantur, non niſi duobus militibus valetudo reddi hocce medicamine potuit, ſcilicet Decocto Corticis, ex Anguſt. Unc. IJ et aqu. Lbr. J & ſemis, ad reſiduum Lbr. J, cui admiſcebatur pulveris Unc. ſem. cujusque dimidia portio quovis die potabatur.

Medic. Reg Dr. HEDENBERG duplex caſus, quem nobis communicare benigniſſime voluit, de præſtantia remedii hujus novi in curandis Diarrhoeis nos convicit. Alter erat puerperæ, quæ ex metaſtaſi lactis ad inteſtina ſumme periclitabatur; alter Febre Tertiana laborantis, quæ ſub uſu Cinchonæ vehementi corripiebatur fluxo alvino. Ambæ fruſtra Ipecacuanha et aliis remediis idoneis uſæ fuerant et Corticis Anguſturæ circiter Unc. ſem. a Diarrhœa liberabantur, huic licet poſtea manſerit febris intermittens, quæ tamen uſui Cinchonæ ceſſit.

D. Aſſeſſor GAHN nobis quoque asſeveravit, ſe non modo anno 1791 bis Tertianam vernalem Corticis hujus uſu ſublatam vidiſſe, ſed et Diarrhœam chronicam, dum poſt ſingulas Corticis doſes, methodo D. BRUCE, lactis portiunculam ſimul ægræ bibendam dedit.

D. D.

DISSERTATIO ACADEMICA, DE *SCIENTIA BOTANICA UTILI ATQUE JUCUNDA*,

QUAM

CONS. EXP. FACULT. MED. UPS.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD., ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDINENS. HOLMIENS. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. ET HAFNIENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. HALENS. NAT. SCRUT. LINN. LONDIN. MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT

JOHANNES JACOBUS HEDRÉN,

STIP. REG. WERMELANDUS.

IN AUD. GUST. MAJ. D. XX DEC. MDCCXCIII.

HORIS A. M. CONSVETIS.

UPSALIÆ,
LITTERIS VIDUÆ DIRECT. JOH. EDMAN.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS

MAGNÆ FIDEI VIRO

DIOECESEOS CAROLSTADIENSIS

EPISCOPO REVERENDISSIMO

DOCT. HERMANNO

SCHRÖDERHEIM,

MÆCENATI SUMMO;

SYNEDRII SACRI ADSESSORIBUS

MAXIME REVERENDIS ET CELEBRATISSIMIS,

DOCT. BENED. ANTONSSON,

DOCT. OLAVO SPAK,

MAG. ANDREÆ PISCATOR,

MAG. OLAVO BJURBÄCK,

MAG. MAGNO EURÉN,

PATRONIS FAVENTISSIMIS

SACRUM.

DE
SCIENTIA BOTANICA
UTILI ATQUE JUCUNDA.

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.

HOR.

§. I.

Magna ſunt opera Dei & admiranda, quibus attente conſiderandis pius maxime delectatur animus. Gloria Creatoris plena tellus eſt, quæ infinita ſummæ bonitatis, potentiæ ac ſapientiæ ejus documenta luculenter oſtentat. Herbæ, quæ ex gremio terræ progerminant, varietate admirabili & ſvavitate ſingulari ſenſus noſtros afficiunt & oblectant noſtrisque abunde inſerviunt uſibus. Harum igitur cognitio ab ipſo usque mundi exordio hominibus grata fuit & fructuoſa, utpote quæ vitæ ſuſtentandæ & jucundius transigendæ uberrimos aperit fontes. Uſus enim vegetabilium ad quamlibet vivendi rationem ſeſe extendit, & cuique ordini atque conditioni apprime eſt conveniens. Tanta enim copia rerum, tanta ubertate plantarum terra abundat, ut mirifico ſuo emolumento atque ſingulari delectatione omnibus ſeſe maximopere commendet. Evincit hoc non tantum eorum proſperitas, qui indolem, commoda & delectamenta Regni Vegetabilis diligenter inveſtigarunt; verum etiam aliorum, qui in rebus naturæ ſcrutandis negligenter ſunt verſati, ſors adflictior; dum earum re-

rum, quæ animum oblectant & quibus ad vitæ ſuſtentationem carere nequimus, maxima haud raro premuntur inopia. Fuerunt, fatemur, & fortasſis adhuc ſunt, qui Studio Botanico non æquum ſatis ſtatuant pretium. Hi autem fere ſunt, qui, ſufficienti ejusdem cognitione deſtituti, juſtum de eo ferre judicium non valent; quippe qui nihil utile, nihil jucundum reputant, niſi quod ipſis ſingularem præſtiterit uſum. Qui vero rem ſine præjudicio æſtimant, & commoda hujus diſciplinæ juſta lance ponderare didicerunt, confeſtim ſane præſtantiam ejus agnoſcent atque ultro prædicabunt. Mihi certe, ductu Parentis optimi, in ſolo natali amoenisſimos Floræ campos pervagari jucundum fuit, meumque herbas inveſtigandi & examinandi ardorem inſignis Nobilisſimi mei Præsidis favor & exoptatisſima, quæ mihi ejus ſub auſpiciis diſcendi contigit occaſio, mirum in modum exacuit. Hinc ſpecimen qualecumque Academicum edituro hoc imprimis arriſit argumentum, ut de Scientia Botanica utili & jucunda pauculas adferrem meditationes. Artis per ſe commendatisſimæ laudationem tentare temerarium foret: commilitones, præſtantiæ & ſvavitatis ejus nondum ſatis convictos, commonefacere, non fortasſis a communi ſcopo erit alienum. Tenellarum probe conſcius virium Te C. L. enixe rogo, velis juvenilem conatum mitiori ſubjicere cenſuræ.

§. II.

Botanica Scientia, quæ vegetabilia per certas notas diſcernere & in ſuas clasſes apte referre docet, non vanis ſpeculationibus & conjecturis, quibus nihil certum, nihil ſalutare invenitur, ſed diligenti naturæ inſpectione & attenta objectorum comparatione nititur. Certis illa atque indubiis obſervationibus & experimentis compara-

ratur, habitumque plantarum ſpecies ad certos characteres examinandi continet. Neque enim bonus & eruditus eſt Botanicus, qui herbas tantum nonnullas ab aliis diſtinguere & nomina earundem repetere didicit; ſed qui, ex regulis certioribus ſtabilitis, per latifundia Floræ patentisſima, utiles a noxiis & uſu nondum perſpectis rite dignoſcere valet. Hic vero bene merendi ſtudio incenſus indefesſam navat operam, ut ſuam aliorumque cognitionem ac peritiam amplificet inque utilitatem hominum communem, quantum fieri poteſt, convertat. Nomen Botanices Græcum & nomina herbarum plurima e lingua Hellados deſumta, Græcis floridam hanc diſciplinam fuisſe familiarem admonent. Regibus hortorum culturam arborumque plantationes olim negotium fuisſe perquam adamatum luculenter monſtrat *Xenophon a*); unde Botanicam artem non ſordidam, ſed quantivis pretii habitam fuisſe, ſatis conſtat. Hinc non quidem ſyſtematicas, quales noſtra oſtentat ætas, ſed perutiles tamen Græci reliquerunt Botanicas obſervationes. Dein vero magis magisque crevit Botanica, donec noſtris temporibus incredibili doctorum virorum labore in ſummum evecta eſt faſtigium. Speramus autem fore, ut in poſterum majora etiam capiat incrementa; imprimis cum ad naturam magis, quam hypotheſes receptas, ſuas jam inſtituant præceptiones Botanici.

§. III.

Multiplex omnino Botanices in omni hominum vita eſt utilitas; ſed quam ſigillatim explicare mearum non eſt virium. Per ſumma tantum capita eundo oſtendere conabor, quod religioni, quod medicinæ, quod oeconomiæ plurimum illa præſtet uſum. Sacra Scriptura, un-

a) Lib. Oecon. Cap. IV.

de cognitio Dei vitæque religioſæ eſt petenda, plurium herbarum & arborum paſſim facit mentionem, quibus deſcribendis operam haud contemnendam, diſpari licet ſucceſſu, impenderunt Hierobotanici. Huic vero ſacræ Philologiæ parti lucem, ex obſervationibus peregrinantium diligentisſime collectis & cum lingua originali collatis, plane eximiam addit S. Theol. Adjunctus percelebris SAM. ÖDMANN. Allegorias & imagines, præceptis illuſtrandis idoneas, ex numeroſa vegetabilum cohorte ſacri ſcriptores deſumſerunt; ad quas rite intelligendas & ſiduciæ firmandæ moribusque emendandis adplicandas plurimum conducit Botanica. Ratio enim ſimilitudinis, quam tertium comparationis vocant Rhetores, rebus, unde ſumta eſt, incognitis, inveſtigari & explicari nequit. De cetero lilia agri, quæ gloriam Salomonis ornatu ſuo longe ſuperant, & reliqua naturæ floreſcentis ac frugiferæ miracula, ad providentiam Dei venerandam & curas inanes abigendas ſpectari & conſiderari merentur. Spectator autem Botanica eruditione præditus in plantis, maximis minimis, admiranda ſuſpicit bonitatis ac ſapientiæ veſtigia. Sic vero ſibi conſtat illud STIGELII:

Emicat ex parvis Divina potentia rebus;
Et levis eſt ceſpes, qui probat esſe Deum.

Optime igitur ſibi ſuisque aaditoribus conſulit eccleſiæ doctor, ſi ſtudium Botanicum Theologicis adjungit curis, ut in campis, in ſilvis & hortis non minus, quam in ædibus, tum publicis tum privatis, religionem ſalutiferam illuſtrare atque ad pietatem in omnibus perutilem ſerio & fideliter homines, pro re nata, exhortari posſit.

§. IV.

§. IV.

Medicinæ ſtudio cognitionem herbarum diſtinctam maximum præſtare adjumentum eidemque vinculo arctisſimo eſſe adnexam, notius eſt, quam ut admoneri, ne dicam demonſtrari, debeat. Quis enim, vel paullulum in circulis ſcientiarum verſatus, ignorat, materiam Medicam, quæ res medicamentis præparandis aptas continet, in aliis quidem naturæ regnis, Minerali nempe & Animali, haud fruſtra quæri, ſed magna ſatis copia & præſtantia inveniri: at easdem longe majori numero regnum offerre Vegetabile? Non omnium quidem, quæ hucusque detectæ ſunt, herbarum vis medendi certo patefacta eſt; nec umquam forte medicis innoteſcet; dum cognitorum ex hoc regno medicaminum non inopia, ſed copia verius laborent: ſed præter officinalia, quæ jam dudum in Pharmacopoliis præparantur & diſpari virtute ſe commendant, alia pasſim vegetabilia, uſitatis efficaciora aut æquiparanda, caſu vel induſtria peritiorum deteguntur, atque adeo Botanologiæ medicæ nova conſtituunt objecta, Pharmaceuticæ ac Medicinæ ſtudioſis neutiquam negligenda. Præterea non ſalubres tantum, ſed venenoſas etiam aut quovis nomine noxias herbas cognoſcere ſapientem decet. Sic enim obſervato a ceteris diſcrimine noxius caveri effectus aut impediri poteſt. Nec herbas pro inutilibus huc usque habitas cognoſcere, ſi occaſio detur, inconſultum eſt. Nam ſic latens forte in illis vis indagari poterit, & ipſa ab exploratis facilius dignoſcuntur. Neque vero in hunc finem perfunctorie Botanicam libare ſcientiam ſufficit. Tanta enim eſt vegetabilium multitudo & varietas, tanta plurimorum affinitas, ut ſpecie quadam decipi & unum pro altero ſumere, cujus tamen vis aut nulla ſit aut contraria, ſit facillimum. Quemadmodum vero ſcientiæ haud raro mutuam ſibi porrigunt opem: ita virium in-

do-

dolem & differentiam ſine adminiculis Chemiæ & obſervationibus medicis invenire Botanicus ac determinare nequit.

§. V.

Plurimæ, ut cuivis notum, ſunt ſpecies Oeconomiæ. Alia reipublicæ eſt, reditibus publicis adminiſtrandis occupata; alia privatorum, in opibus colligendis, uſurpandis & conſervandis poſita. Hanc prioris ſundamentum, illam hujus esſe præſidium per ſe patet. Cum vero Oeconomiæ privatæ agricultura ſit pars præcipua, cui mercatura & artes manuariæ eximium præbent adjumentum: facile conſtat, oeconomis, qui terræ proventu & fructibus potisſimum nituntur, vegetabilium cognitionem adcuratiorem multiplici nomine esſe fructuoſam. Sive enim agros vario frumentorum genere conſerendos, ſive prata diverſis graminibus & floribus ornata, ſive hortos arboribus frugiferis & amoenis conſitos, ſive ſilvas frondoſas, ædibus aliisque operibus materiam ſuppeditantes, ſive rem denique pecuariam, paſcuis & pabulo ſuſtinendam, reſpicimus; ſcientiæ Botanicæ uſus in ſingulis maxime eſt inſignis & conſpicuus. Nam & ſemina terræ committenda & ſegetes atque aliæ, quas terra, ſponte aut per culturam, profert, omnes plantarum ſpecies Botanicam admittunt, immo poſcunt, conſiderationem. Non quidem eruditam illam & ſubtiliorem rei herbariæ tractationem, quæ, certis ſuperſtructa regulis & in varias diſtributa clasſes, ſyſtematica dicitur, omnis terræ cultura poſtulat; neque hanc ſingulis cujuscumque ordinis oeconomis, quorum plerique diffuſioris & artificioſæ cognitionis minime ſunt capaces, commendandam cenſemus: ſed quo diſtinctiori tamen quisque gaudet rerum cognitione, eo juſtius illis ſtatuere pretium, eoque facilius & felicius easdem in ſua aliorum-

rumque convertere poteſt commoda. Noſcat igitur oeconomus herbas hominibus & pecoribus eſculentas, aut alia quadam ratione utiles, ut ſerat, ut ſervet, ut colligat: noſcat damnoſas, ut exſtirpet aut ab uſu removeat. Neque oeconomiæ mercantium aut opificum Botanica eſt inutilis. Varias enim merces e vegetabili regno productas, vel intra patriam vel apud exteros, vendit oeconomus Botanicæ ſubſidiis adjutus. Varii per officinas tinctorias linteis, laneis, ſericeis aliisque mercibus textura paratis, herbarum ope inducuntur colores; ut alia bene multa Botanices commoda œconomica ſicco pede prætercam.

§. VI.

At non prodesſe tantum, verum etiam delectare vult alma Botanica. Maxima quidem ejus utilitas per ſe non ſine ſuavisſima quadam delectatione percipitur: ſed ipſum etiam hoc ſtudium genuinis cultoribus plurima adſert delectamenta. Non omnia, quæ ſuſcipimus, lucrum ſpectant. Venatorem in ſilvis curſitantem motus; luſorem jactuum varietas præcipue delectat. Non ſemper necesſaria ſectamur: majori interdum niſu quærimus, quæ jucundum nobis ſenſum pariunt. Herbarum profecto arborumque attentior inſpectio & conſideratio tantum habet innocentisſimæ jucunditatis, ut ſi non adeo magnum nobis oſtenderet atque ſuppeditaret fructum, ſed ſola ex hac peteretur delectatio; hæc tamen animi recreatio humanisſima plane ac liberalisſima deberet judicari. Miramur homines, qui unicum ſæpe florem maximo adquirunt pretio; miramur Botanophilos, qui numeroſas herbarum collectiones magnis comparant laboribus atque impenſis. Sed diverſa hominum ingenia recte reputantes, non utique indignabimur, ſi, absque in-

juria & ſuperciliofo aliorum contemtu, ſua trahat quemque voluptas. Illi autem, qui, ut *Cicero* dicit, nimis magnum ſtudium multamque operam in res obſcuras atque difficiles conferunt, easdemque non neceſſarias, & qui in quacumque ſcientia veri & pulcri inveſtigandi ſtudio a rebus gerundis ſeſe ita abduci patiuntur, ut nihil inde ad communem poſſint adferre ſructum, merito culpantur. Is vero jure laudabitur, qui, dum alios ad opera ac dona optimi Creatoris magni æſtimanda & ſapienter utenda, perducere ſtudet, atque adeo boni viri ac civis officia, quantum ejus muneris vitæque generis ratio permittit, fideliter obſervat, in contemplatione rerum naturalium, quæ totidem infinitæ Dei gloriæ ſunt ſpecula, ſvaviter acquieſcit.

S. D. G.

DISSERTATIO BOTANICA
DE
HERMANNIA,

QUAM,
VENIA EXP. ORD. MED. UPS.
PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM. SOCIET. SCIENT. USPAL. PHILAD. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. ET HAFNIENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. HALENS. NAT. SCRUT. LINN. LONDIN. MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

MODESTE OFFERT
CLAUDIUS ABRAHAMUS DANDENELLE,
SUDERMANNUS.

IN AUDIT. BOTANIC. D. IV. JUNII MDCCXCIV.
H. C.

UPSALIÆ,
LITTERIS VIDUÆ DIRECTOR. JOHANN. EDMAN.

(No. 7)

VIRO AMPLISSIMO

DOMINO

ANDR. JOH. HAGSTRÖM,

MEDICINÆ DOCTORI

ET

AD THEATRUM ANATOM. STOCKHOLMENSE
PROFESSORI REGIO ET ORDINARIO,
REG. ACAD. SCIENT. NEC NON REG. SOC. CHIRURG.

MEMBRO,

PATRONO OPTIMO

Opuſculum hocce Academicum, ob plura favoris documenta, in teſſeram grati animi dicatum, voluit, debuit

ILLIUS

cultor obſervantisſimus

CLAUDIUS ABR. DANDENELLE.

FRU

REB. DANDENELLE,

FÖDD *WITTINGH*

MIN HULDESTA MOR!

Det år icke vanan, det år min böjelſe och ſkyldighet, ſom jag följer, då jag pryder desſa blad med ett namn, ſom år mig det kåraſte i verden — Tidigt beröfvad en Huld Fader, låmnade mig dock Förſynen en Mor, ſom gjorde mig denna förluſt mindre kånbar — Måtte jag då ſent ſakna den tillfridſtållelſe jag af denna lycka lofvar mig, och blifve dygd och flit mitt bemödande, ſå år jag åſven ſåker at Ni aldrig ſkall ſakna belöning för EDER *ömhet och* EDER *möda.*

Jag framhårdar med vördnad och tillgifvenhet

EDER

Lydigſte Son

CLAËS ABRAHAM. DANDENELLE.

HANDELSMANNEN

I STOCKHOLM

ÅDEL OCH *HÖGAKTAD*

HERR

JOHAN ISAC DANDENELLE,

MIN ÄLSKADE BROR!

Jag emottager med glädje detta tillfälle, at högtideligen för D IG *förklara den tilgifvenhet och vänſkap, ſom* D IN *ömhet för en yngre Bror, långt mer än blodsbandet, gjort til en helig pligt och förbindelſe — Mitt hjerta känner en vällust at uppehålla ſig vid minnet af* D IN *godhet; det ſkall och aldrig uphöra at värdera den — Jag förblifver med agtning och vänſkap*

DIN

trognaſte Bror

C. A. DANDENELLE.

DISSERTATIO BOTANICA,

DE

HERMANNIA

---

§. I.

Hermanniæ ſpecies, quæ primæ in Europam ſunt delatæ, ad finem vergente præcedenti ſeculo, paucæ admodum nominibusque alienis appellatæ fuerunt.

Ciſtoides dixit PLUKENET *pinnatam.* Ad Ketmias retulit COMMELINUS *althæifoliam* & *alnifoliam.* Althæas nominavit VOLKAMER *trifurcam* & *hyſſopifoliam.*

LINNÆUS, inclytus ille vir, Hermanniæ nomen, in memoriam celebris Botanici, primus impoſuit ſpeciebus, a ſe deſcriptis, quod deinde Genericum nomen adoptarunt BOERHAVIUS, ROIJENUS, DILLENIUS & plurimi Botanicorum, donec illuſtrisſimus LINNÆUS in duo Genera diſtinxerit recentius detectas ſpecies, ſcilicet in *Hermannias* & *Mahernias.* Species Plantarum Linnæi novem enumerat ſpecies, ſcilicet, *Althæifoliam*, *Alnifoliam*, *trifurcatam*, *hyſſopifoliam*, *lavandulifoliam*, *trifoliatam*, *triphyllam*, *groſſularifoliam* & *pinnatam.* Mantisſa his addidit *verticillatam* & e detectis Celeb. Præſidis ſupplementum Linnæanum adauctum fuit *filifolia*, *ſalvifolia*, *ciliata*, *denudata*, *glabrata*, *biſerrata* & *pulchella.* Deinde in Monographia Celeb. viri Dom. CAVANILLES, innotuerunt, præter ſupra enumeratas, ſequentes novæ ſpecies, ſcilicet *involucrata*, *incana* & *heterophylla*, ſingulæ a Celeb. Præſide communicatæ, quibus jam licebit adhuc adjungere nonnullas, huc usque ignotas ſpecies, nimirum *hiſpidam*, *cernuam*, *venoſam*, *veſtitam*, *humilem*, *procumbentem*, *diffuſam*, *repentem* & *myrrhifoliam.*

Præter haſce Syſtema Linnæanum, a Celeb. GMELINO auctum & nuper editum memorat ſpecies aliquot, nobis non bene notas, videlicet *plicatam*, *odoratam*, *candicantem*, *ſcabram*, *veſicariam*, *capenſem*, & *triphyllam*.

Ex hiſce *triphylla* ad hocce genus minime pertinet, ſed accuratius examinata, ad *Connaros* referri debet.

§. II.

CHARACTER GENERICUS.

CAL. *Perianthium* 1 phyllum, 5-fidum, inflatum, perſiſtens: *laciniis* acutis.

COROL. *Petala* 5: ungves anguſtati; lamina obovata, dilatata, alternatim ſpiraliter incumbentia, obtuſa.

STAM. *Filamenta* 5, baſi in unum corpus coalita.
Antheræ conniventes, didymæ.

PIST. *Germen* ſuperum, 5-gonum.
Styli 5, erecti.
Stigmata ſimplicia.

PERIC. *Capſula* ovata, 5-gona, 5-valvis, 5-locularis.
Semina plura.

Character Eſſentialis: Corolla cucullata! Capſ. 5 locular.

MAHERNIÆ quidem dictæ fuerunt, quibus *Filamenta* dilatata in tuberculum cordatum, poſtea capillaria, ſic ut pro nectario inferior pars habita fuerit:

Stylus ſimplex, ſecundum Cavanilles; & HERMANNIÆ, quibus:

Filamenta lata & veluti membrana baſi coalita; *Styli* quinque;

Mahernia tamen minime ab *Hermanniis* ſeparari debet; variant enim ſingulariter Genera nonnulla Capenſia, ut *Irides*, *Lobeliæ*, *Dioſmæ*, alia. Si enim ob partes quasdam vel ſeparatas vel cohærentes crearentur genera diſtincta, plura certe genera naturalia contra naturam dividerentur, ut *Hermanniæ* in *Mahernias*, *Lobeliæ* in *Cyphias*, *Iri-*

Irides & *Moreæ* in *Ferrariam* & *Siſyrinchium*, *Dioſmæ* in *Hartogiam* & plura alia.

§. III.

CHARACTERES SPECIERUM.

* *foliis indiviſis, integris.*

filifolia. 1. H. foliis filiformi-linearibus glabris.

lavandulifolia. 2. H. foliis lanceolatis integris tomentoſis, pedunculis diviſis.

hiſpida. 3. H. foliis lanceolatis integris ſtellato-tomentoſis, pedunculis unifloris.

involucrata. 4. H. foliis ovatis acutis integris ſtellato-tomentoſis.

ſalvifolia. 5. H. foliis ovatis integris tomentoſis venoſis, floribus cernuis, involucris filiformibus.

** *foliis indiviſis, dentatis.*

verticillata. 6. H. foliis verticillatis linearibus integris trifidisque ciliatis, caule decumbente.

ciliaris. 7. H. foliis lanceolatis integris trifidisque ciliatis, caule decumbente.

trifurca. 8. H. foliis lanceolatis integris tridentatisque tomentoſis, caule erecto, racemis ſecundis.

denudata. 9. H. foliis lanceolato-oblongis acutis apice ſerratis glabris, capſulis glabris.

glabrata. 10. H. foliis oblongis inciſo-ſerratis glabris, capſulis tomentoſis.

cernua. 11. H. foliis ovatis obtuſis crenatis villoſis, floribus cernuis.

hyſſopifolia. 12. H. foliis obovatis obtuſis tomentoſis apice dentatis, calycibus inflatis villoſis.

triphylla. 13. H. foliis aggregato - ternis ovatis tomentoſis dentatis, calycibus campanulatis.

venoſa. 14. H. foliis ovatis truncatis tomentoſo - ſtellatis apice dentatis.

veſtita. 15. H. foliis ovatis plicatis dentatis ramisque tomentoſis, ſtipulis lanceolatis.

alnifolia. 16. H. foliis cuneiformibus plicatis crenatis tomentoſis, calycibus ſtellato - tomentoſis.

incana. 17. H. foliis ovatis truncatis apice dentatis incano - tomentoſis, ſtipulis lanceolatis, racemis cernuis

althæifolia. 18. H. foliis ovatis plicatis crenatis tomentoſis, ſtipulis lanceolatis, caule calycibusque tomentoſis.

humilis. 19. H. foliis lanceolatis inciſo - ſerratis ſcabris, caule decumbente.

heterophylla. 20. H. foliis cuneiformi - oblongis apice inciſo ſerratis ſubtus ſcabris, racemis cernuis.

biſerrata. 21. H. foliis ovatis acutis inæqualiter ſerratis ſubtus ſcabris, floribus racemoſis reflexis.

**** foliis inciſo - pinnatifidis.*

groſſularifolia. 22. H. foliis lanceolatis pinnatifidis piloſis, caule erecto ſcabrido, ſtipulis ovatis acutis.

pulchella. 23. H. foliis pinnatifidis glabris: pinnis rotundatis, caule erecto.

procumbens. 24. H. foliis ovatis inciſo - pinnatifidis ſubtus hirſutis, caule decumbente, ſtipulis cordato - ovatis.

diſ-

diffuſa.	25. H. foliis lanceolatis inciſo-pinnatifidis piloſis, caule decumbente ſcabro, ſtipulis lanceolatis.
pinnata.	26. H. foliis bipinnatifidis glabris, caule decumbente, ſtipulis integris ſerratisque.
myrrhifolia.	27. H. foliis pinnatis: pinnis linearibus ſubpinnatifidis integris glabris, caule decumbente, ſtipulis ovatis.

§. IV.

Deſcriptio Specierum.

H. *Filifolia. Frutex* glaber, fuſco-purpureus, flexuoſo-erectus, pedalis & ultra.

Rami teretes, ſimiles.

Ramuli ultimi filiformes, villoſo-ſcabri.

Folia faſciculata, ſeſſilia, trigona ſeu linearia, convoluto-filiformia, acuta apice pungente, integra, glabra, incurva, ungvicularia.

Flores in ultimis ramulis axillares, pedunculis bifidis.

Calyx ſubtomentoſus laciniis acutis.

Corolla cucullata, 5-petala.

Filamenta quinque, linearia, membranaceo-alata.

Styli quinque.

H. *Lavandulifolia. Frutex* fuſco-purpureus, glaber, ramoſisſimus, bipedalis & ultra.

Rami teretes & *Ramuli* filiformes, ſimiles, divaricati, flexuoſo-erecti, virgati: ultimi tomentoſo-ſcabridi.

Folia ſubpetiolata, obovata, obtuſa cum mucrone vel convoluta, integra, incano-tomentoſa, coſta ſubtus elevata, ungvicularia.

Flores verſus apices laterales, paniculati, cernui, lutei.

Pedunculi, Pedicelli, & Calyces tomentoſi.

Filamenta membranaceo-alata.

H. *Hiſpida.* *Frutex* bipedalis & ultra.

Rami teretes, elongati, laxi, fuſco-purpuraſcentes, infra glabri, ſupra villoſi.

Ramuli alterni, breves, virgati, ſimiles.

Folia in ramulis ſeſſilia, obovata, obtuſa, integra, flavo-tomentoſa villo obſolete ſtellato, ſemiungvicularia.

Stipulæ binæ, lanceolatæ, integræ foliis dimidio breviores.

Flores axillares, ſolitarii.

Pedunculi uniflori, longitudine foliorum.

Calyx & *Capſulæ* hirſutæ.

Corolla purpurea, cucullata.

Affinis valde H. *Lavandulifoliæ.*

H. *Involucrata.* *Frutex* inferne glaber, purpureus, erectus, bipedalis & ultra.

Rami alterni, breves, teretes, ſimiles, hiſpidi ſetis faſciculatis, erecti.

Folia ſparſa, brevisſime petiolata, ovata, acuta, integra, ſupra ſulco, ſubtus coſta carinata, flaveſcentia tomento denſisſimo, pilis ſtellatis & ſetis hinc inde nigris faſciculato ſtellatis, ungvicularia.

Stipulæ lanceolatæ, dimidio breviores, ſimiles.

Flores in apicibus alterni, inter folia axillares, brevisſime pedunculati.

Bracteæ lanceolatæ & *Calyces* hiſpido-tomentoſi.

H. *Salvifolia.* *Fruticulus* totus tomentoſus & ſetis faſciculatis hiſpidus, erectus, pedalis & paulo ultra.

Rami pauci, ex inferiori caule elongati, ſubſimplices, erecti.

Folia alterna, ovata, acuta, ſubtus venoſa venis & coſta exſtantibus, integra, tota tomentoſa ſtellis faſciculatis frequentisſimis, erecto patentia, pollicaria.

Stipulæ lanceolatæ, apice ſeteceæ, binæ, erectæ, tomentoſæ, ſemiungviculares.

Flo-

Flores in apice axillares, pedunculati, involucrati.
Pedunculi biflori.
Bracteæ flores cingentes plures, filiformes, ſetaceæ, calyce paulo longiores, tomentoſæ.
Calyx angulatus, tomentoſus faſciculis ſtellatis.
H. *Verticillata.* *Caulis* fruteſcens, decumbens, teres, flexuoſus, elongatus, aphyllus, ſcaber, purpuraſcens, pedalis & ultra.
Rami alterni, ſecundi, erecti, filiformes, ſimplices, rarius bifidi, ſcabridi, digitales.
Folia verticillata verticillis approximatis, linearia, inferne attenuata, ſuperne dilatata, acuta, ſupra ſulco, ſubtus carina carinata, ſcabrida, ſubciliata, integra, indiviſa & trifida rarius, ungvicularia.
Flores verſus apicem racemoſi, cernui.
Pedunculi capillares, uniflori & bifidi.
Calyx ſcaber, ciliatus.
H. *Ciliaris.* *Caulis* fruticuloſus, teres, decumbens, apice curvato-erectus, glaber.
Rami ſparſi, ſecundi, curvato-erecti, angulati, ſulcati, palmares vel paulo ultra.
Folia ſparſa, ſeſſilia; e gemma ſæpius tria, quorum duo indiviſa, medium trifidum, rarius dentato-5-fidum; inferne valde attenuata, lanceolata, patentia, ſupra ſulco tenui, ſubtus coſta exſtanti, ſetoſa & ciliata ſetis albidis; duo lateralia lanceolata, integra, acuta, ſtipuliformia, dimidio breviora; intermedium ſenſim dilatatum, ungviculare vel paulo ultra.
Filamenta libera.
H. *Trifurca.* *Frutex* erectus, rigidus, glaucus, ſpithamæus & ultra.
Rami ſparſi, aggregati, curvi, rigidi.
Ramuli ultimi filiformes, ſimiles, tomentoſo-ſcabri.
Folia petiolata, lanceolata ſeu obovata, tota incano-tomen-

mentoſa; integra & apice tridentata, ſemiungvicularia.

Petioli folio dimidio breviores, tomentoſi.

Flores in apicibus ramulorum racemoſi, cernui.

Pedunculi flore breviores, uniflori, tomentoſi.

Bracteæ lanceolatæ, tomentoſæ.

Calyx hirſutus.

Filamenta libera, filiformia, membrana alata.

H. *Denudata. Frutex* totus omnibus partibus glaber, erectus, tripedalis & ultra, ramoſiſſimus.

Rami & *ramuli* alterni, incurvato-erecti, virgati, purpuraſcentes, elongati, ultimi vireſcentes, foliis & floribus tecti, laxi, flexuoſi.

Folia petiolata petiolis brevibus, lanceolato oblonga, acuta, ſupra ſulco, ſubtus coſta notata, inferne integra, ſuperne ſerrata ſerraturis utrinque ſolitariis vel binis, raro pluribus, erecta, pollicaria.

Stipulæ binæ ad latera petioli, ſeſſiles, lanceolatæ, acuminatæ, trinerves, integræ, lineam longæ.

Flores in ultimis ramulis racemoſi.

Pedunculi in axillis bractearum, ſolitarii ſæpius, uniflori rarius, ſæpiſſime diviſi.

Bracteæ oppoſitæ, ovatæ, acuminatæ, pedunculis breviores.

Capſula omnino glabra.

H. *Glabrata. Frutex* humilis, rigidus, erectiuſculus, glaber, fuſcus, palmaris.

Rami aggregati, ſecundi, teretes, elongati, filiformes, virides, glabri, ſpithamæi, iterum ramuloſi ramulis ſimilibus.

Folia in inferiori parte ramorum, pedunculata, oblonga, acuta, inciſo-ſerrata vel ſubpinnatifida ſerraturis obtuſis, glabra, nervoſa, ungvicularia.

Stipulæ ovatæ, integræ, breviſſimæ.

flo-

Flores in ramis aphyllis ſubterminali-racemoſi, cernui.
Pedunculi uniflori.
Capſulæ totæ tomentoſæ.
Valde *ſimilis* H. *denudatæ*, ſatis tamen diſtincta.
H. *Cernua.* *Fruticulus* palmaris, erectus, fuſcus.
Rami teretes, flexuoſi, erecti, villoſi, fuſceſcentes.
Ramuli capillares, ſubaphylli, florentes, villoſi, elongati, bracteati.
Folia in ramis & inferiori parte ramulorum, alterna, petiolata, ovata, obtuſa, crenata, villoſo-ſcabrida, inæqualia, ungvicularia.
Petioli longitudine foliorum.
Stipulæ ovatæ, acutæ, minimæ.
Pedunculi ex axillis bractearum vel ex ultimis ramulis continuati, capillares, digitales.
Bracteæ in baſi & ſæpe medio pedunculo, ovatæ, acutæ, ſcabridæ, vix lineam longæ.
Flores in apice pedunculi ſolitarii, reflexo-cernui.
Calyx tenuiſſime villoſus uti & Capſula.
Corolla violacea.
H. *Hyſſopifolia.* *Frutex* erectus, fuſcus, glaber, ſpithamæus, pedalis & ultra.
Rami ſparſi, divaricati, incurvo-erecti, ſcabri.
Ramuli filiformes, ſcabrido-tomentoſi.
Folia petiolata, cuneato-obovata, obtuſa, ſubtruncata, inferne integra, apice dentata, tenuiſſime tomentoſa, patentia, ungvicularia.
Stipulæ binæ, lanceolatæ, ſubulatæ, tomentoſæ, folio dimidio breviores.
Flores in apicibus racemoſi.
Calyx inflatus, angulatus, hirſutus.
Variat foliis villoſo-ſcabris, & incano-tomentoſis.
H. *Triphylla.* *Fruticulus* ſpithamæus usque pedalis, erectus, ſimplex & ramuloſus.

Rami & *ramuli* flexuoſi, alterni, curvato - erecti.
Folia breviter petiolata, ſæpe aggregato-terna, lateralibus ſesſilibus & minoribus, obovata, obtuſa, plicata, apice dentata, tomentoſo - incana, lineam longa.
Stipulæ binæ, lanceolatæ, minimæ.
Flores racemoſi, cernui.
Calyx campanulatus, parum inflatus, ſinubus inter dentes rotundatis, corolla duplo brevior.
Differt ab H. *hyſſopifolia* foliis & calyce inprimis.
Minime eſt H. *triphylla* LINNÆI, ſed a CAVANILLE denominata.
H. *Venoſa*. *Frutex* erectus, purpuraſcens, pedalis.
Rami alterni, ſimplices, elongati, teretes, villoſi.
Folia brevisſime petiolata, alterna, ovata, truncata, ſummo apice dentata, ſupra ſulco, ſubtus venis exſtantibus notata, utrinque tomentoſa villo e faſciculis ſtellatis, ungvicularia.
Flores in ſummitate ramorum, bracteati.
Calyx & *bracteæ* uti folia tomentoſa.
H. *Veſtita*. *Fruticulus* palmaris, erectus, inferne fuſcus.
Rami alterni, flexuoſi, toti denſo tomento flaveſcente tecti, digitales.
Folia alterna, breviter petiolata, ovata, plicata, apice dentata, acuta, ſupra venis ſulcatis, ſubtus elevatis, utrinque tomentoſa tomento e faſciculis ſetaceis ſtellatis, ungvicularia.
Stipulæ binæ, lanceolatæ, folio triplo breviores.
Flores racemoſi, cernui.
Pedunculi, *Calyces* & *Capſulæ* tomentoſæ tomento faſciculato - ſtellato.
Similis multum H. *Alnifoliæ*; ſed

1. *Folia* huic non adeo cuneiformia & truncata, ſed magis ovata.

2. *ſti-*

2. *Stipulæ* baſi non latæ, ſed totæ lanceolatæ.
3. *Rami* maxime tomentoſi & incani.

H. *Alnifolia.* *Frutex* cinereus, flexuoſus, erectus, palmaris usque pedalis.
Rami ſparſi, divaricati, tomentoſi, uti & *Ramuli.*
Folia alterna, breviter petiolata, cuneata, truncata, erecta, plicata, tomentoſa, patentia, ungvicularia, inæqualia.
Stipulæ binæ, ovatæ, acice acuminato-ſetaceæ, brevisſimæ.
Flores in apicibus ramulorum racemoſi, cernui, ſecundi.
Bracteæ ovatæ, acutisſimæ, brevisſimæ.
Calyx tomentoſus.

H. *Incana.* *Frutex* erectus, totus caule, ramis, foliis, ſtipulis calyceque incano tomentoſus tomento lævi, pedalis & ultra.
Rami alterni, teretes, patentes, apice incurvi.
Folia quædam majora ovata, quædam minora cuneiformia, breviter petiolata, a medio ad apicem dentata, plicata nervis exſtantibus, patentia, ungvicularia vel ultra.
Stipulæ binæ, lanceolatæ, acutæ, petiolo paulo longiores.
Flores racemoſi, racemo cernuo.
Calyx angulatus.
Filamenta coalita & alata.
An candicans? Hort. Kew. vol. 2. p. 412.

H. *Althæifolia.* *Caulis* ſuffruticoſus, baſi decumbens, dein erectus, totus tomentoſus, ſpithamæus & ultra.
Rami alterni, flexuoſo-erecti, ſimplices.
Folia alterna, petiolata, ovata, plicata, crenata, obtuſa, tomentoſa tomento lævi, ungvicularia & ultra.
Stipulæ binæ, lanceolato-oblongæ, integræ, patentes, ungviculares.
Petiolus ſtipulis paulo brevior.

Pedunculi axillares, ſub-biflori, bracteati.
Bracteæ lanceolatæ.
Calyx inflatus, ſubcampanulatus, hirſutus.
H. *Humilis*. *Caulis* fruticuloſus, teres, cineraſcens, tenuiſſime villoſus, decumbens.
Rami alterni, filiformes, ſecundi, erectiuſculi, hirſuti, digitales.
Folia breviter petiolata, inciſo - ſerrata, nervoſa, ſcabra & faſciculis ſtellatis ſparſis hiſpida, patentia, ſubpollicaria.
Stipulæ binæ, lanceolatæ, lineam longæ.
Flores racemoſi, cernui.
Calyx & *Capſula* parum villoſa.
Bracteæ, ovatæ, ſubciliatæ.
H. *Heterophylla*. *Frutex* baſi decumbens, fuſcus, flexuoſo-erectus, ſpithamæus.
Rami alterni & *Ramuli* filiformes, flexuoſo - erecti, villoſo-ſcabri.
Folia alterna, breviter petiolata, inferne attenuata, ſenſim dilatato-cuneiformia, inferne integra, apice ſubtruncata & inciſo - ſerrata ſerraturis tribus, quinque vel ſeptem, ſupra glabriuſcula, ſubtus punctato - ſcabra, patentia, ungvicularia.
Stipulæ lanceolatæ, integræ, folio dimidio breviores.
Flores racemoſi, cernui.
Pedunculi & *Calyces* piloſi.
Filamenta diſtincta.
H. *Serrata*. *Fruticulus* vix pedalis, erectus.
Rami pauci, teretes, flexuoſi, ſcabri.
Folia alterna, petiolata, oblonga, ſeu ovato - lanceolata, acuta, inciſo - ſerrata ſerraturis inæqualibus acutis, ſupra glabra, ſubtus ſcabra, pollicaria. *Alia* folia immixta in ramulis lanceolata, remotius ſerrata, anguſtiora.

Pe-

Petioli ungviculares.
Stipulæ lanceolatæ, integræ.
Flores racemoſi, reflexi, incarnati.
Calyx villoſus.
H. *Groſſularifolia.* *Frutex* erectus, purpuraſcens, totus ſcaber, pedalis & ultra.
Rami teretes, purpuraſcentes, patuli, virgati ramulis filiformibus, virentibus, ſimilibus.
Folia ſubpetiolata, lanceolata, pinnatifida, piloſa, convoluta, carinata, ungvicularia.
Stipulæ ovato-cordatæ, acuminatæ.
Flores racemoſi pedunculis unifloris vel bifidis.
Calyx campanulatus, glaber.
Filamenta libera, filiformia, membrana tenuisſima alba alata.
Styli quinque, monadelphi.
H. *Pulchella.* *Radix* crasſisſima, fuſca, fuſiformis.
Frutex brevisſimus trunco ſimplici vel diviſo, vix digitali, fuſco, erectiuſculo.
Rami aggregati uti & ramuli, teretes, villoſi, erecti, patentisſimi, digitales.
Folia alterna, petiolata, pinnatifida, glabra, ungvicularia;
Pinnæ rotundatæ, integræ, rarius inciſæ.
Stipulæ ovatæ, breves.
Flores racemoſi, cernui, purpurei.
Calyx campanulatus, tenuisſime villoſus.
H. *Procumbens.* *Caulis* fruticeſcens, decumbens, apice erectiuſculus, piloſus, pedalis vel ultra.
Rami alterni, ſecundi, flexuoſo-erecti, ſubſimplices, piloſi, ſuperne aphylli, palmares vel ultra.
Folia alterna, petiolata, oblonga, inferiora magis ovata, ſuperiora lineari-lanceolata, inciſo-pinnatifida pinnis obtuſis, ſimplicibus vel ſubtrifidis, ſupra glabra vel vix villoſa, ſubtus ſtellulis ſetaceis ſparſis tecta, patentia, ſubpollicaria.

Petiolus folio paulo brevior.
Stipulæ ovatæ, acutæ.
Flores in apicibus ramorum rarius ſolitarii, ſæpius bini, cernui.
Calyx campanulatus, angulatus, villoſus.
Corolla lutea, cucullato-plicata.

H. *Diffuſa*. *Caulis* fruticeſcens, teres, decumbens, totus villoſo-ſcaber.
Rami filiformes, alterni, ſecundi, villoſi, raro ſimplices, ſæpius bifidi vel alternatim ramuloſi: ultimis ramulis divaricato-patulis, capillaribus.
Folia alterna in ramis & ramulis, breviter petiolata, lanceolata, acuta, inciſo-pinnatifida pinnis acutis ſimplicibus vel argute ſerratis, ſubtus piloſa, patentia, ungvicularia.
Stipulæ lanceolatæ, integræ, lineam longæ.
Flores racemoſi, terminales in ramulis, cernui.
Pedunculi pollicares, rarius ſimplices, ſæpius bifidi, pedicellis reflexis.
Calyx villoſus, campanulatus,
Corolla incarnata.

H. *Pinnata*. *Caulis* fruticeſcens, decumbens, filiformis, glaber.
Rami filiformes, ſecundi, erecti, flexuoſi, glabri, palmares.
Folia alterna, petiolata, rarius pinnatifida, ſæpius bipinnatifida pinnis acutis, glabra utrinque, pollicaria & ungvicularia.
Stipulæ ſeſſiles, lanceolatæ, acutæ, rarius integræ, ſæpius inciſo-ſerratæ.
Flores racemoſi in apicibus ramulorum, cernui, purpurei.
Calyx vix manifeſte ſcabridus.
Styli quinque, monadelphi, ſic ut unicus videatur.

H. *Myrrhifolia*. *Caulis* ſuffruticeſcens vel potius herbaceus, de-

decumbens, flexuoſus, tenuisſime piloſus, ſimplex, ſolitarius vel plures e radice.

Folia alterna, remota, glabra, pollicaria: *Pinnæ* petiolulatæ, fisſæ ſeu pinnatifidæ; *pinnulis* lanceolatis, integris, divaricatis vel potius reflexis.

Stipulæ ovatæ, integræ.

Flores terminales, ſolitarii vel bini, cernui, flavi.

Calyx campanulatus, piloſus.

Filamenta compresſa, linearia, membranacea, brevia.

Styli quinque, connati ſeu monadelphi.

§. V.

SYNONYMA.

H. *filifolia* Linn. Syſt. veg. XIV. p. 611.per Gmel. p. 1011. Suppl. Syſt. p. 302. Cavanill. Disſert. 6. p. 332 tab. 180. fig. 3.

H. *lavandulifolia.* Linn. Spec. Plant. p. 942. Syſt. XIV. p. 611. per Gmel. p. 1010. Cavan. Disſ. 6. p. 331. t. 180. f. 1.

H. *involucrata.* Linn. Syſt. per Gmel. p. 1010. Cavanill. Disſ. 6. p. 328. t. 177. f. 1.

H. *ſalvifolia.* Linn. Syſt. per Gmel. p. 1010. Suppl. p. 302. Cavanill. Disſ. 6. p. 328. t. 180. f. 2.

H. *verticillata.* Mahernia verticillata. Linn. Syſt. XIV. p. 308. per Gmel. p. 519 Mantisſ. p. 55. Cavan. Disſ. 6. p. 323. t. 176. f. 1.

H. *ciliaris.* Linn. Syſt. XIV. 611. per Gmel. p. 1010. Suppl. p. 302. Hermannia linifolia. Burman. Prodrom. p. 18. Linn. Syſt. per Gmelin. p. 1011.

H. *trifurca.* Linn. Spec. Plant. p. 942. Syſt. XIV. p. 610. per Gmelin. p. 1010. Cavan. Disſ. 6. p. 332. t. 178. f. 2.

H. *denudata.* Linn. Syſt. XIV. p. 611. per Gmelin. p. 1010. Suppl. p. 301. Cavan. Disſ. 6. p. 329. t. 181. f. 1.

H. *gla-*

H. *glabrata*. Linn. Syſt. XIV. p. 611. per. Gmel. p. 1010. Suppl. p. 301. Mahernia glabrata. Cavan. Diſſ. 6. p. 326. t. 200. f. 1.

H. *hyſſopifolia*. Linn. Spec. Pl. p. 942. Syſt. XIV. p. 610. per Gmel. p. 1010. Cavan. Diſſ. 6. p. 330. t. 181. f. 3.

H. *triphylla*. Linn. Syſt. per Gmel. p. 1011 Cavan. Diſſ. 6. p. 333. t. 178. f. 3.

H. *alnifolia*. Linn. Spec. Pl. p. 942. Syſt. XIV. p. 610. per Gmel. p. 1011. Cavan. Diſſ. 6. p. 329. t. 179. f. 1.

H. *incana*. Linn. Syſt. per Gmel. p. 1010. Cavan. Diſſ. 6. p. 328. An. H. candicans. Hort. Kewens. vol. 2. p. 412?

H. *althæifolia*. Linn. Spec. Pl. p. 941. Syſt. XIV. p. 610. per Gmel. p. 1009. Cavan. Diſſ. 6. p. 327. t. 179. f. 2.

H. *heterophylla*. Mahernia heterophylla. Cavan. Diſſ. 6. p. 324. t. 178. f. 1.

H. *biſerrata*. Linn. Syſt. XIV. p. 610. per Gmel. p. 1010. Suppl. p. 302. Mahernia biſerrata. Cavan. Diſſ. 6. p. 326. t. 200. f. 2.

H. *groſſularifolia*. Linn. Spec. Pl. p. 943. Syſt. XIV. p. 611. per Gmel. p. 1010. Cavan. Diſſ. 6. p. 329.

H. *pulchella*. Linn. Syſt. XIV. p. 611. per Gmel. p. 302. Mahernia pulchella. Cavanill. Diſſ. 6. p. 325. t. 177. f. 3.

H. *procumbens*. Linn. per Gmel. p. 1011. Cavanill. Diſſ. 6. p. 329. tab. 177. f. 2.

H. *Diffuſa*. Linn. Syſt. XIV. p. 611. per Gmel. p. 1011. Suppl. p. 302.

H. *pinnata*. Cavanill. Diſſ. 6. p. 325. t. 176. f. 2.

§. VI.

§. VI.

PATRIA

Omnium hujus generis ſpecierum eſt Africa & quidem promontorium ejus auſtrale, Caput bonæ ſpei dictum, ubi creſcunt plurimæ in locis ſabuloſis *Swartlandiæ*, *Groene Kloof*, juxta *Picketberg* & *verlooren Valley*, ut filifolia, verticillata, ciliaris, trifurca, denudata, hysſopifolia, alnifolia, althæifolia, humilis, biſerrata, grosſularifolia, procumbens, diffuſa, pinnata, myrrhifolia; in *Roggefeld* glabrata & pulchella.

§. VII.

FLORENDI

Tempus incidit menſibus his terris vernalibus ab Auguſto ad anni usque finem. Rarius menſe Junii & Julii florere obſervantur.

§. VIII.

USUS

Exiguus eſt. Majores frutices pro igne foci alendo quandoque colliguntur a Servis Colonum; Pleræque vero ſpecies floribus ſpecioſis hortis europæis botanicis ornamentum non minimum adferunt.



LITTERIS JOH. FREDR. EDMAN, REG. ACAD. TYPOGR.



HERMANNIA diffusa

Olin del. Akrel Sc.

D. D.

DISSERTATIO
DE
NAUTARUM VALETUDINE TUENDA.

QUAM

VENIA EXP. ORD. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA, MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. ET HAFNIENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. HALENS. NAT. SCRUT. LINN. LONDIN. MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICO EXAMINI SUBJICIT

OLAUS ACREL,

STOCKHOLMIENSIS.

In Audit. Botanico die 23 Dec. 1795.

H. A. M. C.

UPSALIÆ,

LITTERIS JOH. FREDR. EDMAN, REG. ACAD. TYPOGR.

VIRO ILLUSTRI

OLAO AB ACREL,

ORDINIS DE STELLA POLARI ET WASÆI EQUITI AURATO, NOSOCOMIORUM PER SVECIAM DIRECTORI GENERALI, ACAD. ET SOCIET. SCIENT. PLURIUM MEMBRO, CET.

MÆCENAS OPTIME,

Patiaris, oro, Vir Summe, ut huic Opuſculo, e Nomine Tuo, aliquid auctoritatis quæram & laudis. Si omnia, quibus Tibi obligatus ſum vincula hac occaſione, vellem

vellem referre, videri fortaſſe potuerit, ultra quam ſas eſt, ambitioſa pietas mea: ſiquidem & Patria univerſa, quæque Tuo præſidio jactatur Ars Machaonia Te ſibi totum jure quodam vindicant ſuo. Qui bene utrique cupiunt, optant ſincere, ut canitie floreas diu beatiſſima. Mihimet præterea jucundius nihil poteſt contingere, quam ſi Tua ornatus gratia per omnem vitam poſſim teſtificari, quanto ſtudio quanta veneratione ſim permanſurus

ILLUSTRISSIMI NOMINIS TUI

Cultor devotiſſimus

OLAUS ACREL.

DE

NAUTARUM VALETUDINE TUENDA.

Inter varias illas, per quas humanum ingenium enituit, artes navigatio certe vel eo nomine appellanda eſt audaciſſima, quod nulla alia non ſanitati modo humani corporis, ſed vitæ etiam conſpicua adeo minitetur pericula; & quanquam ars hæc jucundæ illi felicitatis ſpei, ad quam ab Optimo Numine creati videamur atque vocati maxime profecto deroget, ab antiquis tamen temporibus illius repetendæ ſunt origines. At vero ut ceteræ artes, ab exiguis admodum ortæ initiis, lento gradu ad faſtigium pervenere ſuum, ita navigandi quoque diſciplina, dum littora legere ſatis haberent Nautæ, per longum omnino tempus, & gloriæ & periculorum obtulit minus. Jam vero, cum a mitioribus cœli regionibus, quæ Tropicos intra continentur, ad frigora, quæ in polorum vicinia ſunt acutiſſima, ubi nulla arbor recreatur æſtiva aura, & nulla, niſi quæ maris ſunt incolæ, vitam ducere poſſunt animalia, uno quaſi impetu ruunt nautæ, intolerabiles qui ſub Æquatore torrent, calores mox petituri, quum non vivis modo animalibus, ſed plantis etiam atque herbis exitialis ſit ſubita hæcce mutatio, mirum ſane videbitur, hominem ſolum has ſuſtinere vices. Ad hæc vero qui perpenderit, intra quam exiguum orbem is, plures per menſes vitam trahat, qui per maria currere inſtituit, a viventibus immenſo ſpatio, a morte dolato tantum remotus ligno, quam inſolito victu, quemque & longa dies & adparatus ipſe digeſtioni reddiderit incommodum, vita ipſi ſit ſuſtinenda, quam

 ſæpe

ſæpe per longum tempus gravibus defeſſa laboribus quiete reficere prohibeatur membra; quantum humiditas & intemperantia aëris, peſtiferis haud raro referti vaporibus, quantum aquæ defectus ſalubrioris ſanitatem imminuant, qui his addiderit anxiam ſollicitudinem & atras imminentium curas, quæ aëratas quoque ſcandunt naves, facile omnino exiſtimabit, genus hocce vitæ, inter ea, quæ homines eligere queunt, difficillima ſuo jure haberi — ſed

Nil Mortalibus arduum eſt.

Neceſſitates, quas ipſi ſibi finxerunt mortales, lucri cupiditas, & ipſa fortaſſe humani ingenii indoles, quod dum præſentia & parabilia ſpernit, remota ſectatur, & mutationum trahitur deſiderio, navigandi forſitan ſtudium & artem excitarunt, atque aluerunt, quæ deinceps conſuetudine aucta & increſcente in longius provecta audacia inter gentes neceſſaria habita fuit politiores, præſertim cum hac arte & pacis oblectamenta & præſidia belli ſibi invicem ſuppeditarint. Unde quoque factum, ut continuis cædibus & humano ſanguine omnia cruentata ſint maria; terram diceres non late ſatis ad noſtra patere funera.

Sed bella quoque abſint; vivendi tamen rationem qua uti coguntur nautæ, plurimis iisque graviſſimis, ipſos objicere morbis, teſtatur experientia; teſtantur, quæ passim occurrunt, ſcripta virorum eruditiſſimorum, qui hosce penitius exponere morbos, & iisdem ſapienti occurere conſilio, vel ſollicita mederi cura ſibimet ſuſcepe runt.

Non ea quidem eſt temporum noſtrorum facies, ut cum habemus Viros de ſanandi arte immortaliter meritos, W. Cockburn, J. Lind, J. Huxham, L. Rouppe, J. F. Bæckström, J. Pringle, Poisonnier, S. de Monchy, B. Mossely, G. M *). D. Mackbride, J. Cook, H. B. Aaskov,

Aaskov, Callisen, & inter noſtrates Bjerkén atque Faxe, quorum Opera vel ex aſſe, vel qua partem ſaltim hanc illuſtravere materiam, ad egregia tantorum virorum experimenta aliquid addere poſſint conatus juveniles. Quum vero per longum ſatis tempus maris tentaverim vias, & inter non ita parvum Nautarum numerum occaſionem amplam nactus fuerim, ad varias attendendi artes, quibus morbis eorum optime obviam eatur. Obſervationes hasce ſpeciminis Academici loco, edere conſtitui, tuam, quisque hasce lecturus es meditationes, veniam & cenſuram non expetens ſolum, ſed ſperans mitiorem.

§. I.

Inter illas, quæ, ſi felix inſtituatur navigatio, maxime neceſſariæ ſunt, cautelas primum omnino ſibi vindicat locum cura, qua uti debet Navarchus, in ſanis eligendis Claſſiariis, quam maxime ſollicita. Sæpiſſime tamen accidit, ut hæc neceſſaria adeo negligatur prudentia, dum Nautæ, quorum adflicta morbis recens convaluere corpora, in naves ab ipſis vocantur Xenodochiis, aut a longiori itinere in patriam reduces, naves iterum conſcendere coguntur. Horum illi Chronicorum, qui ſanandi artem vel maxime eludunt, morborum, quales *Icterus*, *Hydrops*, *Tibiarum ulcera & Febris Hectica*, in ſinu adhuc circumferunt ſemina, quin immo lui ſcorbuticæ acceſſum præbent longe facillimum; Hi vero contagiones febrium ſæpe fovent malignarum, quæ reliquos omnes facile adficiunt Claſſiarios. Illi omnibus cito impares inveniuntur laboribus, hi non periculi minus quam peſtis ipſa ſociis laborum minitantur. His quoque adjungi poterit non vera minus quam neceſſaria obſervatio, idoneum neminem futurum navigationi, niſi qui ad littora maris natus educatusve a teneris inde annis, dura navis mala perpeti inſveverit. Hæc namque maris patientia maturis

ris aut vergentibus jam annis raro adquiritur. Quæ his neglectis cautelis evitari vix queunt incommoda, ita demum optime mihi quidem videntur tollenda, ſi dum bellicas naves conſcendunt Nautæ, Chirurgo Navigii cujusvis primario, quippe qui phyſicam cujuslibet conſtitutionem adcuratiſſime noſſe exiſtimandus ſit, id injunctum eſſet officii, ut teſtimonio ſuo quis idoneus, quisve ad navigandum eſſet inhabilis, integre judicaret.

§. II.

Naves ſic conſcendentibus alimenta ea eſſe videntur convenientiſſima, quæ ab iis quam minime recedant quæ per longam populi cujusvis conſvetudinem naturæ quaſi vim obtinuerunt. Cerealia ſemina ab omnibus fere populis paulo politioribus, ſi mite modo ſolum incolunt, adhibita eſſe invenies *a*). Hæc vero ſemina vel in formam redacta panis, vel etiam decorticata, in modum pulmenti cocta uſui eſſe invenimus. Panis e Tritico, Secali, Hordeo vel Avena etiam confectus apud Europæas gentes baſin quaſi alimentorum conſtituere exiſtimatur, & quantum etiam refragetur Cel. Linguet, hoc tamen ciborum genus non maxime ſolum parabile & ſervatu facillimum, verum etjam victui optime conducens, jure meritoque habemus, quippe quod in forma ſua ſolida materiem jam nutrientem paratam contineat atque fermentatam. Quod ad reliqua pertinet vegetabilia, quum per longius temporis ſpatium a putredine non niſi ſumma difficultate prohibeantur, perſæpe aut recentia ſunt comparanda,

---

a) Sic variis Populis varia nutrimento ſunt Semina, inprimis Cerealia, ut *Europæis* meridionales Regiones inhabitentibus, *Triticum* & *Secale cereale*, Boreales vero *Hordeum*, *Avena*: Americanis *Zea mays*, Aſiæ incolis *Oryza ſativa*: Tartaris *Polygonum fagopyrum*, Afris *Panicum* miliaceum & *Holcus ſaccharatus*: Arabibus *Holcus ſorghum*.

paranda, aut artis ita ſervanda adminiculo, ut ſalutifero victui inſerviant. Hoc quoque eo magis neceſſarium eſſe videbitur, quo certius conſtat, Nautas, quo diutius & ab infantia his adſueverint, eo majori cum incommodo iisdem deſtitui. Perpauca vero ita comparata ſunt vegetabilia, ut aëre ſiccata diu ſatis ſervari queant. Pleraque ſaporem amittunt, mucorem ſitumque contrahunt & putredine mox corrumpuntur. Unica, quam ars monſtravit, hoc evitandi ratio ea eſt, ut recentia adhuc comminuantur & fermentatione præparentur; quo facto, in vaſis bene clauſis magno preſſa pondere, in futuros diu ſervari poterunt uſus. Omnes hoc modo paratæ *Braſſicæ ſpecies*, præ aliis vero *Braſſica Oleracea*, multæque ſucculentæ ſatis radices, qualis *Braſſica Rapa*, *Napo-Braſſica*, *Daucus Carota*, *Paſtinaca ſativa* cet. in arena aſſervatæ magno cum emolumento, victui Nautarum inſerviunt, ſi vel coctæ, vel, quod melius eſſe docuit experientia, crudæ apponantur. Quantum, dum cetera edulia deſunt vegetabilia, ad ſanitatem Claſſiariorum ſervandam uſus *Braſſicæ Acidulatæ* conducat, experimenta teſtantur ab Anglis per noviſſima, quibus terram circumnavigarunt, itinera, magno cum fructu inſtituta. Unde penes hanc gentem mos dein invaluit, ut in navibus non minus mercatoriis quam bellicis, magnam ſane hujus edulei copiam imponant. In noſtris quidem Braſſicæ fercula non prorſus ignorantur navalibus; ſed vel adhibentur rariſſime vel juſta copia non ſuppeditant, iſta licet alimenta Nautis domeſtica ſunt & nullo negotio parvisque impenſis comparantur. Illis, quæ ex Animali Regno proveniunt, eduleis Animalium adnumerantur carnes, per quas Suillas quoque & piſcium intellexeris, & quæ concreto Animalium lacte formantur alimenta, butyrum videlicet & caſeus. Omnia illa victus genera cum ſale licet, quo corruptioni reſiſtant, neceſſario condiri debeant, non ideo

B tamen

tamen inſalubria atque noxia exiſtimanda ſunt, ſi modo ſalſugo ex aqua macerando eliciatur. Quod ſcorbutica illa mala, quæ Nautis præcipue communia eſſe ſolent, ſalſamentis, quibus victitant continuo, ſuam debeant originem, pervetuſta quidem fuit opinio & in vulgus recepta, quam vero *Cel.* Lind inconcuſſis argumentis jam dudum refutavit. Interim tamen in morbis quibuscunque, imo in ſcorbuticis quoque malis, hujusmodi incongrua, immo noxia eſſe alimenta ideoque ſollicite fugienda, certiſſimo experientiæ teſtimonio compertum eſt. Si namque vel febri quadam, vel Rheumatiſmo febrili, vel alio morbido ſtatu labefactetur corpus humanum, vel etjam ſi externas paſſum ſit injurias, fracturis aut ulceribus adſlictum manantibus, minuitur ſemper ad ſanitatem pernecesſarium illud digeſtionis negotium atque ſegnius indies redditur; quæ cum ita ſint, ſalſamenta, quæ dyspeptum nimis atque indigeſtum præbent nutrimentum, cujus uſus, novis accedentibus malis, morbi intendat neceſſe eſt vehementiam. Mirum itaque attentiori videbitur cuivis, quod non *Gelatina Carnium exſiccata*, quam Angli tanto cum fructu ſub itineribus adhibent, & *Portable Soup* vocare ſolent, inter edulia, quibus Claſſis noſtra inſtruitur, meritum ſuum non obtinuerit locum, noſtro præſertim tempore, quo e Digeſtore Papini emendato, & labore & ſumtu illam parare didicimus minori. Mihi ſaltim victus hic ægris videtur quam maxime accommodatus. Horum in uſum ſufficiens quoque viventium animalium numerus in navibus videtur alendus, quodque in omnibus bellicis navibus, ſive majores ſint ſive minores, laudanda omnino cura obſervant Dani. Fructus exſiccati, quæque inde parantur fercula, morbo adflictis etjamnum reſervantur, nec tantum horum ſuppeditare poteſt, quantum ceteris ſufficiat Claſſiariis.

§. III.

§. III.

Quin abundanti ſatis potu nautæ quam maxime indigeant, nemo ſane dubitaturus eſt, cui in mentem venerit ſalſis perſæpe cibis ipſos uti, & torrenti licet preſſos cœlo graviſſima tamen neceſſario ſuſcipere labores. Aqua certe & potui idonea, & huic rei inſervire ſolita facillime plerumque paratur, ſed nec illius quidem copia ſemper ſuppeditat, nec integra diu ſervatur. Cereviſiæ quidem tenuioris ſolventibus e portu navibus aliquantum imponitur: ſed conſumta hac, aqua utendum eſt putrida ſæpe atque corrupta, frigida niſi & recens portus petendo alienos congeri poſſit. Exiſtimarunt quidem non ita pauci, aquam a putredine, quam ſitu contrahit, tum demum eſſe ſervandam, ſi vaſa quibus contineretur fumo imbuerentur ſulphureo: Eorum vero conatibus eventus non reſpondit optimus. Si vero Acidum Vitrioli concentratum, aquæ fuerit immiſſum, finem hunc melius obtentum iri crediderim, vaſa modo acerrima tergantur cura, & frigida repleantur aqua, e currenti flumine vel fonte vivo haurienda. Aquam putridam jam, quo idonea potui reddatur, aceto quoque emendare ſolent Nautæ, quod æſtate licet non ſitim modo reſtinguit, ſed ad ſanitatem quoque haud parum confert; verno tamen tempore & per autumnum videtur minus e re eſſe. Anglorum tum maxime commendaverim morem, qui Cereale vinum merum nunquam haurire ſolent, ſed multa aqua dilutum: (*Grogg* appellant.) In noſtris autem Claſſibus merum ſumere jubentur Nautæ, quo hauſto majori quidem adficiuntur ſtimulo, ſed dum hic dicto citius evaneſcit, per totum deinde diem aqua uti coguntur mucore & ingrato ſapore tetra atque horrenda, quæ tamen, ſi Cerealis non nihil adderetur vini, potui redderetur idonea.

Omnium tamen quæcunque reſtinguendæ ſiti adhibentur ſaluberrima videtur Cereviſia Meracior, modo cocta ſatis fuerit atque bene fermentata, nec non Lupuli ope, vel additis etjam Turionibus pini, Baccis juniperi, aliisve amaris, rite fuerit condita. Verum non ſalubritate tantum ſua, ſed eo etjam nomine ſeſe commendat, quod ſervari poſſit diutiſſime & aqua diluta ſitim optime allevet. Ceterum nec ea minus laudanda eſt cura, quæ id agit, ut omnia præcidantur ea, quæ ſitim quam maxime ſoleant excitare. Ita ſalſamenta nunquam Jentaculi loco adponenda eſſe crediderim, quod tamen apud noſtrates moris eſt frequentioris. Piſces ſalſitudine durati, Clupeam Harengum nominaſſe ſufficiat, quibus Nautæ matutino tempore primam pellere inſveverunt famem, id certe adferunt incommodi, ut calore ſolis & laboribus fatigati graviſſimis, ad finem usque diei ſiti inſuper ardenti miſerum in modum torreantur. Unde *Cel.* FAXE maximis commotus rationibus pultem quandam ipſis jentaculi loco ſvaſit adponendam.

Quod tantis effertur laudibus, *Malthi Infuſum*, Medicinæ magis quam potus loco videtur adhibendum. Qui Valetudine utuntur, illius non indigent, ægro adflictis corpore non æque ſemper conducit, dum Diarrhœam interdum excitat, quæ infirmum ægri habitum vehementius adhuc convellit. Ceterum non ideo negatum volumus, perſæpe etjam, dum malis levandis ſcorbuticis fuerit propinata, magnam ſane illius comprobatam fuiſſe utilitatem.

§. IV.

Quin tranſpirationi corporis in nauticis præcipue itineribus vel ſervandæ vel augendæ etjam maxima debeatur attentio, cum certe non dubitaturum confido, qui perpenderit, quantum corporis hinc pendeat ſanitas; quantum hæc porro, in Organorum, quæ digeſtioni propria

pria ſunt, functiones vel adjuvandas vel prohibendas, vim ſibi arroget, cuique in animum venerit ſubita illa, quam per maria currentes toties ſuſtinent nautæ cœli atque tempeſtatum mutatio. Inter omnes quæ malorum ſcorbuticorum unquam commemoratæ fuerint cauſſæ primum ſibi locum ſine dubio vindicant clauſa vaporum cutaneorum ſpiracula. Cum per longum ſatis tempus in humidis iisdem veſtibus diurni ſuſtinendi ſunt labores, & nocturna capienda quies, fiat neceſſe eſt, ut per poros abſorbeatur potius quam ejiciatur, quæ ſenſim contrahitur putredinis materia; quo facto minuitur primum appetentia cibi, cujus mox difficilior redditur digeſtio, unde diminutis, quæ quotidie ſumuntur, alimentis, vitalitatem ſuam indies decreſcere ſentiunt partes corporis ſolidiores, quod in ſtatum jam abit perfecte putridum. Dum has corporis noſtri machina vices ſubit, horenda illa ſeſe ſpectanda ſiſtunt mala, quæ Febres putridæ, Dyſenteriæ putridæ, Rheumatismi Chronici, Oedemata artuum, Hydropes & Ulcerationes ſcorbuticæ, vocantur, ingens illa morborum cohors, quos graphice delinearunt morborum Nauticorum Scriptores. At dum eæ adhibitæ fuerint cautelæ, quibus transpiratio cutanea vel continuo fuerit ſervata, vel vitia etjam frigidi aut humidi aëris aliquando interrupta, cito tamen fuerit reſtituta, in id valuiſſe vidimus artis opem, ut nec ſcorbutici nec morbi putridi febriles alii occaſionem nacti ſint radices agendi altiores Immortalis ille Cook, qui globum terraqueum totum eſt circumvectus, & regiones cœlo preſſas rigidiſſimo intra circulum polarem non minus Arcticum quam Antarcticum ſitas viſit, atque experiundo cognovit, ſuo extra dubium poſuit exemplo, poſſe etiam in hac aëris intemperantia ſanitate exoptata frui Claſſiarios, modo artis inventa in ſubſidium fuerint vocata. Quod cum ita ſit, non ſane mirandum, quod non frequentioribus

ribus modo, ſed gravioribus etjam morbis conflictentur ii, qui bellicas conſcenderunt naves, quam qui mercatorias regere ſolent. Hi enim veſtibus, quas frigore aut humiditate preſſi ſubinde mutent, inſtructi cernuntur lautius.

Si modum quæſieris, quo morbis, qui per expeditiones bellicis inſtituendas navibus, aut longiora quævis itinera vehementiſſime graſſantur, occurri poſſit quam certiſſime, ſequentes nobis quidem maxime neceſſariæ videntur cautelæ.

1:o Nautis ea ad minimum veſtimentorum copia ſuppetere oportet, ut eadem ſemel, vel iterum, ſi necesſitas urget, mutare queant; quod quidem non ad munditiem tantum, ſed ar ſanitatem etjam plurimum confert Claſſiariorum, quæ continuis objicitur periculis, dum ve. ſtitu eodem eoque humido perſæpe noctem diemque agere coguntur.

2:o Lectulorum quoque penſilium (Hängmattor), que Nautarum ſunt cubilia, duplex eſſe debet numerus, ut per ſingulos menſes bis ſaltim abluantur, & ſæpiſſime ventis expoſita magna cura noxio liberentur madore.

3:o Iis qui in ſuperiori navis tabulato vigilias obeunt, tunicæ ejusdem, quo vela, lintei in eum unicæ ſervatæ uſum induendæ eſſent, quo facto ab ea quæ manantibus imbribus quæve maris æſtu ingruit, optime ſeſe tutarentur humiditati.

4:o Quamquam mos ille, qui a Nautis ſervari ſolet ut, quæ inter Navium tabulata hæſerunt ſordes aqua injecta abluantur, ſua utique dignus eſt laude, tutius tamen a purganda Nave iis abſtinetur diebus, quibus per aërem auram imbribus madentem, quæ tabulatis hæſit aqua in auras iterum abire prohibetur. Ea nempe, quæ intempeſtive adhibetur Navigii lavatio, dum ſicciori aëre non licet exſiccari, copiam auget vaporum, quos per qui-

quietem, & ſub ſomno præcipue, attrahuat nautæ maxima inde ſanitati ſuæ experturi incommoda.

5:o Sæpius vero illa adhibenda videtur conſvetudo, quæ ab antiquis ſat temporibus fuit recepta, ut ahenum in infima Navis parte collocaretur ardentibus plenum carbonibus, quibus injecti minutiores Juniperi rami vel baccæ aut alia ejusdem generis fomenta, fumum excitarent per quasvis Navigii partes dirigendum inferiores *b*). Evanuit quidem illa, quæ antiquitus fuit opinio, quaſi Morborum impetus Contagioſorum ſic tolleretur, ſed illum moris hujus nullum unquam tempus negaverit uſum, quod calore ſuo, qua in contignationibus navium inferioribus conſpicua eſt, fumus optime disjiciat humiditatem.

6:o Quo transpirationi conſulatur faciliori, ſolito etjam frequentius ſumi debent cibi atque potiones calentes. Sic per itinera ſua plurima excogitavit Cel. COOK infuſa Theiformia e herbis quibusvis Aromaticis compoſita, quæ calida propinari jubens, ſanos ſemper habuit Claſſiarios.

Deinceps vero potio illa, qua frequenter utuntur Americani *e Pinu balſamea* parata, quemque nomine *Sprucebeer* in actis Reg. Scient. Acad. deſcribere adgreſſus eſt Cel. KALM *c*), in ſecundo, quo Globum terreſtrem circumnavigavit, itinere anſam ipſi præbuit varias ignotas antea *Myrti* ſpecies in eosdem convertendi uſus. Noſtris quoque Claſſiariis, dum in navibus detinentur, e plurimis, quæ ſoli noſtri incolæ ſunt, herbis haud paucæ parari

---

b) Alium & forte efficaciorem aërem purificandi modum docuit Cel. MORVEAU in ROZIER *Memoires ſur la Phyſique:* qui conſiſtit in evaporatione Salis marini humectati ad pondus Libb. VI, cum acido Vitrioli concentrato in Vaſe Vitreo commixti, & prunis dein candentibus ſuper impoſiti.

c) Kl. W. Ac. H. 1751. Eandem quoque ex *Pinu Sylveſtri* Cereviſiam præparare docuit Cl. FAXE K. W. A. H. pro A. 1780.

parari poſſent potiones, quæ in Theæ formam calidæ propinarentur. Indicaſſe tantum ſufficiat, *Petroſelinum*, *Marrubium*, *Meliſſam*, *Salviam*, *Hederam terreſtrem*, *Mentham*, *Folia Tuſſilaginis*, *Hyſſopum*, *Betonicam*: *Folia Ribis*, & *Lign. Saſſafras*, quæ omnia huic uſui congrua eſſe videntur. Vinum etjam cereale, cujus quotidianus, qui evaluit, uſus, non admodum videtur laudandus, ſi huic ſeponeretur uſui, multum adferret utilitatis. Modus vero id præparandi convenientiſſimus is forte erit, dum Baccis Juniperi, Pini ſtrobulis, radice Calami Aromatici vel Aromaticis aliis conditum & aqua dilutum calida, addito, ut præſens tulerit copia, Succo Citri, Tamarindis, aut Aceto Vini præſtantiſſimo, admixto etiam Sacchero Melaſſiano, propinaretur calidum, in illius formam potionis, cui nomen *Pounche* dederunt recentiores. Exigua vero hujus potionis copia eo aptiſſime tempore Nautis impertiri poſſe videtur, quo, finitis vigiliis, ſomnum jam ſunt capturi. Hoc etjam modo, quod urgente gravi quadam tempeſtate Nautis dari ſolet, Cereale vinum, majori cum utilitate, poſſit componi: nec indubium facile vocaveris potum hujusmodi calidum atque imbutum ſpiritu, qui jentaculi hauriatur tempore, dum cœlum tegitur imbribus & ventis agitatur mare, quam quod merum illud datur Cerealium ſpiritus ignis ope elicitus, & nullo interveniente vehiculo dilutus.

7:o Corporis perſpirationem, aëris vel humiditate vel frigore vel utroque ſimul ſublatam, aut diminutam Aromatica quæcunque & ſtimulantia reddere ſolent faciliorem. Quum vero Aromata fere omnia, quippe quæ caro nimis emantur pretio, vix videantur poſſe proponi, alia ejusdem fere efficaciæ ciborum condimenta *Cochleariam* loquor *Armoraciam*, *Sinapi*, & varias inter *Allii* ſpecies, *Cepæ*, eo largiori impertienda ſunt manu; hæc namquæ & ſumtu parantur minimo, & ſi in ſicca deponuntur

tur arena, quam diutiſſime uſui quotidiano ſervari poſſunt. Novimus quoque Navarchum Celebrem Winter, quum in itinere per fretum Magellanicum ſumma rerum omnium inopia premeretur, urgente ipſa dira neceſſitate, ad ſananda vel impedienda ſcorbutica mala cortice uti didicerit, cui nomen poſtea dedit ſuum *d*). Si igitur merum hauriendum ſit Cereale vinum, utiliſſimum omnino eſt quum amaris atque Aromatis conditum parcius, & dum res ipſa poſtulare videtur, Claſſiariis propinatur.

§. V.

Præter munditiem illam atque cultum, qui Nautis non minus in corpore quam in veſtitu tanta ſe commendat neceſſitate, nihil æque videtur neceſſarium ac ſollicita, quæ adhibenda eſt, cura in purgando mutandoque aëre, qui tabulatis clauſus navium, a vaporibus aquarum in ſentina ſtagnantium, ab incaleſcentibus alimentis ibidem repoſitis, nec non ſordidis & humectatis hominum in his locis dormientium & tranſpirantium veſtimentis, putredine cito inquinatur. Ceterum, quamquam cura hæc nulli non conveniat tempori, eo tamen præcipua eſſe debet, quo, per æſtum maris, ventis agitati oſtia, ubi aſcendant deſcendantque Claſſiarii (Luckor), & tormentorum globi emittuntur (Styckegluggar) & ceteras, quæ in navi ſunt aperturas, ſaniori recipiendo aëri pandere non liceat. Præterquam enim quod certiſſimæ adſint credendi rationes, aërem anguſtiis locorum preſſum, per plurium hominum reſpirationem aëre ſuo vitali deſtitui, & ineptum ideo reddi, qui pulmones reficiat, illud quoque in dubium vocari nequit, graveolentibus illis atque putridis vaporibus, qui ab hominibus non ſanis minus quam morbo adfectis proveniunt, plu-

---

d) Drymis *Winteri*. Forster.

rima ortum ſuum debere. Miaſmata, quæ proximam præbent cauſam febribus illis contagione nocentibus, & mortiferis, quas ſcriptoribus rei Medicæ *Caſtrenſium*, *Obſidionalium*, *Carceralium*, & *Navalium* nomine placuit inſignire. Obſervarunt jam dudum HUXHAM, PRINGLE & Medicorum alii eruditione non minus quam experientia conſpicui, Febres has præcipua graſſari vehementia, ubicunque major hominum numerus anguſtos intra parietes claudatur, non evidentur ſordes & auræ raro duci poſſint puriores. Iis quoque in navibus qui paucioribus tenentur Claſſiariis, minora obvia ſunt pericula, quam in bellicis, quæ magnum admodum habent hominum numerum, quorum nonnulli etiam in tabulatis (under Dåck) neceſſario verſantur inferioribus, ne officia interpellent Nautarum. Noſter ille TRIEWALD & Anglus HALES de inventi Ventilatoris gloria inter ſe contendunt; poſt horum vero conamina velorum ventis agitatorum ope majori cum emolumento ſtagnantis aëris incommoda tollere adgreſſus eſt Cl. SUTTON. Interim tamen non diffitendum, impetum illum aëris frigidi, quem vela excitarunt hujusmodi, non minimum ſanis pariter ac ægris adtuliſſe incommodi. Huic enim tribuendum cauſſæ, quod Catarrhi, Pleuritides, acuti pectoris dolores varii, Rheumatismi Chronici & acuti, ſexentaque ejusmodi mala, quæ frigentibus ſubito membris oriri ſolent frequentius, tum furere ſint viſa. Certiſſime itaque & minimo cum periculo finem hunc ſummo jure exoptatum obtineri credimus, ſi Antliæ obtinentur pneumaticæ, quas in ædificando navigio conſtruendas, & ſine ullo Claſſiariorum ſalutis & vitæ diſcrimine, dum res ita poſtulat, aperiendas edocuit non ita pridem Nob. CHAPMAN, Vir de patria immortaliter meritus. Optandum itaque foret, ut dum in publicos uſus novæ poſthæc exædificantur Rates, egregium hocce non negligeretur inventum.

§. VI,

§. VI.

Ad labefactatam jam corporis valetudinem eo facilius & felicius reſtituendam non minimi momenti ea cenſenda eſt cura, qua providetur, ut locus ægrotis ſit ad decumbendum commodus: ut ſtragula veſti utantur idonea, & ceteris inſtructi ſint rebus, quæ uſui ægrorum inſerviant. Bellicis noſtris navibus in ſerie Bombardarum inferiori poſitum eſt ægrotantium tentorium (ſjuktältet) qui quidem locus non incommodus eſt cenſendus, quamdiu tormentis non ſit utendum; commiſſo vero prælio, horrendum in modum ægrotantium quies turbatur, diſcurſatione inprimis eorum, quibus tormentorum commiſſa eſt cura.

Quod ſi meam dicere liceat ſententiam, ſaucii atque ægro adfecti corpore reliqui in infima atque poſtica navis parte, quam (Flåſkebuldan) vocare ſolent locum tenerent quam maxime commodum. Heic enim ſua ipſis competeret quies, nec acceſſu frigidi aëris mala ſua ſentirent augeri. Ad reliqua quod attinet commoda, quorum indigeant, quos morbi adflixerunt, Claſſiarii, quum eadem ſint atque illa, quæ in Noſocomiis bene inſtitutis in continenti terra haberi ſolita ſunt, per tranſcurſum opellæ illa ſilentio liceat præterire.

§. VII.

Quum Ventus, qui in terra lenius ſpirare ſolet, naturæ hominis maxime conveniat; non mirum profecto, quod adflictæ Nautarum vires reficiantur, imo graviſſimi quoque medelam ſentiant morbi, ut primum terræ continentis veſci queant aura. Quod quum extra omne poſitum ſit dubium, portus, quotiescunque fieri potuerit, petendi ſunt, quo ſimul recentia comparari poſſint alimenta, & quod præcipuum eſt, ut Nautæ labore, imo

 feſti-

feſtivis quoque ludis in ſalubriore aëris corpus exerceant temperie, quam quæ in anguſta habetur navi. Eos namque in primis labores, qui ſub dio ſuſcipiuntur, ad ſalubritatem corporis plurimum facere, certiſſima teſtatur experientia. Veritatem hanc optime ſibi perſpectam habens, qui nunquam ſine honore nominatur, Cel. Cook ſuos ſemper laboribus exercuit Nautas, ſive portum teneret,[l] ſive æquore jactaretur navis; & cum deeſſet vires ipſorum exercendi occaſio, quod nuperrime laboribus effecerant ſuis, quaſi infectum de novo juſſit peragere. Qvamquam enim certiſſimum eſt, Nautarum deſidiam Scorbuticis eorum morbis cauſam, quam ſæpiſſime præbere, unde Ill. Anson quoque & Cel. Rouppe adcuratis firmarunt obſervationibus, e ſeptem, qui ſcorbuto fuerunt correpti, quatuor ad minimum Claſſicos fuiſſe Milites, qui laboribus non æque potuerunt exerceri; temere tamen & prædure egeris, ſi omnes eos vocaveris deſides, qui movere non ſuſtineant membra. Summa namque corporis debilitas, conjuncta cum difficultate ad motus corporis perficiendos, primum idque continuum ſcorbuti eſſe ſolet indicium.

Multi vero hoc morbo correpti, non ſine inſigni omnium admiratione, intra breviſſimum temporis ſpatium convaleſcunt Claſſiarii, ut primum ipſis contigerit continentem viſere terram, modicis ibi membra excercere laboribus, & vegetabilium exhalationibus refici balſamicis.

§. VIII.

Quæ potiſſimum, valetudinis ſervandæ cauſa, in quovis portu, quærenda ſint vegetabilia, eo minus præſenti Opella nobis ſuſcipimus enarrandum, quo certius conſtat, pro ut copia fert regionis, cui adpellitur navis, hoc eſſe ſtatuendum. Dixiſſe tamen juvabit, meridionales Europeæ præternavigantibus oras, Citri, Aurantiorum

&

& Limonum poma non ita magno parari pretio, & aliquandiu quoque in ægrotantium poſſe ſervari uſus. Inter ſucculentas radices, *Solanum tuberoſum* (*Potatoes*) *Battatas*, (*Yams*,) alias ut prætercam, præcipue nominari merentur quam *Daucus* præbet *Carota*, cui non id ſolum adeſt commodi, quod ſiccæ, ubi committitur arenæ, integra diutiſſime ſervetur, quodque victum præbeat ſaluberrimum, ſed illud etiam vel maxime conſpicuum, quod ulceribus ſcorbuticis Tibiarum adplicita effectum prodat antiſepticum exoptatiſſimum, unde uſus illius in majoribus minoribusve, per mare inſtituendis itineribus, nunquam ſatis nobis quidem videtur commendari. Optandum etiam foret, ut, labentibus annis in terris mitiori ſubjectis cœlo, egregia ſua Claſſiariis noſtris alimenta olim præbeat Artocarpus, quam in Occidentali India illatam, ſummo ſtudio, nec minori ſumtu colere adgreſſi ſunt Viri, quos, vel eo nomine, de humano genere immortaliter meritos grata fatebitur poſteritas.

DISSERTATIO
MEDICO-PHARMACEUTICA,
OBSERVATIONES QUASDAM
IN
PHARMACOPOEAM SVECICAM
EXHIBENS;

CUJUS
PARTEM PRIOREM
VENIA EXP. ORD. MED. UPSAL.
PRÆSIDE

CAR. P. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. ET HAFNIENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. HALENS. NAT. SCRUT. LINN. LONDIN. MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICÆ DEFERT CENSURÆ

ERICUS STENO BOGMAN,
STIPENDIARIUS REGIUS, SUDERMANNUS.

IN AUDIT. BOTAN. D. XXX JUN. MDCCXCVI.
HORIS A. M. SOLITIS.

UPSALIÆ, LITTERIS JOH. FRED. EDMAN, REG. ACAD. TYPOGR.

VIRIS ILLUSTRISSIMIS,

DOMINIS

ANDR. JOH. HAGSTRÖM,

M. D. REI CHIRURGICÆ PER SVECIAM SUPREMO DIRECTORI, ANAT. ET CHIR. PROFESS. REG. ET ORD. ACAD. SCIENT. HOLM. ET SOC. PAT. MEMBRO.

ET

JACOBO ALM,

M. D. ARTIS OBSTET. PROFESS. REG. ORD. CELEB,

PATRONIS SUIS OPTIMIS PROPENSISSIMIS

Ob inſignia tot gratiæ & favoris documenta, tirocinium hocce qualecunque conſecratum voluit, debuit

ILLORUM.

cultor obſervantisſimus
ERICUS STENO BOGMAN.

BRUKS-PATRONEN
HÖGÅDLE
HERR
CHRISTIAN EBBERSTEIN,
SAMT
HÖGÅDLA FRU
MARIA CAROL. EBBERSTEIN,
FÖDD VON AKEN

Den godhet, jag från mine ſpådare år af EDER rönt, förbinder mig till en tackſamhet, den mitt hjerta lifligt känner, men jag förgäfves föker att uttrycka. Då jag tagit mig den friheten att med EDRA Namn pryda desſe blad, har min affigt varit, att viſa EDER, med hvad glädje jag omfattar hvarje tillfälle mig bjudes, att förklara min erkänſla, och tillika min önſkan, att länge i EDER äga den lyckan att vörda mine ſtörſte Välgörare.

framhärdar med djupaſte vördnad

EDER

ödmjukaſte tjenare
ERIC STEN BOGMAN.

OBSERVATIONES IN PHARMACOPOEAM SVECICAM.

Commune hoc cum ceteris ſcientiis Pharmacia paſſa eſt damnum, quod cultores ejus, non ſatis habentes in ſcrutatione Naturæ, quæ libens alias penetralia ſua ſedulis ſui veſtigatoribus aperit, veritatem ſectari & in ſimplicitate ejus acquieſcere, naturæ limites temere transſiluerint, & in regiones, extra ſphæram captus humani ſitas, ludibundi exſpatiati ſint. Supra vulgum etiam ſapere geſtientes & in admiratione ſtupidæ plebis alimenta faſtui ſuo quærentes, myſterii involucro arcana, quæ venditarunt, obtexere & magiæ ſpeciem præ ſe ferentes, naturæ domini quam miniſtri ſalutari maluerunt.

Hinc ad fictas & pro arbitrio multiplicatas medicaminum compoſitiones prolapſi ſunt, & in parvo numero compoſitorum vires cunctorum ſimplicium collectas ſeſe habere crediderunt. Sic factum eſſe crediderim, ut tot medicamentis compoſitis Pharmacopoeæ obrutæ fuerint; at quo certiori jam conſtitit experientia, res non eſſe multiplicandas præter neceſſitatem, eo quoque magis ſibi utile duxerunt magni nominis Pharmaceutici, ad ſimplicitatem naturæ reverti, & veſtigia ejus relegendo, ad eam pervenire de uſu & viribus medicaminum cognitionem, quam nulla alia via ſibi acquirere poſſunt mortales.

Therapiæ etiam & ſanioris Pathologiæ progresſibus hoc debetur, quod, quo diligentius in causſas morborum iisque medendi rationem inquiſitum fuerit, eo quoque acrior ad vires medicamentorum explicandas verſa fuerit attentio. Multa itaque jamdiu medicamenta tam ſimplicia, quam compoſita e Pharmacopoeis migrare jusſa ſunt, & nova ſimplicia, quorum vires in dies magis magisque inveſtigantur, in medium prolata. Operæ b. m. Archiatri BÅCK hoc in primis in Svecia acceptum referimus, quod Pharmacopoea noſtra, antea ſatis deformata, meliorem induerit formam, & intra quatuor luſtra quater emendata ad eam aſcenderit perfectionem, ut cum plerisque exterarum gentium Pharmacopoeis de principatu contendere posſit.

Interim tamen, quum nova, quæ unanima fere Chemicorum ſuffragia tulit, Theoria Chemiæ Antiphlogiſticæ novum aperuerit humano ingenio campum, ſimulque curatior in dies vaſti naturæ regni ſcrutatio nova obtulerit objecta, uſui Pharmaceutico accommodanda, nemini mirum esſe poteſt, esſe etiamnum in Pharmacopoea Noſtra, quæ limam requirant.

Specimen qualecumque Academicum edituro mihi haut incongrua viſa eſt hæc materies, utpote quæ ſcientiam, cui nomen profiteor, Medicam proxima cognatione attingat, licet ingenue fatear, me hoc in argumento eligendo, ſtudium, quo in ſcientiam nobilisſimam feror, magis conſuluisſe quam tenuitatem virium, quas huic rei rite pertractandæ minime ſuffecturas ſentio. Veniam tamen conatui juvenili facile me impetraturum ſpero ab iis, qui, juſti rerum æſtimatores, leve chartæ & temporis dispendium, in re ſaltem nobilis argumenti haud indignabuntur, quum ſimul indicavero, non ſine ſuperiorum ſvaſu huic memet operi accinxisſe.

In

In duas opuſculum hocce diviſum edere conſtitui partes, quarum Prior in *Simplicibus* Pharmacopoeæ Svecicæ, Poſterior vero in *Præparatis* & *Compoſitis* verſabitur examinandis. Poſteriorem autem, ulteriori, ſi res & ætas permiſerint, ſpecimine Academico tractabo. Priorem, quam heic exhibeo partem, in duas rurſus diſtributas volui Sectiones, Simplicium *Eliminandorum* ſcilicet & *Addendorum*.

Quæ vero fundamenta ſequi conſtituerim, quidque ſit vel Simplex vel Præparatum & Compoſitum medicamen, in antecesſum exponere mearum esſe partium judicavi.

In principales duas, Galenicam ſcilicet & Chemicam Pharmacia abire ſolet partes; quæ prior, a Galeno illuſtrisſimo ſecundi ſæculi Medico, ſuum ſortita eſt nomen, quoniam ſuo tempore, quo in tenebris adhuc latuere Chemicæ ſcientiæ, non niſi mechanice præparatis uſus eſt medicamentis; quam ob rem noſtro quoque ævo Mechanica omnia præparata, inepte licet, Galenica nuncupantur. Chemicæ autem ejusmodi ſunt operationes, quibus partes corporis cujusdam conſtituentes vel perfecte ſecernuntur (Analyſi Chemica) vel quibus duo vel plura corpora, inter ſe diverſa in unum rediguntur, & homogeneum quoddam conſtituunt corpus &c. In determinando autem diſcrimine Galenica inter & Chemica præparata non omnes conſentiunt Pharmaceutici. Medicaminum enim hæc diviſio ſuis non caret difficultatibus, ut in omnibus fieri adſolet ſyſtematicis diviſionibus; plura enim medicamina, quæ vere ſunt Chemica, mechanice tantummodo videntur mixta, & Chemice præparata mechanicam ſæpisſime requirunt operationem. Palmariæ autem hæ duæ diviſiones plures admittunt ſubdiviſiones,

de

de quibus Chemicis in Poſteriori opuſculi hujus parte mentionem faciam. Mechanicas vero omnes operationes ad tria referre posſumus genera:

1:mum. Ad ſubtilisſimam partium integrantium ſeu ſimilium diviſionem, ut in Antimonio præparato, Corall. rubr. præparat: &c.

2:dum. Ad ſeparationem heterogeneorum & partium inutilium, principia Chemica ejusdem corporis non conſtituentium, ut Decantationem, Filtrationem, expresſionem &c.

3:tium. Ad Compoſitionem plurium corporum invicem alienorum, ita etiam ut partes unius cujusque corporis integrantes ſenſuum externornm ope invicem diſcerni vix posſint, nullam licet partes corporum conſtitutivæ ſubierint proportionis & qualitatis mutationem, uti in Pulveribus compoſ. Electuariis, Pilulis, Emulſionibus, Speciebus, Unguentis & Emplaſtris &c. Hujus generis medicamina *Compoſita* dicimus.

Præparata vero ea appellamus medicamina quæ Chemicis confecta ſunt operationibus.

Simplex illud vocamus medicamentum, quod, nulla prævia Chemica operatione, proportionem atque æquilibrium partium conſtituentium deſtruente, in uſu medico absque ulla adhibetur admixtione, quale ſolius naturæ opera prodiit. Multa igitur Pharmacopoeæ Noſtræ dicta Præparata vel Compoſita non niſi vere ſimplicia ſunt: partes enim eorum esſentiales nullam ſubiere deſtructionem, ſolummodo autem purificationem, vel aliam quamcumque mechanicam operationem, qua uſui reddita ſunt aptiora. Hæc Medicamina titulo Simplicium præparatorum rectius quidem indicarentur, qualia ſunt; Antimon. *pptum.* Adeps curata, Stannum pulver. &c.

Jam

Jam autem ad regulas progrediar illas, quas in hisce meis ſequi conſtitui obſervationibus.

Dispertiendi medicamina non una arriſit Auctoribus ratio. Aptisſima autem cenſetur, quæ Naturæ regnorum & dein partium in Officinis ſervandarum reſpectum habet, alphabetico in hisce ſubdiviſionibus ſimul adhibito ordine. Et quamvis ut antea adſerui, Syſtematicas omnes ægre ferat Natura diviſiones, adeo ut termini inter vaſtisſima Naturæ Regna valde videantur indefiniti & ambigui, minuta tamen hæc incommoda, eum non æquant uſum ordinemque concinnum, quem hæ medicaminum pariunt diviſiones.

Simplicia ergo Pharmacopoeæ Svecicæ in tres magnas ſecundum naturæ Regna digerere Clasſes, ineptum haud quaquam videretur, Alphabetica ſerie in hisce non neglecta diviſionibus. Quod ad regnum dein attinet Vegetabile, aptisſimæ quidem viderentur minutiores quædam ſubdiviſiones reſpicientes partes in Officinis ſervandas, uti Radices, Cortices, Ligna &c. adhibitis ſimul ad uniuscujusque minutæ hujus ſubdiviſionis initium canonibus quisbusdam in hisce partibus colligendis, purgandis, ſervandis &c. quoniam autem ſæpenumero evenit, ut plures partes ejusdem plantæ in Officinis locum teneant, ſic illud etiam oriretur incommodi, quod, eadem planta pluries citata, paululum creſceret operis moles, quam ob rem, minutiores hæ ſubdiviſiones ut Catalogo ſimplicium adhibeantur, ſvadere vix audeo. In hocce autem opuſculo indicatam ſequi inſtitui diviſionem.

Quanti quidem communis interſit ſalutis, totiusque rei Medicæ, ut ſincera atque proba ſint medicamenta, nemo ignorat. Triſtis autem teſtatur experientia, horum permulta a ſceleſtis hominibus lucri causſa corrumpi;

criteria igitur, quibus genuinum medicamen a corrupto & vitioſo diſcernatur, in Pharmacopoeis recenſere, maximum quidem adferret praxi Medicæ emolumentum; hoc itaque Noſtra in Ph:a esſe omisſum doleo. In Pharmacopoeis enim, quæ non ſolum Pharmaceuticis, verum etiam ipſis Medicis norman ſiſtere debent, has notas ſilentio haud esſe prætereundas contendere audeo.

Multum quidem lucis atque facilitatis Pharmacopœa Noſtra in eo jam lucrata eſt, quod nomina Pharmaceutica, a viribus medicaminum antea deſumta obſcura & quaſi myſtica, jam dudum antiquata & proſcripta ſint, & nova, partes medicaminum conſtituentes ſpectantia, introducta. Quum tamen Chemici Antiphlogiſtici felicem adeo operam in principiis corporum eruendis atque examinandis collocaverint, & nova nomina incognitis antea rebus imponere ipſis necesſe fuerit, a ſimplicisſimis corporibus ad maxime compoſita, continuata opera, progresſi ſunt, & nomina, compoſitioni partium conſtituentium accommodata, medicaminibus adſignarunt. Hanc itaque Nomenclaturam, utpote expeditiorem & Theoriæ, quæ jam in Chemia regnare incipit, accommodatam, in Pharmacopoea Noſtra adhibendam esſe, tuto contendere posſe mihi videor.

Inter Simplicia Pharmacopoeæ Svecicæ multa occurrunt medicamina, quæ in ſimplicium numerum haud quaquam recte referuntur, vere autem ſunt Compoſita & Præparata uti Sapo, Spirit. Vini Gall. ceteraque, in quæ ſupra allata ſimplicis medicaminis non quadrat definitio. Hæc ergo omnia Præparatis & Compoſitis rectius adnumerari, & Simplicium Catalogo eliminari, judicavimus. Et plura licet horum Medicaminum a peregrinis terris ad Noſtrates transferantur Pharmacopolas, juſtam tamen nul-

nullam in eo video rationem inter Simplicia illa referendi.

Hæc fere ſunt ea fundamenta, ſecundum quæ varia Pharmacopoeæ Noſtræ Simplicia, partim ut ſupervacanea vel effectu carentia, partim ut vere compoſita & Præparata a Simplicium Catalogo arcere conſtituimus. His vero eliminatis, quædam etiam ſunt addenda, in quorum vim atque uſum ſtabiliendum novisſima conſpiraverunt experimenta. Completam quamdam & ſufficientem prorſus hisce accesſionibus ſubjungere deſcriptionem, Chemicam Analyſin, vim uſumque medicum, mearum esſe partium juſto quidem judicatur; omnem autem hac in re explere deſiderii exſpectationem, nec locus nec infirmæ meæ ſinerent vires. In quantum tamen fieri posſit, annitar.

SECTIO PRIMA.
SIMPLICIA ELIMINANDA E REGNO MINERALI.

AMBRA GRISEA ut ſemper adulterata juſto eliminatur, quum præterea uſus ejus totus quantusque obſoleverit.

ASPHALTUM in ulceribus pulmonum olim adhibitum fuit, jam vero in deſvetudinem abiit.

HÆMATITES in medicaminum numero utique esſet retinendus, ſi ſuperſtitionibus fides habenda esſet. Quum vero jam ex certa conſtet experientia, hunc lapidem, ſeu potius Oxidum ferri induratum, cum Stipticis jam uſitatis, nullo mo-

do poſſe comparari; tuto idem excludere poſſumus. In tenerrimum pulverem contritum, Vi quidem gaudet, cum ceteris Oxidis ferri, communi, adſtringendi ſcil. & exſiccandi; antiquus vero ejus uſus adeo erat perverſus, ut nihil omnino fructus inde exſpectari oportuerit *).

PRÆPARATIS ET COMPOSITIS ADNUMEARI DEBENT

Acidum Vitrioli forte ſ. Acidum Sulfuricum.
Aerugo ſ. Oxidum Cupri viride.
Calx Usta **) ſ. Calx.
Cerussa Anglica ſ. Oxidum Plumbi album.
Lithargyrus. ſ. Oxidum Plumbi ſemivitratum.
Minium. ſ. Oxidum Plumbi rubrum.
Pompholyx. ſ. Oxidum Zinci album.
Sal Ammoniacum. ſ. Murias Ammoniacæ †).

So-

*) Ad quascumque Hæmorrhagias ſiſtendas, veteres, hunc lapidem intra manus compreſſum aut axillis ſuppoſitum, tenebant, certisſima illa imbuti perſvaſione, ut efficacius ulium vix exiſteret remedium.

**) Ut præparatum, non vero ut compoſitum conſiderari debet.

†) Sal hocce Natura etiam, quamvis admodum parce, proprio producit marte ad montes ignivomos, Solphataram in Italia, aliisque quibusdam locis; rarius autem purum, ſed aliis ſalibus, ſulfure, quandoque etiam Oxido arſenici inquinatum; quare in præparatorum & Compoſitorum numerum heic illud referimus.

Soda **).
Tutia. ſ. Oxidum Zinci Cinereum. ***)

SIMPLICIA ELIMINANDA
E
REGNO VEGETABILI.

RADICES.

Acetosæ Radix, ut nulla fere gaudens vi, in deſvetudinem prorſus abiit.

Aconiti R. in Officinis rarisſime, imo nunquam, obvenit; extracto enim de foliis herbæ recentis parato, merito palma defertur.

Apii R. in culinis potius, quam Pharmacopoliis locum teneat.

Chelidonii R. in oblivione juſto jacet.

Chinæ R. inertium medicaminum numerum auget.

Consolidæ Radicis tota vis reſidet in mucilaginoſo; quare in ejus locum *Althea* radicem merito ſubſtituimus.

Contrajervæ Radice omnino carere posſumus, & potentiorem vim in univerſum *Serpentariæ* tribuimus.

 Di-

**) Inter ea quidem eſt corpora quæ Antiphlogiſtici per Analogiam collegerunt esſe compoſita, quorum tamen principia per analyſin eruere fruſtra tentaverunt; inſtituti vero ratio jubet ut inter præparata Sodam referam, quum Artis ope ſit confecta.

***) Præter hæc quædam etiam in regno minerali obveniunt medicamina, quæ & factitia & Nativa in Officinis ſervantur, ut *Sulfas Acidulatus Aluminæ*, *Oxidum Arſenici Sulfuratum Flavum*, *Sulfas ferri* &c. quædam etiam, quæ artis beneficio e Naturæ ſinu eliciuntur, ut *Nitras potasſæ*. *Sulfas magneſiæ* &c. hæc vero omnia ut Naturæ ipſius foetus in ſimplicium numero manere conſtituimus.

DICTAMNI ALBI Radicem in Officinis ſervare non operæ pretium eſt.

FOENICULI R. juſto eliminatur, quum non niſi recens quemdam exſerat effectum.

MANDRAGORÆ R. in Officinis nunquam fere obvia, idque merito. *Belladonna* enim huic palmam omnino præripit in Schirrhoſitatibus glandularum reſolvendis. Levamen illud momentaneum, quod Arthriticis adtulit doloribus, vi ejus Narcoticæ tribuendum eſt; adeoque in Opio tutius habemus ſedativum.

PATIENTIÆ R. recens alvum leniter movet, quæ vis ſiccatione prorſus perit.

PETROSELINI R. uſus culinaris. Seminibus evidentior ineſt vis diuretica.

POEONIÆ radicis virtuti antepilepticæ, nulla fides hodie habetur.

PTARMICÆ R ſuperflua omnino eſt, quum vires ejus proxime accedant *Pyrethri* Radici, quam in hujus locum ſubſtituere poſſumus.

SCORZONERÆ Radicis exiſtimatio prorſus deſvevit.

SISARI R. uſus culinaris.

VINCETOXICI Radicis vis quodammodo cum *Valerianæ* convenit; inſigniter vero inferior, quam ob rem merito eliminatur.

CORTICES ET LIGNA.

ARISTOLOCHIÆ TRILOBATÆ Stipites jure meritoque rejicere poſſumus, quum vim uſumque illorum nulla confirmaverint experimenta, quare etiam in Pharmacopoliis non obveniunt. Radix vero a Veterinariis præſcribitur.

BE-

Betulæ Lignum, quod in Officinis locum teneat, non ſat dignum cenſetur.

Berberis Cortici, purgandi vis adſcribitur. An vero deſunt præſtantiora laxantia?

Mori Cortex in hodierna medicina nunquam adhibetur; ceteris anthelminticis juſto deferimus palmam.

HERBÆ ET FOLIA.

Agaricus (Boletus Laricis) lente quidem alvum movet, nauſeam vero, tormina & vomitum creat; & quum ſufficientem habeamus laxantium numerum, hocce facile carere posſumus. In medendo etiam ſudoribus Phtiſicorum colliquativis, complura alia ei antecellunt medicamina.

Anethi Herba a Medicaminum Catalogo juſte abjudicatur.

Basilici h:bæ vires multo inferiores ſunt *Menthæ crispæ* & *Thymi*, quæ ergo in hujus locum ſupponantur.

Cerasi Folia

Chelidonii h:ba &

Dauci Folia nulli inſerviunt uſui medico.

Dictamni Cretici Folia prorſus ſunt inuſitata.

Dracunculi (H:ba recens) uſus culinaris.

Esulæ H:bæ uſus totus quantus conſenuit.

Levistici H:ba, recens iners haud dici poteſt, vis vero ejus adeo eſt volatilis, ut ſiccatione prorſus evaneſcat. Radix & ſemina ſunt efficaciora.

Malvæ H:ba quidem gaudet vi emollienti & involventi; *Altheæ* vero tam Radix quam Folia jure præferuntur.

Ma-

MATRICARIÆ H:ba mi ...me ut ſterilis, ſed ut ſuperflua rejicitu , quum nullam omnino præ *Chamomilla Noſtrati* poſſideat prærogativam.

MATRISYLVÆ H:bæ vires adeo ſunt ambiguæ, ut rariſſime, imo nunquam, adhibeatur. Contra Hydrophobiam ei adſcripta efficacia tantum non conjecturis nititur, adeoque certiora & ſecuriora habemus remedia.

MORI Foliorum nullus uſus in Medicina.

MUSCUS ERECTUS in Praxi Medica prorſus deſvevit; in loco vero ſuo natali, Decocto ejus Ruſtici utuntur ad pediculos pecorum abluendos.

MYRTI BRABANTICÆ H:bam in Officinis ſervare non operæ pretium eſt, quum *Roris Marini Sylveſtris* h:ba in ejus locum meritiſſimo ſubſtitui poſſit.

ORIGANI VULGARIS H:ba eadem vi cum *Mentha crispa* convenit, quam etiam in hujus locum ſubſtitui poſſe cenſemus.

PARIDIS QUADRIFOLIÆ H:bæ uſus adeo eſt ambiguus, ut jure in Pharmaceutico apparatu retineri haud poſſit. Suſpectam hanc plantam, in Spasmodicis morbis, haud alium ac Opium exſerere effectum, tuto colligere licet. Uſum igitur Opii in hisce caſibus tutius commendamus.

PERSICARIÆ H:ba in Medicina tota quanta negligitur.

SAPONARIÆ Folia omni jure excludi poſſunt, in primis quum *Radix* vices eorum ſuſtinere poſſit.

SA-

SatureJæ H:ba ſuppar eſt *Thymi*, ſed ut imbecillior eliminanda.

Solani H:bam oblivio merito obruit. *Dulcamaræ* enim Stipites in univerſum ſunt anteponendi.

SUMMITATES, FLORES ET PETALA.

Granati Flores Adſtringentium numerum immerito augent.

Hyperici Summitates florentes nimiam eam minime merentur laudem & opinionem, quam de illis ſibi finxere majores. A Compoſito eorum medicamine (Oleo Hyperici), vix ulla exſpectanda eſt efficacia, niſi in amœno ejus colore reſideat.

Lilii albi Petala inertium medicaminum adaugent catalogum. Oleum Lilii albi, nullo modo, niſi odoris causſa, Oleo Olivarum anteponitur.

Primulæ &
Tiliæ Flores apparatum Pharmaceuticum inuſitato adaugent remedio.

FRUCTUS ET SEMINA.

Angelicæ Seminibus carere quidem posſumus, quum vis eorum cum Radicis congruat, quam ut efficaciorem in horum ſubſtituamus locum.

Cardui Mariæ &
Cucurbitæ Semina neutiquam ſunt necesſaria, quum Amygdalos illis ſupponere præſtet.

Fabæ Seminibus nullo modo palmam deferre posſumus præ farina communi.

FRAXINI Semina vis omnis expertia ſunt.
PAPAVERIS Semina, omnis fere Narcotici expertia, alimento potius, quam Medicinæ inſervire posſunt. Multum quidem continent blandi oleoſi, cujus tamen uſus haud alius quam Olei amygdali.
POEONIÆ Seminum antiqua exiſtimatio omnino evluit.
PSYLLII Semina prorſus ſunt ſuperflua; quando Semina Cydoniæ ſimul habemus.

RESINÆ ET GUMMI RESINÆ.

ANIME Reſina &
BDELLII (Gummi reſina) merito deſvevere.
SAGAPENUM (Gummi reſina) reſolvendi vim quidem habet; ſed *Asſa Fœtida*, *Gummi Ammoniacum* & *Galbani*, huic ejus virtuti inſigniter antecellunt.

Inter *Balſama* illud e MECCA merito eliminatur, quum genuinum numquam ad nos transferatur; eumdem de cetero a *Terebinthina cocta* exſpectare licet effectum.

PRÆPARATIS ET COMPOSITIS ADNUMERARI DEBENT:

Acetum vini (Gallicum).
Amylum.
Cinis Clavellatus ſ. Potasſa impura.
Fuligo Splendens (ligni).
Oleum Betulæ Epidermidis.
Oleum deſtillatum Caryophylli.
— — — Cajeput.
— — — Macis.
— — — Origani Cretici.
— — — Rhodii, quod et-

Chamæmorus Fructus Conditus.
Lacmus.
Rubus Arcticus Fructus Conditus.
Sapo Albus.
— — Niger.
— — Venetus.

etiam excludi poteſt, ut odoramentum quod grandiori venditur pecunia, & præ Ol. Aurantii & Ol. de Cedro *) nihil habet prærogativæ.
Oleum deſt. Terebinthinæ.
Saccharum albiſſimum & Canthum.
Spiritus Vini Gallicus.
Vinum Gallicum album & rubrum.
— — Portugallicum.
— — Rhenanum.

SECTIO ALTERA,
SIMPLIGIA ADDENDA.
SPATUM PONDEROSUM, BARYTIS VITRIOLATA, SEU SULFAS BARYTIDIS **).

Quum complura experimenta, a fide dignisſimis & experientisſimis viris inſtituta, in vim uſumque eximium hujus (mineræ) præparati, *Terræ Ponderoſæ Salitæ* ſ. *Muriatis Barytidis* confirmandum conſpiraverint; non dubitavimus, quin dignum cenſeatur *Sulfas Barytidis*, quod locum quemdam *Noſtra in Pharmacopœa* meritisſimo obtineat, nonnulli licet beneficum adeo, Præparati illius, non ex-

*) *Aurantii Oleum & Ol. de Cedro* in Simplicium numero remanſura voluisſem, quum non deſtillatione, ſed expresſione eliciantur.

**) Eſt quidem hæc minera compoſita, ut ex ipſo nomine conſtat, ſed quum naturæ ipſius opera talis prodeat, inter Simplicia heic eſt referenda.

experti fuerint effectum. Parvum vero hunc ſucceſſum, conjunctioni, quam Sulfas Barytidis, cum heterogeneis variis metallis, tantum non ſemper inire ſolet, quandoque adſcribere licet, quandoque etiam ipſius præparationis vitio, vel aliis occaſionalibus quibuscumque cauſſis.

Sollicitisſima ergo adhibenda eſt circumſpectio, ut ſeligatur Sulfas Barytidis, omni metallica, ſive plumbi, ſive cupri, ſive arſenici, labe pura, & accuratisſima etiam præparationis methodus, ut quoddam genuinum prorſus obtineatur medicamen, quod alia non fieri poteſt conditione, quam ut omnis hæc aliena metallica labes accurata præparatione ſedulo ſeparetur. Optimus quidem ille cenſetur præparationis modus, quem Celeb. HUFELAND in ſuo commendat libello *). Hæc præparationis Methodus albisſimas, lamelloſas & cubicas reddit cryſtallos, a ſupra commemoratis metallicis conjunctionibus prorſus liberas, amaras, ſalſas & acres.

Vim uſumque hujus præparati in univerſum heic deſcribere, incongrue adeo haud videretur; ut autem Celeb. H. in citata ſua opella, prolixe adeo & candide hæc omnia pertractavit & felicibus compluribus illuſtravit experimentis; & Celeberrimus Dominus *Asſesſor Doctor* S. HEDIN recenſione quadam hujus Opellæ nos locupletavit; **) Lectoris, has res funditus cognoſcendi cupiditati, magis conſultum iri crediderim, ſi hæc opera adeat. Amplum & eximium prorſus huic Sali H. adſcribit uſum; & optandum utique esſet, ut omnes Medici de vi-

---

*) Vollſtändige Darſtellung der Mediciniſchen Kräfte und des Gebrauchs der *Zalzſauren Zchwererde*. Berlin 1794.

**) In Opere ſuo *Vettenſkaps handlingar för Låkare och Fältſkärer; Tredje Tomen, Andra Håftet* pag. 29.

viribus remedii hujus inveſtigandis ſolliciti, inſignes adeo & egregias experti fuerint ejus virtutes. Ne vero nimiam eorum fefellerit exſpectationem, vereor. Remedium tamen hocce, in multis caſibus magnum attulisſe emolumentum, compluribus experimentis heic inſtitutis, conſtat. Ne minima ergo eſt dubitandi causſa, quin meruerit *Sulfas Barytidis*, ejusque præparationis methodus, in noſtra adoptari Pharmacopœa.

ANGUSTURÆ CORTEX.

Quæ cum Cortice hocce inſtituta ſunt experimenta, proſpere adeo multis in caſibus ſuccesſere, ut Pharmacopœæ & Officinis Noſtris minime abesſe debeat.

Uſui viribusque ejus commemorandis heic immorari, ſuperfluum omninno eſt, quum & Celeberrimus Dominus Præses, Disſertationem de *Cortice Anguſturæ* ediderit; & Celeb. *Asſesſor Doct.* S. Hedin, in opere ſuo ſupra citato, prolixius hanc perſecutus fuerit rem, nobisque tam exterorum Medicorum, quam propria communicaverit experimenta.

GEOFFROYÆ CORTEX.

Duæ ſunt Geoffroyæ Species, quarum altera *Jamaicenſis* altera *Surinamenſis* appellatur; utraque vim Anthelminticam habet communem, poſterior vero efficaciorem.

Dignoſcitur ille Cortex fruſtis ponderoſis, planis, pedem ſupraque longis, & pollices aliquot latis, inſigniter craſsis, pro diverſa tamen arboris ætate vel parte, de qua fuit detractus. Color ejus extrinſecus, primo intuitu apparet cinereus a lichenibus ſuperficiei innatis, ſub quibus color epidermidis fuſco-purpureus cum intermixto ci-

nereo, (pro diverſa ætate,) abſconditus latet. Separata epidermide eminet textura quædam fibrilloſa & lamelloſa colore ferrugineo cum admixtis ſtriis maculisque rubro-fuſcis. Cortex transverſe disſectus apparet nitido-coloratus; facies autem interna colore gaudet quandoque atro-purpureo, quandoque variegato, cum punctis albicantibus interſertis.

Pulveris color eſt pallido-cinnamomeus. Odoris expers, niſi recens nauſeoſus. Sapor leviter amarus & paullulum aſper. Inſpisſatis ſolito modo Uviij Corticis, reſtitere Extracti aquoſi Uj & Dr. ij, præter pelliculárum ultra Dr. iij. Eadem corticis portio, dedit Reſinæ Dr. j & grana xxjv.

Egregium eſt Anthelminticum, in Lumbricis in primis necandis & exturbandis efficacisſimum. Ab Aſcaridibus etiam ægre toleratur, quas depellendi ſcopo, Decoctum corticis ſaturatisſimum, Clysmatis forma cum melle eſt adhibendum. Singularis quoque teſtatur caſus, quod Tæniam articulatim expulerit. Poſt irritum plurium Vermifugorum uſum, hic cortex medelæ gloriam ſæpisſime reportavit.

Ceteris plurimis vermifugis, in eo præcipue eſt præferendus, quod immenſam eliminet pituitæ copiam, ſimulque nidos verminoſos deſtruat & exturbet, unde novam vermium generationem efficaciter abrumpit.

Sed non tantum hisce limitibus circumſcriptæ ſunt ejus vires. Plurimis enim aliis morbis haud parvum adtulit levaminis; præſertim ubi adfuit gaſtrica labes pituitoſa, ſolidorum relaxatio, humorum inertia, ſpeciatim vero Obſtructiones lentæ, Aſthma humidum pituitoſum; nec non Tusſis convuſivæ impetus mitigavit, & pituitæ ſcreatus ſublevavit.

In

In vias vero urinarias moleſtum aliquando exſerit effectum, mingendi nempe niſum & Stranguriam creando, quæ tamen incommoda emollientiis & mucilaginoſis tolli posſunt. Nec admodum rarum eſt eum turbas excitare haud ſpernendas, nauſeas ſcilicet, vomitus, tormina, quin & anxietates diras, ob nimiam muci inteſtinalis per anum jacturam, quod adſcribere licet, vel doſi juſto majori, vel alvo ſtrictæ, vel nimis ſolutæ, vel etiam habitui corporis ſtrictiori. Laxa e contrario & pituitoſa corpora ſicut infantum, hæc incommoda non adeo periclitantur. Ad has vero declinandas turbas, artis eſt, in chronicis in primis malis, cuicumque corticis præparato addere, ſecundum diverſas conditiones, vel laxantia, vel aromata, vel ſedativa; nec non, ut ſupra adſerui, oleoſa & mucilaginoſa, moleſtias viarum urinariarum tollendi gratia.

Quibusnam vero facultatibus, vermibus adeo ſit infenſus, jamjam non certe eſt exploratum; conjicere tamen licet, viroſam potius ei inesſe illos necandi vim, quam conſtantem evacuandi facultatem, quum non raro eveniat, ut, propinato cortice, mortui ſecedant vermes, vel ſemivivi in fugam protinus præcipitent; unde purganti quodam ſæpe eſt opus.

Forma hocce propinandi remedium, multiplex omnino eſt, & quidem vel Decocti vel Extracti varia forma, vel Reſinæ vel Tincturæ. Decocti formula hæcce esſe poteſt: Cort. Geoffroyæ Surinam. Dr. iij, coquantur in aquæ lbjſs, ad remanentiam ℥viij, Colaturæ addatur Syrupi vel aquæ cujusdam gratioris q. p. cujus totum adultus ſumat quovis matutino, minor natu ℥v, & juniores in eadem proportione minus, per quattuor vel quinque dies, intra quas vermes plerumque exturbantur; ſin vero minus, purgans, e Jalappa & Hydrargyro dulci, propinari debet.

De-

Decoctum Spirituoſo-aquoſum maximo cum fructu etiam adhibetur.

Extracti aquoſi vel Spirituoſo-aquoſi grana xxv dari etiam posſunt, vel in Pulvere cum ſaccharo contrita, vel pilularum forma, vel in aqua quadam gratiori ſoluta, tam ut vermifugum eximium, quam in affectionibus pituitoſis, ſcrophulis, glandularumque obſtructionibus magno quidem cum emolumento.

Reſinæ etiam grana tria ad octo infantibus propidari posſunt & adultis ad ſcrupulum usque in pulverem cum Saccharo redacta.

Tinctura etiam ſolito modo parari poteſt ex corticis Ujſs cum Spiritu Vini Uviij, cujus doſis ſit Dr.j.

KINKINA FLAVA *). (Cortex)

Inter ceteras, quæ recentioribus luſtris, innotuere Kinkinæ Species, Cortex *Kinkinæ Regius Flavus* Materiam Medicam laudato celebratoque ditat remedio. Haud multum excesſit luſtrum, quum nova hæcce Kinkinæ Species ab America auſtrali in Hiſpaniam translata eſt, & parva quædam portio, ad rationem hujus Aulæ, caro emta pretio, virtute ſua Madriti antea examinata. Aromatariis debemus quod jamjam ſit divulgata. In laudando & eximio ejus uſu, complura dein conſenſerunt experimenta. Cognitas omnes Kinkinæ Species, non æquat tantummodo, verum etiam palmam iisdem in univerſum præri-

*) Cortici huic hocce imponere nomen præſtat, quo cum alia aquadm Kinkinæ Specie non confundatur, quæ ſub Kinkinæ Regiæ nomine Amſtelodami eſt vendita.

præripit. Principia multo fortiora & inſigniter efficaciora huic inſunt, quam communi & quidem Rubræ Kinkinæ, quæ facilius etiam ſeſe ſolvi ſinunt.

Qualitas. Fruſtis conſtat ſubplanis, epidermide ſua plerumque denudatis, haud ponderoſis, magnitudine multum differentibus, quandoque digitum longis, pollicem latis, & lineam craſſis, quandoque tenuioribus, quandoque autem duodecim vel octodecim pollices longis, in eademque proportione latioribus & craſſioribus; quibusdam etiam ſubcylindricis, raro licet obveniant.

Epidermis, dum adeſt, cortici tenaciter reperitur intexta, in grandioribus fruſtis fuſca, aſpera & ſpongioſa, in minoribus autem caneſcens & ſolidior.

Color ferrugineo-flavus eſt; extrinſecus magis ad ferrugineum inclinans, intrinſecus ad flavedinem magis. In certo quodam verſus radios lucis ſitu radiat. In fractura quin & ſuperficie fibrilloſus apparet. Conteritur facile digitis, imo usque ad pulverem flavum, levem ſpargentem odorem.

Sapor modice adſtringens valde inſigniorem, quam Kinkina communis & Rubra, prodit amaritiem; unde pereximia præ illis ei competit prærogativa; imo incredibile eſt dictu, quantopere principium hocce amarum illorum antecellat.

Plus etiam Flavo Cortici ineſſe principii Adſtringentis, ex inſtitutis cum Decocto, Sulfatis Ferri, reactionibus patet.

Principium hocce adſtringens reſidere in Reſinoſo, & amarum in Gummoſo, docet experientia. Egregium ejus principium amarum omnis expers eſt nauſeoſi.

Nec *Præparatis* quæ largitur minor competi debet laus.

D Pul-

Pulvis ejus non niſi in comparatione cum Kinkina Rubra flavus dici poteſt, fuſciori vero colore a pulvere Kinkinæ communis facile dignoſcendus.

Tincturam Spirituoſam ſuppeditat valde amaram, nec non adſtringentem.

Exſtracti Aquoſi duplo usque plus reddit, quam Kinkina Communis, non autem inſigniorem multo copiam quam Kinkina Rubra; colore vero pallidiori & fortiore ſapore.

Extractum Spirituoſo-aquoſum præbet ſemiperlucidum, in longe majori quantitate quam Kinkina Rubra.

Ut efficacior Medicina in minori uti poteſt portione quam ceteræ Kinkinæ Species.

Uſus. Iisdem omnibus hunc corticem mederi morbis, ac ceteras Kinkinæ Species, certa conſtat experientia. Maxima vero nobis eſt credendi anſa, quod in pereximio hocce nec nimis laudato remedio, inſigniorem multo ac ampliorem reconditam voluerit Natura medendi vim; quam explorandam futuris relinquimus.

Ob egregiam ſuam amaritiem vimque adſtringentem, in reſtituendo tonum ventriculi, fibrarumque in genere, omnino excellit; unde uſus ejus in perplurimis medendis morbis, ejusmodi profluentibus causſis, ceterorum Kinkinæ Corticum valde præſtantior.

Largiorem etiam ejus uſum (ſi quando necesſarium) delicatiorem & ſenſibiliorem ventriculum non æque esſe gravaturum, concludere licet, quam Kinkinæ communis & Rubræ.

Salve ergo beneficentisſimum remedium! ſalve dignisſimum Pharmacopoeæ Noſtræ additamentum.

KI.

KINO GUMMI
SEU
GUMMI ADSTRINGENS GAMBIENSE.

Ex arbore quadam, creſcente ad fluvium nomine *Gambia* in Africa, Gummi hocce, poſt præviam in Cortice inciſionem, copioſe guttatim profluit, & calore ſolis indureſcit. Primo licet intuitu, Sangvini Draconis quoddammodo ſimile videatur, perperam tamen cum eo confunditur.

Masſas conſtituit duras, opacas, rubidas, in fractura ſplendentes, nec raro celluloſas. Fragile adeo eſt ut inter digitos facile conteratur. Maſticatum adhæret dentibus, & disſolvitur ſaliva, quam colore rubido tingit, & adſtrictionis dulcedinisque ſapore adficit. Odore caret. Igni admotum flammam ægre concipit, nec liqueſcit, ſed ignitum modo evadit, & griſeos tandem relinquit cineres. Solvitur & menſtruo aquoſo & ſpirituoſo, quod poſterius paullo plus Gummatis disſolvit, & colorem auget. Solutiones hæ Sulfatis ferri admixtione nigreſcunt. Hisce criteriis facile diſtingvitur a Sangvine Draconis, qui nec lingvam adſtringit, nec aqua ſolvitur. A Catechu quoque in eo discrepat, quod nihil contineat mucilaginoſi.

Egregium eſt Adſtringens quod Pharmacopoliis Noſtris abesſe non debet.

Obſtinatis Diarrhœis chronicis efficacem præbet medelam, nec non Fluori albo, Menorrhœæ, multisque aliis ab atonia ortis morbis. Dyſenteriis, non vero chronicis, medetur. In Diabete quoque fruſtra adhitum eſt. Singularis vero teſtatur caſus, quod puer quidam, quatuordecim annos natus, qui ab ineunte ætate incontinentia

urinæ laboravit, quotidiano hujus Gummatis uſu, maximum expertus fuerit emolumentum. Nonnulli etiam caſus confirmant, in Febribus Intermittentibus cum maximo fructu adhibitum fuisſe. Necesſariis præmisſis evacuationibus, Pulveris ejus Scrup.j vel Dr.ſs in Infuſo quodam Theæformi, tertia vel quarta quavis hora tempore apyrexiæ, propinari poteſt, vel Tincturæ U.ſs ad Dr. vj. *). In Fluore albo pertinaciori, a relaxatione locali orto, injectiones ex Gummate Kino in Aqua Calcis ſoluto, exoptatisſimum præbuere effectum, intruſa ſimul Spongia hac ſolutione madefacta.

RESINA ELASTICA, GUMMI ELASTICUM S. CAUTCHUC.

(Jatropha? Elaſtica Cayennenſis)

Quamvis admodum raro eveniat, ut Reſina hæc Officinæ cuidam deſit, locum tamen quemdam in Pharmacopoea Noſtra eam mereri, omni jure contendere posſe videor. Multiplex ejus uſus, ceteraque omnia quæ de illa ſcitu ſunt necesſaria, per quam bene ſunt cognita, adeo ut tædium omnino adferret, hisce repetendis, heic immorari.

Verbo tamen indicare licet, quod hæc Reſina conſtituat Baſin Cathetrum celebrium, quorum inventione tantum emolumenti Chirurgiæ accesſit.

---

*) Tinctura e Kino Ph. Edinb. 1783 pag. 112.

S. T. 3 ii

(No. 10)

TI,

T.
G,

SAR. NAT.
PHILAD.
NAT.
NENS.
EDIC.
AD.
N.

EDT,

I.

R.

Leave slut
here
for
Part 2

(Said never to have appeared.)

urinæ labo
mum expe
ſus confirn
mo fructu
cuationibus
dam Theæ
apyrexiæ,
In Fluore
injectiones
exoptatisſir
hac ſolutic

RESIN

(Ja

Quam
ficinæ cuid
copoea No
videor. M
de illa ſcitu
adeo ut tæ
immorari.
Verbo
ſtituat Baſi
tantum emc

---

*) Tinctu

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

DE

OLEO CAJUPUTI,

CUJUS PARTEM PRIOREM.

VENIA EXP. FACULT. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. ET HAFNIENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. HALENS. NAT. SCRUT. LINN. LONDIN. PHYS. GÖTTINGENS. MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU DOCTORIS

PUBLICE VENTILANDAM OFFERT

JOHANNES GUSTAVUS SÖDERSTEDT,

FJERDHUNDRENSIS.

IN AUDIT. BOTAN. D. XIX APR. MDCCXCVII.

H. A. & P. M. S.

UPSALIÆ,

LITTERIS JOH. FR. EDMAN, REG. ACAD. TYPOGR.

À

MONSIEUR

THOMAS TOTTIE

POSSESSEUR DES MINES

ET

MADAME

SAR. LOU. TOTTIE

NÉE DE *WITTFOTH*

Ces feuilles ſont dedieés & ſacreés par leur

Trèshumble & trèsobeis-
ſant Serviteur.
JEAN GUSTAVE SÖDERSTEDT.

De Oleo Cajuputi.

§. 1.

Negari quidem non poteſt, multa, quorum uſus etjam hodie viget, ſalutaria remedia Empiriæ Nationum vel maxime rudium & incultarum, ſuas debere origines. Incolæ Americæ meridionalis diu ſibi cognitam habuerunt eximiam Corticis Peruviani vim febrifugam: Diu Aſiam citeriorem incolens Circasſica Natio, Variolarum, felicisſimo cum ſuccesſu, inſtituit inoculationem, & Opio ſuo perdilecto variæ aliæ Nationes uſæ fuerunt; Fatendum tamen erit, quod præſtantior cognitio plurimorum remediorum, qu. vires & uſum, ſagaciori ſcrutinio & adcuratiori experientiæ Medicorum recentioris ævi ſit adſcribenda.

§. 2.

Oleum Cajuputi in Officinis pharmaceuticis patriæ diu quidem notum fuit, parum vero uſus ejus huc usque celebratus ob caritatem nimiam, ob oleum ipſum vel adulteratum, vel omnino ſpurium, & ob pauca cum genuino oleo inſtituta experimenta. Anno 1782. Celeb: Dom. Præſes in Actis novis Academiæ Scientiarum Stockholmienſis p. 223. caſus aliquot, utilitatem hujus olei illuſtrantes publicavit, quos & Ipſe & alii experientisſimi Medici deinde confirmarunt, atque ulteriori experientia adauxerunt. Conſuluit nempe Celeb. Dom. Præſes varios Experientisſimos Practicos laude conſpicuos, qui ejus in nos fuere amicitiæ atque favoris, ut ſuas nobiscum

communicare non refragati ſint obſervationes. Præterea Nobiliſ. Dom. Samueli ROSENSTEIN, qui hanc materiam, ante aliquot abhinc annos, Diſſertatione Academica pertractare ſibi conſtituerat, atque plurium Practicorum celebrium obſervata collegerat, nobiscum benevole communicare placuit, quos de uſu & præſtantia hujus olei colligere potuerat caſus.

§. 3.

In præſenti de Oleo Cajuputi disſertatione noſtrum itaque non erit, vel tumidis nimium extollere laudibus, vel temere damnare hujus remedii efficaciam, ſed potius experimenta, ſaniori praxi innixa, absque omni fere commentatione proferre.

Deſtillatione elicitur præſtans hoc oleum ex foliis arboris cujusdam, Malaica lingua Cajuputi, id eſt *Arboris Albæ* dictæ, & ex Inſula [illegible] per Bataviam, Javæ Urbem in Europam adfertur. E foliis deſtillari oleum extra dubitationis aleam poſitum eſt, cum & id omnium in Indiis teſtimonia dictitent, & e foliis in Belgium allatis oleum quoque deſtillatione elictum fuerit.

§. 4.

Arbuſcula *Cajuputi* dicta, Botanicis *Melaleuca Leucadendra* audit, & in Syſtemate ſexuali methodo ſuperſtructo, potisſimum ad Icoſandriæ clasſem refertur, cujus præcipua ſunt Synonyma:

Arbor alba. Caju puti: Rumphii Herbar: Amboin: P. 2. p. 72 tab. 16.

Arbor alba minor: Cujuputi, *Daun Kitjil*, ut & *Caju Kilan*. Rumph. Herb. Amboin. P. 2. p. 76. tab. 17 fig. 1. 2.

Melan-

Melaleuca Leucadendra: Linn. Gener. Plant. a Schrebero p. 332. Mantiſſa Plant. p. 14. 105. Spec. Plant. p. 676. Syſtem. Veget. per Gmelin, p. 1154. Supplem. Syſtem. p. 342. Houtuyn Naturl. Hiſtor. P. 2. vol. 3. tab. 15.

Creſcit in Amboina & Banda: in Java juxta Bataviam in horto arborem vivam cultam vidit Celeb. Dom. Præſes.

Floret toto anno Spicis ſucceſſivis.

Caulis arboreus, licet debilis & miſer, biorgialis, craſſitie brachii humani, cortice albido & ſuberoſo, parum ramoſus.

Rami & *Ramuli* alterni, longi, cinereo-fuſceſcentes, glabri, folioſi, florentes penduli uti in *Salice babylonica*, de anno in annum longius excreſcentes ex apicibus florigerarum Spicarum.

Folia in ramis & ramulis, alterna, ſubpetiolata, lanceolata, falcata, acuta, integerrima, tenuiſſime nervoſa venis aliquot transparentibus, craſſiuſcula, ſempervirentia, oblique erecta, approximata, digitalia, ſemipollicem lata.

Petioli compreſſi, oblique torti, lineam longi.

Flores in ramulorum apicibus ſpicati; ſolitarii, duo vel tres approximati.

Spica digitalis usque ſpithamæa, excreſcens in novum ramum continuatum, folia & flores gerentem, ut Spicæ tandem pedales evadant, inferne fructus perſiſtentes, medio folia gerentes, apice floriferæ, filiformes, pendulæ.

Perianthium 5-dentatum, margini germinis inſertum: *Laciniæ* minimæ, margine membranaceæ, albidæ, glabræ, deciduæ, corolla breviores.

Corolla pentapetala, alba, decidua; *Petala* ipſi margini calyis inter lacinias alternatim inſerta, ovata, valde concava, vix ſemilineam longa.

Filamenta plurima, ſaltem 30, calyci inſerta, infima baſi in plura corpora ſubeonnata, erecta, alba, corolla quadruplo longiora, ungvicularia.

Antheræ globoſæ, flavæ, minimæ.

Germen inferum, concavum, villoſum.

Stylus unicus, filiformis, albus, curvatus, ſtaminibus longior.

Stigma ſimplex, ſubcapitatum, fuſcum.

Capſula ſubgloboſa, truncata, umbilicata, exſucca, villoſa, perſiſtens, ſæpe piſtillo perſiſtente coronata, 3-valvis, 3 locularis, 3-ſperma, magnitudine piperis.

Semina tria, parum cohærentia, ſubgloboſa, trigona, alba, dura.

A ceteris ſui generis Speciebus diſtingvitur *foliis lanceolatis, falcatis, acutis, quinque, nerviis, ſpica elongata.*

§. 5.

Qualitas.

Oleum deſtillatum præſertim recens tenuisſimum eſt & admodum volatile, ſic ut poſt evaporationem nil omnino remaneat; adultum vero evadit paullulum unctuoſum. Fragrantisſimum eſt, Camphoram cum Therebintho mixtam redolens, & copia non nimia gratum. Colorem

lorem plerumque viridem habet amœnum, ut vulgo in Indiis venale obvenit, interdum etjam, licet rarius, album. Sapor initio frigidus, ut ex Mentha piperita, poſtea vero amaricans & calidus perſentitur.

§. 6

Vis

Antiſpaſmodica, carminativa, pellens et emmenagoga, ſummopere reſolvens, anthelmintica eſt.

Vim esſe ſummopere *carminativam* ſatis ſuperque perſpexit Exper. Dom. Doct. & Asſesſor Blom, ut in litteris ſuis d. 20 Febr. 1783 & d. 29 Aprilis 1784, ſignificavit, ſcilicet: Oleo hocce inſigni cum fructu uſus fuit in variis affectibus ſpaſmodicis ſine febre, Colica flatulenta, ſpaſmis hyſtericis atque ut præſervans remedium contra febres contagioſas: Elæoſaccharum vix deglutitum eſt, antequam incipiunt Eructationes, odore & ſapore olei per plures horas ſeſe prodentes.

Ob vim carminativam & ſimul corrigens Laxantia excellentis olei Cajuputi, Exper. Dom. Doct. Bladh ſæpius præſcripſit uſum ejus internum præſertim ægris debilioris texturæ, e. g. in Colica hyſterica ex obſtructione atque aſthmate, idque ſemper inſigni cum fructu, ſequenti formula:

Rc. Inſuſ. Sennæ uncias binas & dim.
Aqu: fœnicul.
Mann. Calabr.
Syrup. e Spin. Cerv. aa unc: dim.
Ol: Cajuputi gtt XII.
Kerm. miner. gr. j. Dr. Cochl. j.

ſecunda vel tertia quavis hora. In *Cardialgia* vel ſaburrali vel ventoſa Rheo oleum admiſcuit, ſubque forma

pulveris dedit. In morbo nigro (Melæna) ſæpe cum illo Camphoram trivit, usque dum inde Pillulæ formari posſent, quæ ad quatuor grana ſumtæ, leviter ducere alvum atque vomitum tollere videbantur.

Vim anthelminticam plurimis inſtitutis experimentis indagavit Celeb. Practicus Dom. Asſesſor Blom, quorum mentionem injicit in litteris ad Celeber. Dom. Præſidem, d. 17. Januarii 1783 & 29. Aprilis 1784, datis. *Podura ambulans*, inquit, quæ magna ſæpe copia ollas plantarum inhabitare ſolet, æque ac *Aſcaris vermicularis*, ex halitu olei Cajuputi obrigeſcunt inſtar cornu, atque intra momenti ſpatium moriuntur. Si fruſtulum chartæ oleo madidum inſectis admoveatur, momento quaſi ſuffocata pereunt. Anno præterlapſo myriades Poduræ ollas plantarum repleblant, calamum ergo gallinaceum, oleo cajuputi repletum & obturatum, in medio ollæ terræ intruſi, unde ita diſparuerunt animalcula illa, ut poſtea ne unicum quidem detegere potuerim. *Lumbrici* non odorem modo fugiunt, ſed oleo tacti contracti & rigidi moriuntur. Si in Vaſe Murrhino intra annulum oleo noſtro deſcriptum Lumbricus deponitur, momento citius ſeſe extendens fuga ſalutem quærit, ſed oleo tactus citisſime ſemet iterum contrahit atque ſerpentino motu dolorem intolerabilem prodit. Si vero aliquoties hoc modo oleum attingere pergit, tandem contractus & rigidus exſpirat. Quod Inſectis in genere inimicum ſit noſtrum Oleum, pro indubio habet Dom. Asſesſor Blom. Præteritis enim annis, narrat ulterius, cum Camera, ubi veſtes hybernæ adſervabantur, esſet exigua, depresſa & parum ventis pervia, ſemper pellibus damnum intulerunt Inſectorum Larvæ; quam primum autem Oleo Cajuputi veſtes conſperſæ fuerunt, nihil omnino detrimenti ceperunt, in menſa licet, libero Inſectis aditu depoſitæ.

Cum

Cum Oleum Cajuputi valde obſit noceatque Inſectorum variis generibus, perſvaſit ſibi Celeber. Dom. Prof. Hellenius, non inutile omnino fore in curanda Scabie, Acaris ſuam debente originem. Pauca illa, quæ huc uſque inſtituere potui experimenta, ſcribit in Litteris d. 14. Aprilis 1784, ſatis comprobarunt ſuſpicionem meam non vanam esſe, ſed pauciora tamen hæc fuerunt, quam ut in genere aliquid certi ſtatuere audeam.]

§. 7.

Uſus.

Olei laudatus fuit in variis morbis, in Colica flatulenta, Dyſmenorrhœa, Paralyſi, Odontalgia, Varicibus ani, Rheumatiſmo, Arthritide, Chorea St. Viti, Raphania, Cathalepſia, Cophoſi, Otalgia, Herpete, Tusſi, ceteris.

In *Cephalalgia* & *Hemicrania* externe Oleo Cajuputi feliciter uſi ſunt Dom. Doct. Bladh, Celeb. Dom. Præſes, & alii.

Herpetem ſæpe ſuſtulit oleum aliquoties inunctum. Diu laboraverat Herpete faciei filia Celeb. Secretarii Dom. Wargentin, omnibus adhibitis remediis pertinaciter reſiſtente. Poſt vero quam illos, quos de Olei Cajuputi uſu, caſus Academ. Scient: anno 1782, miſerat Celeb. Dom. Præſes, perlegerat Dom. Secretarius, atque hoc ipſo oleo Herpetem inunxerat, citisſime inde & inexſpectato diſparuit morbus. Plurima deinde experimenta idem non modo confirmarunt ſed etjam evicerunt, ſæpius non niſi unica opus fuisſe, rarius iterata inunctione.

Cum oleo volatili junctum oleum noſtrum & collo externe illinitum in *Tusſi catarrhali*, levare invenit Exper: Dom. Doct. Bladh, ingratam illam titillationem, quæ diu alias permanere ſolet. Ut lenimen oleum quoque adhi-

adhibuit idem Cel. Practicus Holmenſis contra *Dyſphagiam ſpaſmodicam*, quæ febrim ſubſequebatur male curatam intermittentem, quæque ob ſingularia ſua Symptomata, biennio abhinc (1784. in litt:) in Novellis Stockholms Påſten, deſcripta fuit. Uſu enim hujus olei & ſimul Decocto aperitivo Hænii perfecte convaluit æger.

Plures *Dolore dentium* laborantes & Celeb. Dom. Præſes, & nobiliſſ. Dom. Frietschy, ut in litteris d. 26. Martii 1784 ſcriptis adſeverat, oleo Cajuputi curarunt, Odontalgia ſive fuerit Rheumatica ſive a Carie dentium orta. Memorat quoque idem nobiliſſ. Vir, Dom. Doct. Forskåhlium vim hujus olei laudasſe, atque in variis caſibus, imprimis contra Odontalgiam proficuam invenisſe. Exper D. Doct. Lund in Epiſtola ſua d. 11. Octobr. 1784, teſtatur, ſibi contigisſe in Odontalgia ſemel hoc oleo uti, eodem omnino modo, ac in actis Holmenſibus indicavit Celeb. Dom. Præſes. Miratus fui, inquit, dolorem ſatis cito disparuisſe, & iterum revertentem, oleo iterum applicato, cesſasſe. In odontalgia etjam proficuum oleum invenit Celeb. Profesſor Bergius, ut ipſe in literis d. 27. Sept. 1784, indicat.

Caſum nobiscum communicavit admodum Reverendus Dom. Paſtor Bjerkander in ſcriptis ad Celeb. Dom. Præſidem, d. 8. Febr. 1784, litteris, *Tumorem* quendam oleo Cajuputi fuisſe reſolutum & ſublatum. Narrat ſcilicet, tumorem ſibi fuisſe in externa parte brachii dextri ſupra articulationem manus, magnitudine dimidia juglandis, mollem atque intra cutem mobilem: tumorem hunc ſemel ruptum, dum materia ad digitos penetravit, & ſaponem atque Decoctum foliorum Salviæ adhibita fuisſe: poſtea vero iterum increvisſe eundem, & anno 1779, ſvadente Celeb. Dom. Asſesſore Odhelio, agaricum betulinum illi fruſtra impoſitum; præterito autem auctumno, oleo Cajuputi inuncto, inde omnino disparuisſe.

M. C. I. 125

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE

OLEO CAJUPUTI,

CUJUS PARTEM POSTERIOREM,
VENIA EXP. FACULT. MED. UPSAL.
PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. NAT.
CURIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD.
PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. ET HAFNIENS. HIST. NAT.
LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. JENENS.
HALENS. NAT. SCRUT. LINN. LONDIN. PHYS. GÖTTINGENS. MEDIC.
EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID. MEMBRO; NEC NON ACAD.
SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN.
FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU DOCTORIS

PUBLICE VENTILANDAM OFFERT

JOHANNES HENRICUS OLIN,

PHIL. MAG. AD MUS. NAT. ET HORT. BOT. AMAN.
STIPEND. KÅHREAN. SMOLANDUS.

IN AUDIT. BOTAN. D. XXVI. APR. MDCCXCVII.

H. A. & P. M. S.

UPSALIÆ,
LITTERIS JOH. FR. EDMAN, REG. ACAD. TYPOGR.

De Oleo Cajuputi.

§. 8.

In *Spaſmo* pertinaci & quoque *Spaſmis nocturnis* muſculorum pedis, (gravidis fœminis ut & Senibus infeſtisſimo malo,) qui etjam, ut videbatur, ipſum adgresſi ſunt perioſtium, Oleum Cajuputi, cum levamine ſæpe inſigni, aliquoties tentavit Celeber. Dom. Prof. JOH. HARTMAN. Litteris datis d. 14 Octobr. 1784.

In *Morbis Spaſmodicis* utilitatem haud exiguam Olei Cajuputi expertum ſe teſtatur Practicus Metropolis Exper. Dom. Doct. BLADH. Adſeverat in litteris ſuis, d. 1. Febr. 1784. ſe in *Epilepſia*, quæ diutius duraverat, & quæ etjam permanſerat, poſtquam ægra ex uſu Acidularum Sætrenſium maximam qua partem a Taenia ſua, quæ morbum causſari ſuspicabatur, liberata esſet, magno adeo cum fructu præſcripſisſe olei gtt. XX, cum ſaccharo vel aqua ſumendas eo momento, quo ex ſolita aura frigida de inſultu admonebatur ægra, ſic ut omnino abſuerit inſultus, vel ſaltem multo levior evaſerit, nec tam diu duraverit.

Propinavit etjam in *Syncope hyſterica* duodecim guttulas cum ſaccharo, unde paroxyſmys, ſaltim multum, remiſit.

Secundum methodum TREWII XXXVI gtt. dedit in Febri intermittenti fœminæ cuidam hyſtericæ atque Spirituoſis liquoribus deditæ, idque ante febris accesſum. Febris quidem hinc non ſublata fuit, ſed gravem illam,

A quæ

quæ Febrim comitabatur, *Nauſeam* omnino removit, ſic ut poſtea Corticem peruvianum, quem antea ferre nequivit, facile ſumere valuerit. Sæpius etjam idem Clariſſ. Practicus eſt expertus, Oleum hocce *Vomitum tollere*, etjam dum Potio Riveriana ſub actu effervefcentiæ vomitum excitaverat. Fœmina quædam, ſummopere hyſterica atqve ſimul Arthritide ad ventriculum repulſa laborans, nec cibum, nec medicamina ulla retinere valens, a potu Sennæ cum Manna, adeo Hyſteria & Convulſionibus adflicta fuit, ut venenum ſe accepisſe facile crederet. Eidem vero formulæ additis aliquot olei hujus guttis, remedium non modo bene tulit, ſed etjam ob excellens medicamen lætisſima gratias egit. Alia *Convulſionibus* fere *epilepticis* ſimulque *Fluore albo* laborans ſtatim mihi indicavit, ſe nulla posſe ratione perferre Rheum, quod plures dudum Medici, varia ſub forma, antea ſæpius præſcribere tentaverant. Dedi, inquit Doct. BLADH, Elixirium anti hypochondriacum ROSENSTEINII, cujus baſis eſt Rheum, guttulis aliquot olei Cajuputi mixtum, quod quidem non tulit tantum ægra, ſed ut ſanctuarium ſervavit, ingenue fasſa, etjam poſtquam Rhabarbarum adesſe cognoverat, ſe nullo alio remedio laxanti adeo valuisſe. Etjam heic commonſtrari convenit, quod Oleum Cajuputi celet odorem Rhei, qui quibusdam ſubjectis gravisſimus ſit atque nauſeam movens. Per integrum jam annum a Convulſionibus liberata fuit, id quod tamen non parum adſcribendum eſt foliis Aurantiorum, quibus diu uſa fuit. In *Convulſionibus* oleum, cum Spirituoſis & ſaponaceis potisſimum mixtum, excellens invenit Experientisſimus Vir, Dom Asſesſor Doct. WÅHLIN, litteris die 7 Jan. hujus anni datis; uti & Elæoſaccharum in *Colica flatulenta* & *Pasſione Hyſterica* camphora multo efficacius animadvertit Celeber. Dom Prof. ACREL.

§. 6.

§. 9

E litteris Exper. Dom. Doct. LUND d. 24 Junii 1784 miſsis edocti ſumus, in *Paralyſi* vi inſigni excellere oleum noſtrum. Verba hæc ſunt inclyti Practici: Antequam laudabili cura Celeb. Prof. THUNBERG copia olei Cajuputi nobis facta fuit, ego quidem magno cum ſuccesſu, ſecundum monitum Dom. Cullen, externe uſus fui Petroleo, deinde vero ſæpius oleo Cajuputi, idque bis imprimis magno cum ſuccesſu, ſcilicet. 1:o dum Viro cuidam ex refrigeratione ſiniſtrum faciei latus paralyticum adeo evaſisſet, ut ore torto loquendi facultate laboraret; 2:o dum Mulieri, poſt graviorem prægresſam Cephalalgiam, & quidem cum Paralyſi lingvæ, idem accidisſet incommodum. Adhibitis ante ſine ſuccesſu, pluribus aliis laudatis remediis, oleum Cajuputi adeo facili eventu in uſum vocavi, ut penitus convaluerint ægri. Secundo in caſu interne quidem ſimul adhibebantur flores Arnicæ; tribuo autem oleo Cajuputi ſanationis omne meritum, ſæpius ante in Paralyſi Arnicæ vires inertes expertus.

Contra *Paralyſin* oleum præſcripſit Doct. BLADH, ut eo membrum paralyticum illiniretur, ſcilicet hac formula.

Rc. Olei Cajuputi drachm. unam
Balſam. Peruvian. nig. drachm. dimid.
Spir. formicar. unciam unam.

idque inſigni cum emolumento.

Luxatos articulos quoque oblinendos curavit Dom. Doct. BLADH ungvento ex nuper præſcriptis & oleo Therebinthinæ, atque oleo quodam expreſſo.

§. 10.

Nobilisſimus Dom. FRIETZKY in litteris d. 26 Martii 1784 ad Celeb. Dom. Præſidem datis, indicat ſequentia.

 Poſt-

Poſtquam *Podagra* per ſex hebdomadas a menſe Novembr. 1782 laboraveram, oleo Cajuputi uſus ſum, & illico ſtatim inſigne ſolatium ſenſi. Januario menſe, ſub itinere quodam, ſæpius dolore pedis & interdum pectoris adfectus fui, atque eo cum felici ſucceſſu oleum adhibui, ut menſe Februarii absque incommodo non ſolum Holmiam petere, ſed etjam poſtea per totam hiemem plura ſuſcipere potuerim itinera. Menſe Martii 1783 pedibus ſanus acerrimo dolore dentium, illo quidem, ex mea ſententia, arthritico correptus fui, quare oleum Cajuputi goſſypio ſtillatum denti carioſo intruſi, unde initio quidem dolor auctior evaſit, poſt tres vero dies dolor penitus diſcesſit. Menſe Octobris proxime præterlapſo leviorem pedis ſentii dolorem ita tamen, ut per biduum exire non potuerim; oleo autem in uſum vocato, poſt aliquot dies ex Holmia in Vermelandiam revertendi facultas mihi fuit. Svadente præterea aliquis meorum amicorum, qui olei hujus utilitatem a memet ipſo didicerat, Illuſtrisſimus Generalis ad Exercitum Svecanum atque Gubernator Provinciæ Oſtrobothnienſis Dom. Baro Cederström, oleum hocce contra Podagram, quæ lecto incumbere ægrum coëgerat, adeo fauſto cum eventu adhibuit, ut intra octiduum & pedibus inſiſtere & iter ſuſcipere valuerit. Mercator quoque Celebris Urbis Gothoburgi Dom. Hall, Podagra laborans, olei Cajuputi uſu non modo in ſanitatem intra aliquot dies rediit, ſed etjam ita reſtitutus fuit, ut nundinis Chriſtianæhamenſibus interfuerit. Addit tandem: Certisſime ipſe teſtari posſum, Oleum Cajuputi Podagram mitigare, non vero repellere. Ipſe quidem pectus hoc oleo illinere non auſus fui, ſed quisquam amicorum meorum hoc tentavit, atque ſolatium inde ſentiit.

In Epiſtola, d. 15 Febr. 1784, misſa, Nobilis. Dom. Profesſor & Eques Schulzenheim ſeqentia adfert. Literas-

teras de Oleo Cajuputi a fratre meo accepi, qni communi mecum experientia teſtatur, Oleum hocce ſine periculo & plerumque ſine ulla repulſione in alium locum, tumores *Arthriticos* reſolvere, atque denti adplicatum vel pone aurem cuti illinitum, non modo minuere *dolores dentium*, ſed erjam pectori inunctum lenire dolorem atque *Neuritidem nervoſam*, quam ſæpe Opium tollere non valuerit. Vicinus meus Generoſ. Baro Dom E. G. Oxenstjerna uſum hujus olei in *Hemicrania* & *Fluxu oculorum* expertus, certiorem me fecit, Sollertisſimum Mechanicum, Centurionem Dom. Brunian oleo palpebris illinito, atque linteo, oleo madido, ante oculos per noctem dependente, ſuorum ita corroboraſſe oculorum aciem, ut poſtea perſpicillis ei opus non fuerit.

Experientia quorundam Celeber. Medicorum indicare quidem videtur, non innocue omnino vel absque omni ſemper periculo ad debellandam Podagram & Arthritidem, oleum Cajuputi parti fuisſe inunctum dolenti. Scribit Dom. Doct. Lund litteris die 24 Jun 1784, ſe quoad Attthridem, a ſententia Celeb. Præſidis diſcedere esſe coactum. Verisſimum quidem eſt, pergit ulterius & dolorem & tumorem brevi evaneſcere, mox vero alium occupare locum, non raro multo periculoſiorem. Biga Caſuum hoc mihi perſvaſerunt, in altero eorum dolor atque tumor dextram ejusque articulationem, in altero autem humerum ſcapulamque occupaverat, Ab utroque ſtatim dolor & tumor ecquidem recesſerunt, ſed uterque ægrotus deinde Febri, oppresſionibus pectoris, nauſea atque doloribus ſtomachi laborabat, quibus Symptomatibus non ante fuit liberatus, quam ad extremitates materia arthritica revocata fuerit. Poſtea autem hoc oleo eas ob rationes contra dolores arthriticos cum tumore uti auſus non fui, neque Oleum hocce ſubtilisſimum calidum

atque penetrans unquam interne, ne quidem ut corrigens ſub alia formula propinare, licet illud interne alios Celeber. Medicos dediſſe audiverim. Narrat quoque Maxime Reverendus Dom. Theologiæ Adjunctus SAM. ÖDMANN per litteras, Generoſiſſimum Lib. Baronem atque Claſſis Svecanæ Præfectum Dom. CEDERSTRÖM oleo Cajuputi, ſuæ ut mederetur Podagræ, uſum fuiſſe, unde non ſine periculo materia podagrica bis fuit repulſa.

§. 11

Cum Profeſſore ac Equite THUNBERG in eo omnino, experientia edoctus, convenio, quod vis Olei Cajuputi in *doloribus Rheumaticis* excellens ſit remedium, quod externe illinitum dolorem mitiget, & ſi nimis malum non inveteraverit, etjam tollere, in litteris ſuis ſupra citatis, indicat beate defunctus Practicus Holmenſis Dom. Doct. LUND. Idem etjam in litteris d. 7 Jan 1797. datis teſtatur Celeb. Practicus Dom. Aſſeſſor WÅHLIN, ſignificans ſimul, quod in Rheumatismo cum febre, atque ubi cruſta inflammatoria ſangvinis adfuerit, remedium hocce non commendandum. Ceſſato vero ſtatu phlogiſtico, adjicere lubuit Celeb. Dom. Profeſſori ACREL, ut eximium ſtimulans ad augendam abſorbtionem e loco prius inflammato, non poſſumus non, quin juſta laude commendemus.

In *doloribus Rheumaticis* & ſpeciatim in *Odontalgia*, externe uſitatum Oleum Cajuputi, præcipue efficax invenit Celeb. Metropolis Practicus Dom. Aſſeſſor ODHELIUS, ut ipſe teſtatur in litteris d. 11 Octobr. 1784 ſcriptis. Adſeverat Vir illuſtris oleo indolem ineſſe in nervos agendi propriam, ſenſu quaſi frigido & irritanti.

Oleum cum linimento volatili mixtum efficax invenit Dom. Doct. BLADH in *Rheumatiſmo* & *Pleuritide Spuria*,

Spuria, atque præmiſſis præmittendis in ipſa *Pleuritide inflammatoria*. In *Pleuritide ſpuria* externe inunctum oleum Camphora longe efficacius invenit nuper laudatus & illuſtris Practicus Dom. Aſſesſor WÅHLIN, id quod etjam Medic. Pract. Prof. Upſal. Celebratisſimus Dom. Doct. JOH. GUST. ACREL perhibet ſe ſæpius expertum esſe, qua propter, inquit, *Loco Linimenti Volatitilis cum Camphora*, alias in Pleuritide uſitata, ubi res anguſta domus non negaverit, oleum noſtrum ſemper commendavi.

§. 12.

De Vi & efficacia Olei Cajuputi in *Inflammationibus Oculorum* caſum communicavit Dom. Aſſesſor BLOM, in Epiſtola d. 5. Decmber. 1782, Celeb. ad Præſiden data. Perlecta, inquit, disquiſitione tua, Reg. Acad. Scient. Stockholmenſis Actis Novis inſerta, de Oleo Cajuputi agente, ſine mora vim hujus medicamenti expertus fui, adplicando illud filiæ meæ, ſex annos natæ, quæ tenacisſima *Ophthalmia humida* ultra anni ſpatium & *Blepharotide* ambobus promiſcue oculis laborabat, quo morbo adnata oculi tunica fere ſemper inflammata fuit. Omnibus mihi cognitis remediis absque omni fere fructu antea uſus fui, mundificantibus ſcilicet, purgantibus, veſicatoriis & per aliquod tempus in altero brachio cortice Mezerei, Collyriis inſuper & Cataplasmatibus varii generis. Jam vero ante octiduum adhibito Oleo Cajuputi, methodo in Actis Holmenſibus deſcripta, non modo Inflammatio ſtatim & intra biduum minuebatur, ſed etjam puſtula, quæ in adnata membrana ad pupillam extendere inceperat penitus disparuit. In alia Epiſtola, d. 29 Aprilis 1784, adſerit idem Celeb. Practicus, Oleum hocce in *Inflammationibus Oculorum*, *Odontalgia* & *Doloribus Rheumaticis* interdum lenimen adferre, non vero ſemper remidium esſe indubium. Filia mea, de qua antea ſcripſi,

inquit porro, diuturniori *Ophtalmia eryſipelatoſa* laborans, initio aliquoties vim excellentem hujus olei experta fuit, quod quiden poſtea morbum recurrentem non æque feliciter tollere valuit.

Caſum nobiscum communicavit Dom. Doct. Bladh; ubi & externe & interne oleum cum fructu præſcripſit, ſcilicet: Hyſterica, cui ante Oculos variæ obvolitare videbantur imagines, cum Colica alternantes, ſumſit infuſum Sennæ, cum Oleo Cajuputi mixtum, & externe Oculis halitum Olei admovit, unde morbus uterque, felici cum eventu evanuit. In *Ophthalmia ſicca & chronica* halitum olei noſtri inflammationem reſolvere invenit Dom. Asſesſor Wåhlin. Præterea egregium certe hoc oleum *carminativum* esſe atque *flatus colicos & hyſtericos pellens*, alios a ſumpto purgante Sennato cruciantes, experinetia ſua teſtatur Celb Dom. Prof. Acrel, quocirca etjam hic Practicus celebratisſimus exiſtimat, Infuſioni Sennæ aliquot guttulas hujus olei rectisſime addi debere.

§. 13.

Singularem certe caſum habuit b. m. Dom. Profesſor P. I. Bergius, quem nobiscum in litteris ſuis d. 27 Sept. 1784 benevole communicare voluit. Verba ejus hæc ſunt: Vocatus fui ad fœminam, quæ *Varicibus hæmorrhoidalibus* magnis atque adeo dolorificis excruciabatur, ut ne fomentationes quidem perpeti posſet. Ejusmodi in caſibus antea ſæpius Varicibus impoſueram petala Liliorum alborum, qualia in Pharmacopoliis extant, oleo infuſa, ad emolliendos tumores, ut poſtea aliæ fomentationes imponi posſent. Hic vero iſtud non ſuccesſit, neque ægræ perſvadere potui, ut admiteret Hirudines. Svaſi itaque, ut ipſa, oleo Cajuputi extremo digito excepto, Varices iuungeret. Inde initio intenſiorem in Varicibus

ſen-

ſentiit dolorem, mox autem inſigne levamen; adeo ut poſt aliquot dies pultem Saturninam admittere posſet, atque feliciter ſanaretur.

§. 14.

In *Punctura tendinis*, quod non contemnendus ſit uſus hujus olei volatilis, monſtrat Caſus, quem in litteris ſupra citatis nobiscum benigne communicavit Vir ætate atque Experientia clarisſimus Dom. Asſesſor WÅHLIN. Sub Venæ ſectione pedis, inquit, acciderat, ut punctura nervus adeo læderetur, ut intra paucas horas, cum dolore intenſo, convulſivi motus non modo pedem, ſed etjam integrum latus excruciarent. Inuncto autem Oleo Cajuputi calefacto Symptomata ſtatim cesſarunt.

§. 15.

In *Doloribus infantum a Vermibus*, quum aut motibus Convulſivis luctarentur, aut iisdem minarentur infantes, ſæpe expertus eſt Celeb. Dom. Prof. ACREL, Oleum Cajuputi omnino præſtantisſimum esſe remedium. In hoc vere difficili atque moleſto caſu, inquit idem ille experientisſimus & illuſtris Vir, dum infantes ad deglutiendum aliquod allicere non valemus, juvat gosſypio Cajuputi madido fomentare circa umbilicum, unde dolores illico evaneſcunt. Veteres practici magis dediti erant Anthelminticorum uſui externo, quam noſtri ævi Medici, & fortasſe graviter peccaremus, ſi eorum uſum, præſertim infantibus, negligeremus. Puerulus quattuor annorum, pergit Celeb. Dom. Prof. ACREL, per vomitum ejecit vermem (Aſcaridem Lumbricoidem), quo facto in *Ecclampſiam* primum incidit, deinde *Triſmo* fuit exagitatus, & tandem in agone mortis conſtituti hominis faciem præ ſe tulit. Omnibus aliis remediis fruſtra in uſum

vo-

vocatis, curavi ut totus quantus ventriculus Oleo Cajuputi fuerit gosſypio madido inunctus atque frictus, unde ille, qui per quattuor horas in agone fuerat, poſt dimidiam horulam revixit. Dein Emeticum illi datum ſuit, quod effectum quidem habuit, nullus autem conſpiciebatur vermis. Tandem binos poſt dies ab eo extrudebantur tres aſcarides lumbricoides, adhibito Infuſo Sennæ, atque penitus ſalutem recuperavit.

Præterea has quoque ſuas obſervationes nobiſcum communicare placuit Celeb. Dom. Profesſori Acrel, nimirum: In *Ecclampſia*, inquit, infantum a ſordibus primarum viarum, ab incongruo nutrimento, Matrum aut nutricum iracundo animo vel terrore, cito reſtituuntur infantes, ſi guttulæ quædam hujus ſæpisſime memorati Olei molliori inſtillantur linteo, quod Scrobiculo cordis imponitur, id quod ſæpius expertus ſum; poſtea vero Rhabarbarinis remediis ſufficienter utendum eſt, quum primum infans deglutire valet.

(No. 11)

DISSERTATIO BOTANICA
DE
DIOSMA,

QUAM
VENIA EXP. FACULT. MED. UPSAL.
PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. ET HAFNIENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. HALENS. NAT. SCRUT. LINN. LONDIN. PHYS. GÖTTINGENS. MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICO SUBJICIT EXAMINI.

CAROL. JOH. PENTZ,
WESTROGOTHUS.

IN AUDIT. BOTAN. D. 17 MAIJ 1797.

H. C.

UPSALIÆ,
LITTERIS JOH. FR. EDMAN, REG. ACAD. TYPOGR.

DIOSMA.

Inter Genera illa plantarum exoticarum, quæ hoc, quo vivimus, ſeculo innotuerunt, eſt quoque illud, quod *Dioſmæ* nomen adeptum eſt. E meridionali promontorio Africes, omnes, quas huc usque novimus, ſpecies oriundæ, opera Botanicorum indefesſa ſenſim in Europam translatæ fuerunt et nonnullæ etjam in Hortis Medicis cultæ. Sub finem prioris et initium hujus ſeculi primæ ſpecies hujus Generis a Botanicis Celeberrimis, diverſis licet ſub nominibus, deſcriptæ fuerunt: *Lanceolata* a RAJO, ſub nomine ſpirææ; *rubra*, *ciliata*, *ericoides et uniflora* a PLUKENETIO, ſub nominibus Ericæ, Ericæformis, Spirææ et Ciſti; Poſt hos Celeberrimos Viros COMMELINUS memorat tres ſpecies, etiam ſub Spirææ nomine, quas inter *Succulenta* et *hirſuta* antea erant ignotæ.

Poſt reformationem Botanices plurimæ detectæ fuerunt pulcherrimæ ſpecies, atque ſub duplici Genere *Dioſmæ* et *Hartogiæ* militarunt, donec tandem plurium ſpecierum examen, flores et fructus docuerint, Genus, licet polymorphum, non esſe niſi unicum. Illuſtr. LINNÈ in Generibus Plantarum 1764, decem adfert ſpecies, et inter has, *crenatam*, *pulchellam*, et *hispidam*, tres nimirum novas, quibus in Mantisſa acesſerunt tres aliæ, etiam novæ, *cupresſina*, *capitata*, *imbricata*. BERGIUS, eodem tempore tres adhuc adauxit ſpecies, videlicet *villoſam*, *pubeſcentem* et *betulinam*, ex octo a ſe deſcriptis plantis capenſibus. Deinde D. Dr. MONTIN in Actis Lundenſibus duas attulit, a Celeb. Præſ. misſas ſpecies, exque his unam novam ſpeciem, nimirum *latifoliam*, et LINNÉ junior in Supplemento ex quinque ſecum a Prof. SPARRMAN

et

OCT 15 1910

et Celeber. Præſide communicatis ſpeciebus, quatuor nuper detectas, *tetragonam*, *enſatam*, *marginatam* atque *barbigeram*. Tandem per Illuſtr. IACQUIN innotuit Dioſma *bifida*, quæ ad noſtram cognitionem nou pervenit. Hiſce jam addere nobis licebit deſcribendas novas adhuc ſpecies, numero decem, *albam*, *obtuſatam*, *pectinatam*, *virgatam*, *biſulcam*, *linearem*, *rugoſam*, *ovatam*, *glanduloſam* et *orbicularem*.

GENUS.

Dioſmæ Genus, qua partes fructificationis valde in diverſis ſpeciebus variat et polymorphum obvenit, imprimis vero *Stamina*, *Piſtillum* maximeque *Nectarii* forma et *Capſularum* numerus, quæ omnia diviſionem in *Hartogias* et *Dioſmas* initio ſvaſerant. PETALA conſtanter quinque ſunt. PERIANTHIUM potius 5 phyllum, quam quidem 5-partitum dici meretur, uti et STAMINA quinque, licet in nonnullis viderentur decem, quinque ſcilicet ſterilia absque Antheris. STYLUS aliis nullus, aliis brevisſimus, aliis filiformis longitudine ſtaminum. CAPSULÆ rarius ſolitariæ, interdum duæ vel tres, ſæpius quinque connatæ vel coalitæ. NECTARII vero ſtructura maxime variabilis occurrit: in aliis enim nectarium eſt ſertiforme, ſerto brevisſimo, vel undulato, vel denticulato; in aliis Nectaria quinque barbata; in aliis filamenta quinque filiformia, apice glandulifera; in aliis demum nectaria petaliformia. Præterea flores in quibusdam reperiuntur *Monoici*, in quibusdam *Dioici*. Neque itaque Nectarii ſtructura, neque numerus capſularum Genus vere conſtituunt; Cumque varient Species Capſulis 1-5, et Nectarii forma varia, incongruum jure meritoque duximus, Genus Naturale in plura lacerare, exiſtimantes characterem Genericum aliis ex partibus deſumendum.

Cha-

Character Genericus: Capſul. 1 ſperm. Nectar. germen coronans. Semen arillatum.

CAL. *Perianthium* 5-phyllum: *foliola* ovata, acuta, perſiſtentia.

COROLLA 5-petala. *Petala* obovata, obtuſa, erecto patentia.

NECTARIA 5, germini inſerta, polymorpha.

STAM. *Filamenta* 5.
Antheræ ovatæ, erectæ.

PIST. *Germen* ſuperum, glabrum.
Stylus unicus.
Stigma ſimplex.

PERIC. *Capſula* 1, 2, 3, vel 5, ovatæ, acuminatæ, compresſæ, margine introrſum coalitæ, apicibus diſtantes, ſutura ſuperiori dehiſcentes.
Semina ſolitaria, oblonga, ovato-depresſa, apice acuminata.
Arillus elaſticus, hinc dehiſcens, ſingulum involvens ſemen.

SPECIERUM DIVISIO.

* foliis trigonis:

rubra. 1 D. foliis trigonis mucronatis punctatis calycibusque glabris.

alba. 2 D. foliis trigonis mucronatis punctatis glabris, bracteis calyceque ciliatis.

obtuſata. 3 D. foliis trigonis acutis punctatis glabris, calyce petaliſque ciliatis, ramis pubeſcentibus.

pectinata. 4 D. foliis trigonis acutis punctatis ciliatis, umbellis terminalibus.

hirſuta. 5 D. foliis trigonis mucronatis hirſutis, floribus terminalibus ſubternis.

biſulca. 6 D. foliis trigonis acutis ſulcatis villoſis erectis, racemis ſubumbellatis.

hiſpida. 7 D. foliis trigonis obtuſis ſulcatis hiſpidis patulis, umbellis terminalibus.

virgata. 8 D. foliis trigonis obtuſis punctatis glabris, umbellis terminalibus.

ericoides. 9. D. foliis trigonis obtuſis ſulcatis glabris, floribus terminalibus ſubſolitariis.

capitata. 10 D. foliis trigonis obtuſis, ſulcatis hiſpidis, floribus ſpicato-capitatis.

ſucculenta. 11 D. foliis trigonis obtuſis ciliatis, floribus terminalibus paucis.

tetragona. 12 D. foliis trigonis ciliatis quadrifariam imbricatis, floribus terminalibus ſolitariis.

cupreſſina. 13 D. foliis ovato-trigonis obtuſis rugoſis ſubciliatis, floribus terminalibus ſolitariis.

pubeſcens. 14 D. foliis lanceolato-trigonis obtuſis villoſis imbricatis, umbellis terminalibus.

villoſa. 15 D. foliis lanceolato-trigonis acutis villoſis, capitulis terminalibus, corolla intus barbata.

ciliata. 16 D. foliis lanceolato-trigonis acutis ciliatis, umbellis terminalibus.

* * foliis planis:

linearis. 17 D. foliis linearibus obtuſis glabris patulis.

enſata. 18 D. foliis ellipticis crenatis glabris, capſulis ſolitariis

bifida. 19 D. foliis lanceolatis imbricatis, floribus aggregatis terminalibus, petalis bifidis.

rugoſa. 20 D. foliis ovatis rugoſis villoſis reflexis, umbellis terminailbus.

lanceolata. 21 D. foliis lanceolatis obtuſis punctatis glabris, floribus axillaribus geminis.

ova-

ovata. 22 D. foliis ſubrotundis marginatis punctatis glabris, floribus axillaribus.

betulina. 23 D. foliis ſubcuneatis crenatis ſubtus punctatis ramisque glabris, floribus axillaribus ſolitariis.

crenata. 24 D. foliis oblongis crenatis ſubtus punctatis ramisque glabris, floribus axillaribus ſolitariis.

uniflora. 25 D. foliis oblongis marginatis ſubtus punctatis, floribus terminalibus, calyce ciliato.

pulchella. 26 D. foliis ovatis crenatis ſubtus impunctatis glabris, floribus axillaribus geminis.

latifolia. 27 D. foliis ovatis crenatis ſubtus impunctatis pubeſcentibus, ramis ſubtomentoſis.

marginata. 28 D. foliis cordatis ovato-lanceolatis marginatis, calyce ciliato.

glanduloſa. 29 D. foliis ovatis acutis carinatis hirſutis patulis, calyce villoſo.

imbricata. 30 D. foliis ovatis acutis ciliatis imbricatis, calyce villoſo.

barbigera. 31 D. foliis cordatis ovatis glabris, corolla barbata.

orbicularis. 32 D. foliis orbiculatis, ramis villoſis.

DESCRIPTIO SPECIERUM.

Caulis fruticoſus, ramoſus, ſæpius ramuloſus.

Rami alterni, dichotomi, trichotomi et verticillati, raro oppoſiti.

Folia ſparſa ſæpius, rarius oppoſita et decusſata, brevisſime petiolata, ſempervirentia, poris oleiferis pertuſa vel margine glanduloſo-crenata, non raro imbricata.

Flores axillares vel terminales, pauci vel umbellati.

D. RUBRA. frutex totus glaber, erectus, ramoſisſimus, bipedalis vel ultra.

Rami ſparſi, ſubverticillati vel decusſati, inæquales, cinereo-rufeſcentes, erecti, iterum ramuloſi ramulis ſimilibus.

Folia ſparſa, trigona, mucronata, integra, ſubtus duplici ordine glanduloſo-punctata, incurva, imbricata, glabra, ungvicularia.

Flores verſus ſummitates ramulorum axillares et terminales.

Variat foliis majoribus et minoribus, magis et minus mucronatis.

D. ALBA. *Frutex* totus glaber, erectus, ſpithamæus et ultra.

Rami et *Ramuli* ſparſi, flexuoſo-erecti, laxi, virgati.

Folia ſparſa, lanceolato-trigona, integra, acuta, mucronata mucrone glanduloſo, ſubtus bifariam punctata, patenti-imbricata, ungvicularia.

Flores in ramorum et ramulorum apicibus terminales, ſolitarii, albi.

Bracteæ ciliatæ.

Perianthium ſubmonophyllum, ad baſin fere 5 partitum. *Foliola* ovata, acuta, viridia, margine tenuisſime ciliata, diaphano-punctata.

Nectarii ſertum brevisſimum, undulato-denticulatum.

Petala, ovato lanceolata, acuta, concava, alba, calyce duplo longiora.

Filamenta 5, ſerti nectarei margini inſerta, ſubulata, brevisſima, alba.

Antheræ ovatæ, didymæ, obtuſæ cum acumine minimo, ſimplices, flavæ.

Germen 5-noduloſum, glabrum.

Stylus nullus.

Stig-

Stigma obtuſum, ſesſile inter acumina capſularum.
Capſulæ 5, connatæ, obtuſæ, glabræ, baſi crasſiores.
obſ. Filamenta alia 5 absque antheris, ſubulata, alba, petalorum ungvibus adnata, vix obſervanda.
Differt a D. *rubra*: floribus albis,
bracteis et cacyce ciliatis.

D. OBTUSATA. *Frutex* ſtrictus, flexuoſus, erectus, pedalis et ultra.
Rami per intervalla aggregato ſubverticillati, inæquales, flexuoſi et retroflexi, tuberculati, pubeſcentes, fuſci, virgati.
Folia in caule et inferiori ramorum parte nulla, in apicibus ramorum et ramulorum approximata, imbricata, trigona, acuta, integra, ſubtus ſexfariam punctata, ſemiungvicularia.
Flores in apice ramulorum ſolitarii.
Corolla rubra petalis baſi ciliatis.
Bracteæ margine membranaceæ, ciliatæ.

D. PECTINATA. *Frutex* erectus, fuſco-ſangvineus, glaber, pedalis et ultra.
Rami et *Ramuli* filiformes, erecti, faſtigiati, pubeſcentes.
Folia in ramulis frequentia, ſparſa, trigona, ſubulata mucrone glanduloſo, margine eleganter ciliata ciliis albis, ungvicularia.
Flores in ramulis terminales.

D. HIRSUTA. *Frutex* erectus, fuſco-cinereus.
Rami filiformes, ſparſi et oppoſiti, cinerei, villoſi.
Ramuli ſimiles, ſubfaſtigiati.
Folia ſparſa, trigona ſeu ſupra plana, glabra; ſubtus convexa, punctata, hirſuta pilis cinereis, mucronata, integra, imbricata, incurva, ungvicularia.

Flo-

Flores in ultimis ramulis terminales, ſubſolitarii vel cum duobus lateralibus terni, incarnato-albidi.

D. BISULCA. *Frutex* ſcabridus, fuſcus, erectus, glaber, pedalis et ultra.

Rami flexuoſi, villoſi, ramulis frequentibus hirſutis, flexuoſis.

Folia trigona, acuta acumine glanduloſo, ſupra concava, ſubtus biſulca, tota pilis brevisſimis hirſuta, imbricato-erecta, incurvata, ungvicularia.

Flores in apicibus racemoſi, ſubumbellati, albi.

Antheræ exſertæ.

Differt a D hiſpida: 1. foliis longioribus, acutioribus, curvatis.
2. floribus racemoſis.
3. ſtaminibus longioribus.

D. HISPIDA. *Fruticulus* fuſco-cinereus, pedalis et ultra.

Rami ſparſi et ſubumbellati, frequentes, patentes, purpuraſcentes, tenuisſime pubeſcentes.

Folia ſparſa, frequentia, trigona; ſupra plana, ſulcata; ſubtus carinata et ſulco duplici exarata; tota tenuisſime villoſo-hiſpida et ſcabra, acuta, mutica, recurvato-patula, ſemiungvicularia.

Flores terminales, plurimi, umbellati, albi.

Pedunculi et calyx purpuraſcentes, pubeſcentes.

Nectarium petaliforme.

Capſulæ ſæpius tres.

Variat foliis ſubtus magis convexis et minus ſulcatis.

D. VIRGATA. *Fruticulus* totus glaber, erectus, ramoſus, ſpithamæus vel ultra.

Rami pauci, filiformes, elongati, ramuloſi.

Ramuli aggregato-ſubverticillati, ſubfaſtigiati, ſæpe iterum ſimiliter ramuloſi.

Fo-

Folia in caule et ramis remota, pauciora; in ramulis frequentiora, ſubimbricata, ſparſa, trigona, obtuſiuſcula, ſubtus bifariam glanduloſo-punctata, læte viridia.
Petioli nodoſi, adpreſſi, pallidiores.
Flores in ultimis ramulis ſubracemoſi, faſtigiati, plurimi, albi, glabri.

D. ERICOIDES. *Frutex* erectus, totus glaber.
Rami ſubtrichotomi et dichotomi.
Ramuli ſimiles, ſubfaſtigiati.
Folia ſparſa, ramos et ramulos tegentia, ovato-oblonga, obtuſa, integra, trigona ſeu ſupra plana; ſubtus carinata ſulco prope carinam utrinque et præterea quaſi coſtæ duæ intra margines; glabra, punctata, imbricata, apice patula, lineam longa.
Flores in ultimis ramulorum apicibus terminales, ſolitarii vel bini.
D. CAPITATA. *Frutex* prolifer, erectus, ramoſus, fuſcus, tripedalis.
Rami et ramuli per intervalla ramuloſi ramulis ſubverticillatis, brevibus, erectis, villoſis, foliis tectis, ſubfaſtigiatis.
Folia ſparſa, conferta, obtuſa; ſupra plana, linea elevata; ſubtus trigono-carinata; biſulca, undique ſcabra, apice incurva, octofariam imbricata, lineam longa.
Flores in ramulis terminales, ſeſſiles, capitato-ſpicati.
Bracteæ exteriores 5, calyci approximatæ, æquales, concavæ ſupra, ſubtus valde carinatæ, margine tenui ſubvilloſo, calyce breviores, glabræ; interiores 5, bracteis exterioribus ſimiles ſed duplo latiores et longiores.
Perianthium 5 phyllum: *foliola* lanceolato-oblonga, obtuſa, margine villoſa, extus parum carinata, intus concava, glabra, erecta, longitudine ungvium corollæ.

Stylus filiformis, erectus, longitudine filamentorum.
Stigma ſimplex, obtuſum, ſubtrifidum.
Capſula bilocularis.

D. Succulenta. *Frutex* erectus, fuſcus, glaber, bipedalis et ultra.
Rami trichotomi et dichotomi, a caſu foliorum noduloſi, fuſci, erecti.
Ramuli ſimiles, ſubfaſtigiati.
Folia ſparſa, decusſata, carnoſa, trigona, obtuſa, ſupra concava; ſubtus convexo-carinata, punctato-rugoſa; glabra, integra, margine eleganter ciliata ciliis albis, imbricata, lineam longa.
Flores in ultimis ramulis terminales, pauci.
Variat ramulis villoſis et foliis margine ſcabridis, etiam in eodem frutice.

D. Tetragona. *Frutex* erectus, ſpithamæus.
Rami ſubumbellati, foliis tecti, curvato-erecti, inæquales.
Folia decusſata, baſi exciſo-cordata, ovata, convoluto navicularia ſeu ſupra canaliculata, ſubtus carinata, acuta, ciliata, quadrifariam imbricata apice patulo, lineam longa.
Flores in ramorum apicibus terminales, ſolitarii, majuſculi, incarnati.
Petala 5, lanceolata, acuta, glabra, alba, intus ſupra baſin lanata.
Nectaria petaliformia, barbata.
Stylus brevisſimus, *Stigmate* obtuſo.
Variat foliis ciliatis et ſcabris.

D. Cupressina. *Rami* alterni, filiformes, erecti, tecti foliis.
Folia alterna, ovata, minuta, imbricata, trigona, ſubſcabra, erecta, apice calloſo-colorata.
Flores terminales, ſolitarii, ſesſiles.

D Pu-

D. Pubescens *Fruticulus* palmaris vel ſpithamæus, ſimplex vel ramoſus, erectus, cinereus.
Rami pauci, plerumque in ſummitate terni, ſubfaſtigiati, hirti.
Folia ſparſa, caulem ſupra et ramos tegentia, lanceolata, mutica, obtuſiuſcula; ſubtus convexa et carinata, hirſuta; ſupra plana, glabra; integra, imbricata, lineam longa.
Flores terminales, plurimi, umbellati, albi et cæruleſcentes.
Pedunculi et calyx villoſi.

D. Villosa. *Frutex* cinereus, ſubdecumbens, ſpithamæus.
Rami pauci, alterni, flexuoſo-erecti, cinereo-fuſceſcentes, glabri, noduloſi, aphylli.
Ramuli dichotomi et ſubverticillati, cernui, foliis tecti, ſubfaſtigiati.
Folia frequentisſima, ſparſa, lanceolata, acuta, mutica, integra; ſupra plana, coſta medio elevata, glabra; ſubtus carinata, rugoſa, villoſo ſcabra, pilis brevibus, albis, recurvis; imbricata, ſemiungvicularia.
Flores in ramulis terminales, aggregati, ſubſesſiles, capitati.
Corollæ incarnatæ, intus barbatæ.
Nectaria quinque, barbata.

D. Ciliata. *Frutex* erectus, cinereus, bipedalis et ultra.
Rami ſparſi, oppoſiti, ſubverticillati, elongati, laxi, cinereo-flaveſcentes, glabri.
Ramuli ſimiles, capillares, ſubfaſtigiati, tenuisſime pubeſcentes, folioſi.
Folia ſparſa, lanceolata, acuta, mutica, ſupra plana; ſubtus carinata, glanduloſo-punctata; ciliata ciliis raris albidis, imbricato-patula, internodiis longiora, lineam longa.

Flores terminales, plurimi, umbellati, albi.
Petioli et calyx purpuraſcentes, villoſi.

D. Linearis. *Frutex* erectus, cinereus, totus glaber, pedalis et ultra.
Rami dichotomi et trichotomi, divaricati.
Ramuli ſimiles, filiformes, laxi.
Folia decusſata, linearia, obtuſa, mutica, integra, glabra, ſupra plana, ſubtus a marginibus revolutis ſulcata, patentia vel reflexa, ungvicularia.
Petioli ſemiteretes, pallidi, ſemilineam longi.
Flores in ramulis terminales, ſubſolitarii, pedunculati.
Pedunculus filiformis, glaber, foliis paulo brevior.
Differt a D. *ſucculenta*: foliis obtuſis, glabris, planis.
hirſuta: foliis omnino glabris et obtuſis.
rubra: foliis planis, obtuſis, impunctatis.
ericoide: foliorum margine reflexo.

D. Ensata. *Frutex* erectus, totus glaber, purpuraſcens, 3-pedalis et ultra.
Rami ſparſi, angulati, nodoſi, flaveſcentes, elongati, laxi.
Ramuli filiformes, ſparſi, virgati, angulati, flaveſcentes, erecti.
Folia ſparſa, lineari-enſiformia, acuta, plana, crenata crenis pellucido-glanduloſis, glabra, nitida, erecto-patula, pollicaria et ultra.
Flores in ramulis laterales, pedicellati, erecti.
Pedunculi incrasſati, foliis multoties breviores.
Capſula ſolitaria, oblonga, apice compresſo-membranacea, ſubfalcata, punctata, unilocularis.

D. Rugosa. *Frutex* erectus, pedalis et ultra.
Rami et ramuli ſubverticillati, terni et quaterni, purpuraſcentes, pubeſcentes, erecti.

Fo-

Folia ſparſa, ovato-oblonga, obtuſa, integra; ſupra plana, concava, glabra; ſubtus leviter carinata, ſcabra, villoſa; utrinque rugoſa, patentia et reflexa, frequentia, internodiis longiora, ſemiungvicularia.
Flores terminales, plurimi, umbellati, albi.
Petioli valde hirſuti.
Calyces pubeſcentes.
Filamenta capillaria, alba, corolla longiora.

D. Lanceolata. *Frutex* cinereo-fuſcus, glaber, erectus; pedalis et ultra.
Rami et *ramuli* dichotomi, et ſubverticillati, virgati, patentes, ultimi tenuisſime pubeſcentes.
Folia ſparſa, ovato-lanceolata, obtuſa, marginata margine reflexo et undulato-ſubcrenata, obſolete rugoſa, ſubtus punctata, glabra, rarisſime piloſa, erecto-patentia, ungvicularia.
Flores in ſummitatibus ramulorum axillares, pedunculati, gemini et ſolitarii, rarius plures terminales.
Pedunculi filiformes, ſtriati, foliis breviores.

D. Ovata. *Rami* dichotomi et trichotomi, cinerei, ſcabridi, flexuoſo-erecti, ramulis ſimilibus.
Folia decusſata, ſubrotunda, glabra, tenuisſime glanduloſo-crenata, ſubtus punctata, imbricata.
Flores in ramulis laterales, albi.
D. Betulina. *Frutex* erectus, totus glaber, orgyalis.
Rami ſparſi, purpuraſcentes, elongati.
Ramuli ſparſi et oppoſiti, filiformes, frequentes, virgati, erecti, breves.
Folia ſparſa et ſuboppoſita, obverſe ovata ſeu ſubcuneiformia, obtuſisſima, crenata, ſupra viridia; ſubtus pallida, punctata, margine obſolete reflexa; utrinque glabra, lucida, erecto-patentia, frequentia, inæqualia, ſemiungvicularia et ungvicularia.

Flo-

Flores in ultimis ramulis axillares, ſolitarii, pedunculati, albi.
Pedunculi foliis breviores.
Calyx villoſus.
Capſulæ punctato muricatæ.

D. Crenata. *Frutex* erectus, totus glaber, bipedalis et ultra.
Rami teretes, purpuraſcentes, elongati, laxi.
Ramuli ſubverticillati, terni vel ſparſi, angulati, purpurei, virgati, iucurvi, laxi.
Folia ſparſa, ovata et ovato-oblonga, obtuſa, plana, glabra, ſupra ſaturate viridia; ſubtus pallidiora, punctato-glanduloſa, coſta media exarata; crenata crenis glanduloſo-punctatis, lucida, erecto-patula, ungvicularia.
Flores axillares in ramulis, ſolitarii, pedunculati, majuſculi, albi.
Pedunculi filiformes, foliis breviores.
Nectaria 5, petaliformia, lanceolato-linearia.

D. Uniflora. *Radix* filiformis, fibroſa.
Frutex teres, cicatricibus foliorum ſcaber, raro ſimplex, ſæpe ramoſus, ſpithamæus usque pedalis.
Rami ſubumbellati, divaricato-patentes, apice erecti, purpuraſcentes, glabri vel villoſi, inæquales, rarius ramuloſi.
Folia ovato-oblonga vel ovato-lanceolata, obtuſa, ſparſa, erecta, internodiis longiora, ungvicularia, ſabriuſcula, margine, integra, punctis marginalibus pellucidis; ſupra ſaturate viridia ſulco longitudinali obtuſo; ſubtus pallidiora; punctis pellucidis plurimis; glabra vel ciliata.
Flores terminales, ſolitarii vel plures in ultimis ramulis a 2 ad 9, erecti, pedunculati.

Pe-

Pedunculi lineam longi, vel breviores, bracteis aliquot veſtiti, uniflori.

Filamenta 5, filiformia, ſerti lateri inſerta, geniculato-inflexa, piloſa, ſtaminibus fere longiora, alba, extus apice purpuraſcentia, apice glandulis antheriformibus, truncatis, concavo patereformibus, fuſco-purpuraſcentibus. *Filamenta* 5 alia, ſubulata, incurva, piloſa, alba, brevisſima, nectariis plus duplo breviora, ſerti-lateri inſerta, cum nectariis alternantia.

Germen ſuperum, glandulis capitatis ſubpedicellatis plurimis, virentibus cinctum.

Stylus brevisſimus, crasſiuſculus, vireſcens, ſulcatus, glaber, erectus vel reflexus.

Stigma obtuſum, perforatum, 5-nodoſum nodulis globoſis, glabris.

Variat ramis glabris et villoſis; foliis glabris et ciliatis.

D. Pulchella. *Frutex* erectus, totus glaber, ramoſisſimus, tripedalis et ultra.

Rami ſparſi, elongati, purpuraſcentes.

Ramuli filiformes, ſubverticillato-approximati, erecti, ſubfaſtigiati, villoſi.

Folia ſparſa, inferiora ovato-oblonga, ſuperiora ovata, obtuſa, crenata crenis glanduloſis et margine reflexo, ſupra plana, ſubtus coſta longitudinali, lucida, patenti-erecta, ſemi-ungvicularia.

Flores in apicibus ramulorum axillares, pedunculati, gemini, purpuraſcentes, albidi.

Pedunculi capillares; flaveſcentes, glabri, foliis longiores.

Nectaria 5, petaliformia, lanceolato-linearia.

Capſulæ tres.

D. Latifolia. *Frutex* totus villoſus, pedalis et ultra.

Rami alterni, erecti, ramulis ſubtomentoſis, ſparſis, rarioribus, flexuoſis.

Fo-

Folia ſparſa, ovata, obtuſiuſcula, glanduloſo-marginata et crenata, concaviuſcula, ſubtus pallidiora, tenuisſime pubeſcentia, patulo-imbricata, ungvicularia.
Flores verſus ſummitates ramorum racemoſi, albi, pedunculis unifloris, foliis longioribus.

D. Marginata. *Frutex* erectiuſculus, cinereo-purpuraſcens, ſpithamæus et ultra.
Rami et ramuli ſubumbellatim ſparſi, filiformes, flexuoſi, patentes, villoſi.
Folia ſparſa et ſuboppoſita, cordata, obtuſiuſcula, integra margine reflexo, interdum membranacea, glabra, ſupra viridia, ſubtus pallida, patentia; inferiora majora, ovata; ſuperiora minora, lanceolata.
Flores terminales, umbellati, majuſculi, incarnato albi.
Pedunculi filiformes, ſubvilloſi, bracteis duabus in medio, foliis longiores.
Filamenta 5, ſterilia, barbata; 5 antherifera.

D. Glandulosa. *Rami* teretes, cinerei, glabri, flexuoſo-erecti.
Ramuli ſubumbellati, erecto-incurvi, pubeſcentes, iterum ramuloſi.
Folia in ramulis ſparſa, ovata, acuta, integra margine reflexo, ſupra rugoſa, ſubtus villoſa, patula.
Flores terminales, umbellati, incarnati.
Pedunculi villoſi, ungviculares.

D. Imbricata. *Frutex* fuſcus, erectus, ramoſisſimus, tripedalis et ultra.
Rami verticillati, cauli ſimiles.
Ramuli plurimi, verticillati, foliis tecti, villoſi, ſubfaſtigiati, digitales.
Folia ſparſa, frequentisſima in ramulis, ovata, acuminata, ſupra glabra; ſubtus punctata, villoſa; margine ciliata, imbricata, ſemilineam longa. *Flo-*

Flores in ramulis terminales, umbellati.
Calyces villoſi.

D. Barbigera. *Frutex* flexuoſus, erectus, cinereus, totus glaber, pedalis et ultra.
Rami et ramuli ſparſi, flexi et curvati, cinerei.
Folia ſparſa, cordata, acuta, integra margine reflexo, ſupra ſubrugoſa, ſubtus punctata, patula, glabra, inæqualia, ſubungvicularia.
Flores terminales, umbellati, pedunculati, plurimi.
Pedunculi uti et calyces angulati, glabri, purpuraſcentes, foliis longiores.
Petala apice intus barbata.

D. Orbicularis. *Fruticulus* erectus.
Rami filiformes, flexuoſo-erecti, tenuisſime pubeſcentes.
Ramuli ſubverticillati, breves, incurvati, per intervalla remoti.
Folia ſparſa, orbiculata vel parum ovata, integra, glabra, reflexa, ſubrugoſa, minima vix dimidiam lineam longa.
Flores verſus ſummitates racemoſi, albi.
Pedunculi villoſi, uniflori, foliis longiores.
Stamina corolla duplo longiora.

SYNONYMA.

D. *rubra.* Linn. Spec. Plant. p. 287. Syſt. Veget. p. Gmelin p. 409. Berg. Pl. Cap. p. 62.
D. *virgata.* Prodr. Pl. Cap. p. ult. append.
D. *hirſuta.* Linn. Spec. Plant. p. 286. Syſt. Veget p. Gmelin p. 409. Berg. Pl. Cap. p. 65.
D. *pectinata.* Prod. Pl. Cap. p. ult. append.
D. *hiſpida.* Prodrom. Plant. Cap. p. 42. Hartogia capenſis. Linn. Spec. Pl. p. 288. Mant. p. 342.

Dioſma capenſis, Linn. Syſt. Veget. p. Gmelin p. 409.

D. *biſulca.* Prodrom. Plant. cap. p. ult. append.

D. *pubeſcens.* Prod. Pl. Cap. p. 43. Hartogia ciliaris. Linn. Syſt. Veget. XII. p. 625. Hartogia ciliata. Berg Pl. Cap. p. 68. Dioſma corymboſa, Montin Act. Lundens. vol. 1 p. 2. cum icone, Linn. Syſt, Veget. p. Gmel. p. 409.

D. *ciliata.* Prodr. Pl. Cap. p. 43. Dioſma ciliata Linn. Spec. Plant. p. 287. Syſt. Veget. p. Gmelin p. 409. Berg. Pl. Cap. p. 66.

D. *ericoides.* Linn. Spec. Plant. p. 287. Syſt. Veget. p. Gmelin p. 409. Berg. Pl. Cap. p. 65.

D. *ſucculenta.* Dioſma oppoſitifolia Linn. Spec. Pl. p. 286. Syſt. Veget. p. Gmelin p. 408. Dioſma ſucculenta. Berg. Pl. Cap. p. 62. Linn. Syſt. Veget. p. Gmel. p. 408.

D. *cupresſina.* Linn. Mantisſ. p. 50. Syſt. Veget. p. Gmelin p. 409.

D. *capitata.* Linn. Mantisſ. p. 210. Syſt. Veget. p. Gmel. p. 409.

D. *villoſa.* Hartogia villoſa. Berg. Pl. Cap. p. 70. Linn. Syſt, Veg. p. Gmel. p. 410.

D. *tetragona.* Linn. Suppl. p. 155. Syſt. Veg. XIV p. 239. p. Gmel. p. 410.

D. *linearis.* Prodr. Pl. Cap p. 43.

D. *enſata.* Dioſma unicapſularis. Linn. Suppl. p. 155. Syſt. Veg. XIV. p. 239. p. Gmelin p. 409. Empleurum, Jusſieu Gener. p. 289. Aiton Hort. Kewenſ. Vol. 3. p. 340.

D. *lanceolata.* Hartogia lanceolata. Linn. Syſt. Veg. XII. p. 625. Dioſma lanceolata. Linn. Spec. Pl. p. 287. Syſt. Veg. p. Gmel. p. 409.

D. *o-*

D. *ovata.* Prodrom. Pl. Cap. p. 43.
D. *rugoſa.* ibid.
D. *uniflora.* Linn. Spec. Plant. p. 287. Syſt. Veg. p. Gmel. p. 409. Hartogia uniflora. Berg. Plant. Cap. p. 71.
D. *pulchella.* Linn. Spec. Plant. p. 288. Syſt. Veg. p. Gmel. p. 409. Hartogia pulchella. Berg. Pl. Cap. p. 69. Linn. Syſt Veg. XII. p. 625.
D. *crenata.* Linn. Spec. Plant. p. 287. Syſt. Veg. p. Gmel. p. 409. Hartogia crenata.
D. *latifolia.* Linn. Suppl. p. 154. Syſt. Veg. p. Gmelin p. 409. Prodr. Pl. Cap. p. ult. Append. Dioſma odoratisſima Montin Act. Lund. 1. p. 2. c. icone.
D. *betulina.* Hartogia betulina. Berg. Pl. Cap. p. 67.
D. *marginata.* Linn. Suppl. p. 155, Syſt. Veg. p. Gmelin p. 410.
D. *imbricata.* Hartogia imbricata. Linn. Mant. p. 124. Dioſma imbricata. Linn. Syſt. Veg. p. Gmelin p. 409.
D. *barbigera.* Linn. Suppl. p. 155. Syſt. Veg. p. Gmelin p. 410.
D. *orbicularis.* Prodr. Pl. Cap. p. ult. Append.
D. *bifida.* Iacqu. Collect. vol. 3. p. 278. tab. 20 f. 1. Syſt. Veg. p. Gmelin p. 409.

LOCUS.

Creſcunt prope urbem Cap in collibus montium et alibi: *rubra* vulgatisſima; *pubeſcens* vulgaris etiam extra Cap; *ſucculenta*, *hiſpida*, *uniflora*, *imbricata.*

In arenoſis campis inter Picketberg et Verlooren valley *hiſpida*; inter Cap et Drakenſtein prope Franſche Hoek et in Paardeberg *marginata*, et *pulchella*; in-

inter Cap et Paarl *tetragona;* in Svartland *barbigera*, *crenata*, *imbricata;* in Groene kloof et Saldanabay *imbricata.*

In montibus inter Nordhoek et Bayfals *capitata*; in monte ſummo Roode Sand *enſata*, *betulina*; in ſummo Taffelberg *crenata*; in Lange kloof *enſata* et *lanceolata.*

TEMPUS FLORENDI.

Florent plurimæ ſpecies toto fere anno, imprimis vero *Aprili* et *Majo* capitata, pubeſcens, imbricata.
Majo et ſequentibus *menſibus* rubra, hiſpida, uniflora, ſucculenta, tetragona, pulchella, marginata.
Auguſto, *Septembri*, *Octobri* enſata, crenata.
Octobri, *Novembri* lanceolata, betulina, barbigera.

USUI

Inſerviunt imprimis *uniflora*, *pulchella*, *crenata* et *betulina*, quarum Folia inter lapides in pulverem redigunt Hottentotti, eoque, cognomine *Buchu*, corpus pingvedine ovina ante inunctum adſpergunt, unde odor eorum graveolens et inſvetis valde ingratus.

16. (No. 12)

DISSERTATIO DE USU MENYANTHIDIS TRIFOLIATÆ,

QUAM

VENIA EXP. FACULT. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA, MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. ET HAFNIENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. HALENS. NAT. SCRUT. LINN. LONDIN. PHYS. GÖTTINGENS. MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

P. P.

CAROLUS JOH. KJELLMAN,

STIP. REG. WERMELANDUS.

IN AUDIT. BOTAN. D. 24 MAIJ 1797.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,

LITTERIS JOH. FR. EDMAN, REG. ACAD. TYPOGR.

LANDS-FISCALEN

ÅDEL OCH HÖGACKTAD

HERR

DAN. HOLMBERG,

SAMT

WÄLÄDLA FRU

MAR. HOLMBERG,

FÖDD FRÖBERG.

Må en annan vid den förnämes fötter nedlägga ſi-na offer, för den blick af nedlåten ynneſt, af hvilken han funnit ſig ſmickrad; Jag tilfred ſtäller mitt hjerta, då jag tillägnar EDER *desſa Blad, och offenteligen förklarar, at J ären mine ſtörſte Walgörare.*

C. J. KJELLMAN.

DE USU

MENYANTHIDIS TRIFOLIATÆ,

§ 1.

Nihil æquius eſt et ſapientiæ regulis convenientius, quam ut indigenis gens quælibet potisſimum utatur felicioris vitæ adjumentis, neque apud exteros majori ſumtu et labore quærat, quæ minori pretio et faciliori negotio domi posſint comparari. Quotidie magna impenſa ab exoticis terris res innumeræ petuntur, quas pares, ſi non præſtantiores nobis ipſa præbet patria. Hanc viam Medicorum non pauci ingresſi, medicamenta exotica, omisſis in praxi indigenis, nimis ſedulo adhibuerunt; quo factum eſt, ut optima quæque horum oblivioni ſint tradita, quaſi nihil utile, nihil præclarum noſtro in climate produci posſet. Exempli loco adferri poterit Herba apud nos vulgatisſima, ad paludes frequens *Menyanthes Trifoliata*, vel ut Pharmacopolis audit, *Trifolium Aquaticum* l. *Fibrinum*, quæ virtutibus in medicina et oeconomia eximiis, haud paucas exoticas antecellit. De hac igitur herba efficaci et, ſi recte adhibetur, utilisſima, ſpeciminis Academici loco, nonnullas adducere lubet obſervationes.

§ 2.

Adumbratio Botanica.

In Menyanthide deſcribenda prolixitatem eo magis evitare licebit, quo notior hæc eſt etiam rudioribus, et quo majori a Botanicis eximiis diligentia dudum eſt de-

ſcripta. Vocatur *Menyanthes Trifoliata.* LINN. ſp. pl. 208 mat. med. p. 66. Syſt. Veget. per GMELIN p. 329. Ceterisque ejus operibus; *Trifolium paludoſum* LOBEL. Hiſt. 496. *Trifolium paluſtre* BLACKW. Herb. t. 474. DODON. Pempt. 570. *Trifolium Fibrinum* TILLANDZ Jcon. 157. Svetice dicitur *Vattu-våpling*, *Vattuklöfver*, *Munkkål*; *Getkål*, *Blåcken* etc. Adcuratiorem ejus deſcriptionem invenimus in Hiſt. Nat. et Pharm. Prof. Cel. D. P. G. BERGII Mat. Med. p. 90 ſeqq. Nos igitur non niſi paucisſimas adponemus notas.

Habitat in Europæ paludibus pasſim. Herba perennis. Menſibus Maji & Junii floret. Corolla hirſuta. Nectaria 5 ad baſin germinis. Stigma 2 lobum. Capſ. 1 locularis. Foliis ternatis, corollæ laciniis margine integris, ſuperne barbatis, a reliquis ſpeciebus dignoſcitur. cfr. Flor. Dan. t. 541. Flor. Svec. p. 61.

§ 3.

Qualitas.

Succus herbæ expresſus, vel infuſum aquoſum foliorum, quæ amarisſima ſunt, vitrioli martis ſubita nigreſcentia, adſtringentem produnt qualitatem. Ob amaritiem ſuam eximiam, nullo heterogeneo ſapore mixtam, medicamini huic merito adjudicamus qualitates, quas vix in remediis exoticis, etiam laudatisſimis deprehendimus. Hac herba melius nota et uſu comprobata, facile ſumtuoſioribus exoticis carere posſemus; e. g. Ligno Quasſiæ, Cortice Simarubæ, Radice Columbæ, Faba Ignatii, Cortice Caſcarillæ.

§ 4.

Vires.

Inſigni gaudet vi hæc herba roborandi ventriculum, va-

varia ejus vitia tollendo, tam topica, quam remotiora, quæ ejus ab labe originem ducunt, neque in tenacitate humorum infringenda et in farctibus reſerandis reliquis in praxi hodierna uſitatis amaris cedit. Vices bilis mirifice ſupplet, digeſtione debili motuque periſtaltico langveſcente, fibris ventriculi et tubi inteſtinalis tonum reſtituit, ὄρεξιν excitat, putredini in ventriculo reſiſtit, atque acidum, ibidem pluribus ex causſis collectum, corrigit. Vim autem laxantem et emeticam herbæ, a Villio aliisque, immerito additam esſe exiſtimamus. Digeſtionem quidem promovet, non vero ſurſum nec deorſum evacuat. Quod ſi hic effectus apud debiliores vel delicatiores appareat, non immediate ſed mediate virtuti herbæ eſt adſcribendum. Cui tamen fini obtinendo medicamina, quæ habemus aptiora, longe præſtat adhibere.

§ 5.

Uſus Medicus.

In *Scorbuto*, etiam quando in ulcera erumpit, vim ſuam exſerit eximiam Menyanthes. Præſcribitur hunc in finem infuſum in cereviſia, vel ejus loco aqua, vel decocti forma epotum; atque externe, vel decocto aquoſo ulcera lavando, vel folia ejus recentia, ſive aqva macerata, circumvolvendo. Ruſticis in *Anglia* adverſus fœda exanthemata ſcorbutica, quibus verno tempore infeſtantur, ſuccus herbæ expresſus domeſticum præbet remedium.

Contra maculas a cancro, ſcabie, herpete et tinea relictas decoctum ſaturatum mirifice inſervit.

In *Hæmorrhagiis* uteri, a laxitate fibrarum oriundis, tonum reſtituendo, atque modo ſtiptico agendo, egregium præſtat uſum.

In *Hydrope*, imprimis illa in ſpecie, quæ *Anaſarca* dicitur, ubi, ob laxitatem nimiam inteſtinorum, plerum-

que Diarrhœa habet locum, non tuto præſcribi posſunt remedia uſitata, Cremor Tartari et Scilla; ſed potius amara, e quibus noſtrum maxime ſe commendat.

In *Arthritide* Trifolium aqvaticum in cereviſia coctum profuisſe perhibetur, et folia aqua decocta loco adfecto adplicata calida ægrotis fuisſe ſolatio. — Cum ſero lactis vim herbæ ſalutarem in ſe ipſo expertum Boerhawius narrat. Idem quoque Alston commemorat, ſed uſum hujus remedii, momento licet mitigantem, plura poſtmodum attulisſe incommoda. Quod quidem verum. Huic enim remedio commune eſt cum omnibus amaris, ut eruptionem Arthritidis impediant, quo accidit, ut nutrimentum ſuperfluum, utpote vera arthritidis causſa, ad viſcera nobiliora, maximo cum ægrotantis periculo transmisſum, niſui naturæ humores ſuperfluos ad partes a corde remotiores determinandi, ſit impedimento.

Vermes ſemper apud illos generari ſolent, quorum organa digeſtionis ſunt debilitata, bilisque, debitis deſtituta qualitatibus, langvet. Amara heic commendari merentur, quæ in tubo inteſtinali actionem reſtituunt et meliora inter anthelmintica annumerari posſunt. Hæc etiam eſt ſententia Villii ſtatuentis, ſcrupulo pulveris trifolii aquatici dimidio aut integro quotidie jejuno ventriculo, cum decocto herbæ aut tenui cereviſſa, dato, et hac medendi ratione per dies duodecim aut quindecim protracta, primis quidem diebus tormina, et quidem dira, ſine vermium excretione fuisſe excitata; qui tamen diebus ſequentibus copioſe absque torminibus ſecesſerunt.

In *Febribus Intermittentibus*, magno etiam cum ſucceſſu, remedium hoc fuit adhibitum; ubi tamen illa, quæ in uſu amarorum in genere obtinet, cautio eſt adhibenda, ut primæ viæ omni ab ſorditie et ingeſtis liberentur. Qua autem ratione hoc remedium, æque ac reliqua amara fe-

febrim tollant, non facile indagatur. Forſitan reprimunt ſpasmos, partim agendo in fibras muſculares ventriculi, partim in nervos ſe cum ventriculo communicantes, primo in ipſo ventriculo, dein in tota corporis ſuperficie. Quo minus in partes a ventriculo remotas vim ſuam exſereret, vel abſorptio hic obtineret, repugnare videtur celerior ille medicaminis effectus, quam ex abſorptione exſpectare licet. Hujus remedii in febri quartana debellanda magnam ſe expertum fuisſe efficaciam Villisius memorat. Odhelius, Darelli, Bergius, celebratisſimi Medici noſtrates, idem ſibi contigisſe teſtantur. Pauperioribus certe, qui corticem Peruvianum magno pretio ſibi adquirere non valent, hoc maximopere commendari debet medicamentum, quod in febribus nuperrime dictis regularibus, quæ tempore autumnali plerumque grasſantur, omnino eſt præſtantisſimum. Ad ſaporem tum trifolii aquatici, tum corticis peruviani involvendum, vimque remedii augendam, ambo hæc in masſa pillularum combinari posſunt.

In *Gaſtrodynia Atonica* uſus protractus Trifolii aqvatici vel puri, vel cum ſale Amoniaco martiali mixti magnopere eſt commendatus, atque cortici peruviano præferendus. Prælect. cel. D. Prof. Acrel.

Circa uſum hujus remedii ac reliquorum Amarorum tamen eſt obſervandum, quod nec in morbis hecticis, nec in febribus inflammatoriis, nec in remittentibus bilioſis, ubi adſunt ſigna gaſtrica et inflammatoria, nec in ſtatu graviditatis tuto adhiberi posſit.

§ 6.

Methodus medendi.

Uſurpatur hoc remedium aut in forma Theæ, vel infuſi coctione ſaturatiori præparati.

Extractum aquoſum vulgo, vel ſpirituoſum Ph. Dan. p. 172 efficax eſt, et frequentem commodumque præbet uſum.

Esſentia Ph. W. p. 87. in deſvetudinem venit et rarius noſtro tempore præſcribi ac propinari ſolet.

In forma pillularum etiam dari ſolet medicamentum a trifolio noſtro paratum ab uno ſcrup. ad dimid. drachm. quotidie.

Succus expresſus admodum validus eſt, nec niſi in caſu deſperato adhibendus.

Herbæ Lib. IV dant Extracti aquoſi circiter unc. VI. *Tinctura ſpirituoſa* intenſius eſt amara, ejusque uſus ideo deberet esſe frequentior.

In ſubſtantia optime herba noſtra præſcribitur, modo organa digeſtionis non adeo ſint debilitata, ut ſine majori ægroti incommodo hoc fieri nequeat.

§ 7.

Uſus Oeconomicus.

Herbam valde licet amaram et quodammodo fœtidam pecora tamen non repudiant. Tabidis ovibus aliisque pecudibus eximium hanc esſe remedium traditur. Quin et ab hominibus, annonæ presſis caritate, in Weſtrobothnia, admixta portione farinæ exigua, ex radicibus panis, etſi haud ſapidus, aliquando conficitur. Coctoribus cereviſiæ folia lupuli loco inſerviunt, unde potui additur ſapor a cereviſia Anglica (Porter dicta) non multum diſcrepans. Modum, quo hunc in finem adhibetur Menyanthes, in *Novo Diario Oeconomico* anno 1790, menſe Julii, ex narratione Angli cujusdam navarchæ, adtulit D. Dr. S. Liljeblad, quam videſis. Plura, quæ in hanc rem adferri posſent, addere temporis anguſtia vetat.

J. II. 410

DISSERTATIO BOTANICA.

DE

HYDROCOTYLE,

QUAM

VENIA EXP. FACULT. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFNIENS. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. JENENS. LINN. LONDIN. PHYS. GÖTTINGENS. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PROPONIT

JOHANNES PETR. PONTÉN.

SMOLANDUS.

IN AUDIT. BOTAN. D. XXIV NOVEMB. MDCCXCVIII.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,
Litteris JOHAN. FREDR. EDMAN, Reg. Acad. Typogr.

No. 131
LIBRARY NEW YORK BOTANICAL

à

MESSIEURS,

PIERRE REUTERSVÅRD,

CAPITAINE AU REGIMENT DE ROSENBLAD,

SVENON. INGEM. LJUNGH,

CHAMBRIER DE LA PROVINCE,

ERIC ACHARIUS,

DOCTEUR DE MEDECINE,

MEDECIN DE LA PROVINCE ET DU LAZARET

DE WADSTENA,

ET

MATTHÉ WALLBERG,

INGENIEUR ORDINAIRE,

J'ai, tant pour la bonté, dont VOUS m'avés honorés, que pour la ſcience, dans la quelle l'Hydrocotyle eſt traitée, pris la liberté de VOUS offrir ce petit échantillon de mes études et de VOUS conſacrer ces feuilles, ne ceſſant jamais de faire des voeux pour VOS proſperitées,

MESSIEURS!

VOTRE

très humble et très obeisſant ſerviteur.

JEAN PONTÉN.

SPECTATÆ FIDEI VIRO,

DOM. JACOBO BRANTING:G:S,

CAMERARIO AMPLISSIMO,

NEC NON

VIRO

PLURIMUM REVERENDO ATQUE PRÆSTANTISSIMO,

DOM. PETRO WAHLLUND,

COMMINISTRO IN WAKSALA DIGNISSIMO,

PATRONIS PROPENSISSIMIS, OPTIMIS!

ET

VIRO

PLURIMUM REVERENDO ATQUE PRÆSTANTISSIMO,

DOM. BENEDICTO WIDEGREN,

COMMINISTRO IN BOLMSÖ ET DANNÂS DIGNISSIMO;

AVUNCULO FAVENTISSIMO, OPTIMO!

In piam mentis gratisſimæ ac venerabundæ, ob multa n me collata beneficia tesſeram, has qualescunque pagellas VOBIS ſacratas volui, debui.

Nihil mihi prius erit & antiquius, quam ut Veſtrum perennem florem proſperitatemque Veſtram a ſummo efflagitem Numine, quum animi gratitudinem erga VOS meam, alio modo teſtificari haud valeam; ero usque ad cineres.

Nominum Veſtrorum.

cultor devotisſimus.

JOHANNES PONTÉN.

KYRKO-HERDEN

ÖFVER

HULTSJÖ, *SKEPPERSTA* OCH *HJERTLANDA*

FÖRSAMLINGAR,

VÄLÄREVÖRDIGE OCH HÖGLÄRDE

MAGISTERN,

HERR PETER PONTÉN,

MIN HULDASTE FADER!

DIG helgas ock, om icke tilbörligaſt, denna lilla Afhandling. Den teknar väl Blomſter, men de äro vattnade med mina tårar. Den glädjedag, på hvilken jag tänkte frambära dem åt DIG och min Mor tillika, har blifvit mörk. Himmel! en vink ifrån Dig har ändrat denna min utſigt. Du har låtit mig förſtå, at ſorg är äfven en lott, ſom Du ſkänker.

Dock, Förſyn! långt ifrån at miſskänna Dig, ſkall jag ändock vörda Dina viſa Lagar — tag derföre, äfven nu den rätt, Du fordrar af mitt hjerta — därnäſt, min FAR! tag en hälft af de Blomſter, jag offrar, jag menar mina tackſägelſer! med den andra hälften vill jag beſtrö den mull, under hvilken blott det förgängliga af min nyligen bortgångna Vän nu ligger — af en Huld och Älſkad Mor! må jag därmed för Allmänheten viſa, kanſke en barnſlig kärlek; men ockſå, at jag altid älſkat min Far och min Mor lika — och at de det förtjent — Emottage mina Vänner en öfrig del af desſa blomſter, jag ſjelf icke äger rätt at behålla!

Men, må Allmagten ſkänka ſtyrka åt DIG, min FAR! munterhet och lugn i DIN ålderdom — må DU ännu länge lefva, för at ſent nedlägga den ſtaf, DU fører — må DU då välſignas af Hjorden och DINA Barn; men nu med nöje uptaga detta offer af

DIN

lydigſte Son

Jan Pontén.

DE

HYDROCOTYLE.

§. 1.

Umbellatæ, a floreſcendi modo ſic dictæ, facile ab aliis dignoſcuntur, Involucro polyphyllo, Petalis Staminibusque quinque, Germine infero, Stylo gemino Semineque nudo, bipartibili; Radice ſæpius ſunt biennes, Caule fiſtuloſo Foliisque diviſis, compoſitis. Qualitates hujus ordinis plantarum in Genere ſunt aromaticæ, acres, calidæ, quandoque amaricantes, interdum ſucculentæ & edules, interdum quoque venenatæ magis. Vires reſident vel in tota herba vel ſæpius in radice & ſeminibus excellentiores, Carminativa præcipue, Diuretica & Emmenagoga; unde a materiæ medicæ Scriptoribus & Medicis Celeberrimis facile omnibus uſus laudatus fuit in Hyſteria, Tympanitide, Aſthmate, Colica flatulenta & aliis non paucis morboſis affectibus. Rarius occurrunt in hocce ordine valde Naturali plantæ fruteſcentes, nunquam arboreſcentes & plurimæ Europam incolunt, pauciores reliquas mundi Plagas. Inter plurima Umbellatarum Genera Hydrocotyle, quam heic deſcribere in animum conſtituimus, facile admodum a ceteris ſuis cognatis ſeſe diſtingvit:

1. Umbella ſimplici,
2. Involucro 4-phyllo
3. Seminibusque compreſſis.

§. 2.

DESCRIPTIO GENERIS.

Umbella ſimplex.

CAL. *Involucrum* 4-phyllum.
COROLLA 5-petala. *Petala* ovata, acuta, integra.

STAM. *Filamenta* 5, ſubulata, erecta.
Antheræ ovatæ, parvæ.
PIST. *Germen* inferum.
Styli duo, ſubulati, erecti, brevisſimi.
Stigmata ſimplicia.
PER. *Semen* obcordatum, compresſum, bipartibile.

OBS. 1:o Flores umbellæ in quibusdam ſpeciebus abortiunt, ut in *tomentoſa*, *glabrata*, *villoſa*.
2:do Involucrum variat foliolis 4, 5 & 6, ut in *tomentoſa*.

§. 3.

CHARACTERES SPECIERUM.

1. *Virgata:* foliis teretibus ſulcatis.
2. *Sinenſis:* foliis linearibus, umbellis multifloris.
3. *Linifolia:* foliis lineari-lanceolatis ſubfalcatis, umbellis paucifloris.
4. *Glabrata:* foliis obovatis glabris.
5. *Villoſa:* foliis cordatis integris villoſis.
6. *Erecta:* foliis cordatis crenatis.
7. *Cordata:* foliis cordatis integris.
8. *Aſiatica:* foliis reniformibus denticulatis.
9. *Moſchata:* foliis reniformibus 7-lobis ſerratis villoſis, umbellis multifloris.
10. *Hirſuta:* foliis reniformibus lobatis crenatis, umbellis verticillatis.
11. *Americana:* foliis ſubpeltatis lobatis crenatis glabris, umbellis 5 floris.
12. *Umbellata:* foliis peltatis, umbellis multifloris.
13. *Vulgaris:* foliis peltatis exciſis, umbellis 5-floris.
14. *Verticillata:* foliis peltatis ovalibus, umbellis verticillatis. vide Tab.

16.

15. *Natans:* foliis reniformibus repando-crenatis natantibus.
16. *Reniformis:* foliis reniformibus dentatis erectis.
17. *Javanica:* foliis lobatis angulatis crenatis. vide Tab.
18. *Ranunculoides:* foliis inciſo-quinquepartitis.
19. *Tridentata:* foliis cuneiformibus apice trifidis villoſis. vide Tab.
20. *Triloba:* foliis cuneiformibus trilobatis glabris. vide Tab.
21. *Tomentoſa:* foliis cuneiformibns dentatis tomentoſis.

§. 4.

DESCRIPTIONES SPECIERUM.

H. *virgata:* *Caulis* ſuffruticeſcens, erectus, ramoſus, totus glaber, pedalis & ultra.

Rami dichotomi, ſimiles.

Folia prope articulos duo vel plura, ſubteretia, linearia, acuta, integra, erecta, internodiis longiora, palmaria ſuperioribus ſenſim brevioribus.

Umbellæ axillares, ſeſſiles, ſimplices, multiflori.

Pedunculi capillares.

H. *Sinenſis:* *Caulis* repens.

Folia linearia, obtuſa, lævia, plana, ſæpius bina ad articulos.

Scapi longitudine folii.

Umbella multiflora.

H. *linifolia:* *Caulis* filiformis, flexuoſus, decumbens, ſtriatus, tenuisſime ſubtomentoſus.

Rami alterni, pauci, ſimiles.

Folia alterna, ſeſſilia vel in petiolos ſenſim attenuata, lineari lanceolata, acuta, integra; ſubfalcata, pollicaria.

Flores verticillato-umbellati.
Umbella pauciflora.

H. *Glabrata*: *Caulis* filiformis, curvatus, decumbens, obſolete ſtriatus, totus glaber, parum ramoſus.
Rami dichotomi, ſimplices, ſimiles, elongati.
Folia in articulis oppoſita, petiolata, elliptica, acuta, integra, coriacea, inæqualia, ſubpollicaria.
Petioli ungviculares.
Flores umbellati.
Umbella axillaris, ſesſilis, ſimplex, multiflora.

H. *villoſa*: *Caulis* decumbens, filiformis, totus villoſus.
Rami trichotomi, elongati, ſimiles.
Folia ex articulis duo vel plura, petiolata, cordato-ovata, acuta, integra, inæqualia, lineam longa usque pollicaria.
Petiolus longitudine folii vel paulo longior.
Flores Subverticillato-umbellati.
Umbella axillaris, ſesſilis, ſimplex.
Variat foliis magis cordatis & oblongis, minoribus & majoribus.

H. *erecta*: *Folia* obcordata, obtuſa, lateribus acute dentata, pollicaria.
Petioli radicales, apice pauciflori, erecti.

H. *Aſiatica*: *Caulis* filiformis, decumbens, ſtriatus, tenuisſime piloſus, parum ramoſus.
Rami dichotomi, ſimplices, ſimiles.
Folia alterna, petiolata, reniformia, denticulata, nervoſa, piloſa, inæqualia, ungvicularia, usque pollicaria.
Flores axillares, umbellati.
Umbella ſimplex, ſesſilis, pauciflora.

H. *moſchata*: *Caulis* ſarmentoſus, capillaris, glaber.
Folia alterna, petiolata, cordata, orbiculata, lobata, denticulata, hirſuta, ungvicularia.

Pe-

Petioli capillares, villoſi, pollicares vel ultra.
Umbellæ pedunculatæ.
Pedunculi ungviculares.
H. *hirſuta: Caulis* filiformis, ſarmentoſus.
Folia alterna, petiolata, cordato orbiculata, crenata, vix lobata, piloſa, ungvicularia.
Umbellæ ſubverticillatæ usque ſeptem in pedunculo pollicari, usque bipollicari.
H. *Americana: Caulis* filiformis, decumbens.
Folia alterna, peltata, cordata, baſi fisſa, lobata, crenata, glabra, ungvicularia, usque pollicaria.
Petiolus glaber, pollicaris.
Umbella circiter 5-flora.
H. *umbellata: Caulis* filiformis, decumbens.
Folia peltata, baſi parum exciſa, remote crenata, glabra.
Petiolus glaber, pollicaris, usque palmaris.
Umbellæ multifloræ, pedunculatæ.
Pedunculus palmaris, umbella 10-flora & ultra.
H. *vulgaris: Caulis* repens, articulatus, radicans.
Folia alterna, peltata, orbiculata, lobata, glabra, ungvicularia.
Petioli ungviculares.
Umbellæ pedunculatæ, ſimplices, paucifloræ.
Pedunculi flexi, ſemiungviculares.
H. *verticillata: Caulis* repens, articulatus, radicans.
Folia ad articulos ſolitaria, petiolata, erecta, glabra, ſuborbiculato-ovalia, lobato crenata, pollicaria.
Petiolus pollicaris, usque bipollicaris.
Pedunculi erecti, pollicares.
Umbellæ duæ, altera terminalis, altera in medio pedunculi, paucifloræ.

Similis H. vulgari, differt vero
α. foliis majoribus, magis oblongis,
β petiolis longioribus,
γ. umbellis verticillatis.

H. *javanica:* Tota planta glabra.
Caulis debilis.
Folia inferiora ſolitaria ad articulos, longius petiolata, petiolis palmaribus; ſuprema bina & tenula, petiolis vix pollicaribus; cordata, angulato lobata, denticulata, pollicaria.
Umbellæ axillares, pedunculatæ, ſolitariæ, binæ, usque tres, pedunculis pollicaribus.

H. *ranunculoides: Caulis* repens, articulatus, radicans.
Folia ſolitaria ſeu bina inciſo-quinquepartita: lobis trilobatis obtuſis.
Petioli digitales.
Umbella ſimplex, pedunculata, pedunculo pollicari.

H. *tridentata:* Radix filiformis, longe deſcendens.
Caulis ſimplex, tomentoſus, erectus, pollicaris.
Folia radicalia & caulina ſparſa, petiolata, cuneata, apice trifida, integra, ſenſim attenuata in petiolos, villoſa, cum petiolis pollicaria.
Umbellæ piloſæ.

H. *triloba: Caulis* ſuffruticoſus, ramoſus, glaber totus.
Folia alterna, petiolata, aproximata, cuneata, triloba, lobis integris acutis, vix polllicaria.
Petioli ſulcati, digitales.
Umbellæ ex apicibus ramulorum.

H. *tomentoſa: Radix* ſubfiliformis, repens, ramoſa, cauliculos plures edens, perennis.
Caulis ſnpra terram ſæpe vix ullus vel brevis, foliis tectus.
Folia ſubradicalia, approximata, alterna, petiolata, ſubrotunda vel cuneiformi-obovata, inciſo-
ſeptem

ſeptemdentata, ſericeo-tomentoſa, erecta, ſub-unguicularia.

Petioli lineares, ungviculares vel pollicares.

Flores umbellati.

Pedunculi ex alis foliorum, unus, duo vel tres, teretes, erecti, villoſi, umbelliferi, longitudine foliorum.

Umbella ſimplex, 5-flora vel ſæpius 6-flora: Floſculi pedicellati intermedio ſubſesſili.

Pedicelli breves, vix lineam longi, villoſi.

Involucrum tetraphyllum ſæpius, raro pentaphyllum, rarisſime ſexphyllum: Foliolis lanceolatis, concavis, intus glabris, extus tomentoſis, erectis, longitudine pedicellorum.

Perianthium proprium nullum.

Receptaculum floſculis radii ſuperum, dilatatum lateraliter, planum, didymum, atropurpureum vel vireſcens.

Corolla univerſalis, uniformis, floſculi radii ſteriles, diſci flos fertilis; propria 5 petala vel 6 petala.

Petala infra maginem receptaculi inſerta, ovata, acuta, erecta, remota, alba, lineam dimidiam longa.

Filamenta 5, infra marginem receptaculi, inter petala inſerta, filiformia, erecta, alba, longitudine petalorum.

Antheræ ovatæ, incumbentes, fuſceſcentes.

Germen inferum.

Styli duo, fisſuræ receptaculi & fructus inſerti, erecti, brevisſimi, decidui.

Stigmata obtuſiuſcula, ſimplicia.

Fructus obcordatus, compresſus.

Semina duo.

Plan-

Planta tota incano-tomentoſa.

Obſ. Cum omnes flores hermaphroditi ſtylisque inſtructi, referatur genus ad 5-andriam, 2-gyniam.

§. 5.

SYNONYMA.


Virgata: Linn. Suppl. p. 176. Syſt. veg. per Gmelin p. 468.
Sinenſis: Linn. Spec. Plant. p. 339. Syſt. veg. per Gmel. p. 468.
Linifolia: Linn. Suppl. p. 176. Syſt. veg. XIV. p. 272. an Chinenſis?
Glabrata: Centella glabrata. Linn. Spec. Plant. p. 1393. Hydrocotyle glabrata. Linn. Syſt. veg. per. Gmel. p. 468.
Villoſa: Centella villoſa Linnn. Spec. Plantar. p. 1393. Mercurialis afra. Linn. Mant. p. 298. Suppl. plant. p. 175. Hydrocotyle villoſa Linn. Syſt. veget. per Gmel. p. 468.
Erecta & cordata: Linn. Syſt. veget. per Gmel. p. 468.
Aſiatica: Linn. Spec. Plant. p. 338. Syſt. veg. per Gmel. p. 467.
Moſchata & hirſuta: Linn. Syſt. veg. per Gmel. p. 467.
Americana: Linn. Spec. Plant. 338 Syſt. veg. per Gmel p. 467.
Umbellata: & vulgaris Linn. Spec. Plant. p. 338. Syſt. veg. per Gmel. p. 467.
Natans: Linn. Syſt. veg. per Gmel. p. 467.
Reniformis & ranunculoides: Linn. Syſt. per Gmel. p. 468.
Tridentata: Linn. Syſt. veg. per Gmel. p. 468.
Tomentoſa Solandra capenſis Linn. Spec, Plant. p. 1407, 1508. Hydrocotyle tomentoſa Linn. Suppl. Plant. p. 176. Syſt. veg. per Gmel. p. 468.

§. 6

LOCUS CRESCENDI.

In *Europa*: *vulgaris* locis inundatis vulgatisſima. *Natans in* Italia.
In *Aſia*: *Aſiatica* in Ceilona, Mollucis, Mallabaria & alibi.
Sinenſis in China.
Javanica in Inſula Java.
In *Africa*: *virgata*, *glabrata*, *villoſa*, *aſiatica*, *vulgaris*, *tridentata*, *triloba* & *tomentoſa* in promontorio bonæ-ſpei
In *America*: *Umbellata* in provinciis borealibus; *americana* in ſeptentrionalibus & meridionalibus regionibus; *erecta* & *hirſuta* in Jamaica; *moſchata* in Terra auſtrali; *reniformis* & *cordata* in Carolina; *ranunculoides* in Mexico.

И. 118.


H. Tridentata
H. verticillata
HYDROCOTYLE
H. triloba
H. javanica

J. II. 402

a. M. 118.

No. 14

DISSERTATIO BOTANICA

DE

DROSERA,

QUAM

VENIA EXP. FACULT. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. ET HAFNIENS. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. GÖTTINGENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. HAFNIENS. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICO SUBJICIT EXAMINI

DAN. HAIJ.

STIP. RYSSEL. WESTROGOTHUS.

IN AUDIT. BOTAN. D. 29 NOVEMB. 1797.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,

LITTERIS JOH. FR. EDMAN, REG. ACAD. TYPOGR.

DE
DROSERA.

§. I.

Dari Claſſes, Ordines & Genera inter Plantas naturalia, nemo facile in Botanicis verſatus negabit. Teſtantur id imprimis *Papilionaceæ*, *Cruciatæ*, *Ringentes*; *Gramina*, *Orchideæ*, *Umbellatæ*, *Filices*; *Rumex*, *Erica*, *Ficus*, *Melaſtoma* & ſexcenta alia. Characteres vero harum claſſium, ordinum & generum eruere ac ſtabilire, non æque eſt facilis opera. Dum itaque Botanici, methodo alicui artificiali Syſtematicæ nimis ſerviliter addicti, genera, quæ partibus fructificationis paucioribus vel pluribus variare ſolent, in plura dividunt nova & dilacerant, certe valde peccant pluſque detrimenti, quam emolumenti Scientiæ adferunt. *Valerianæ* genus integrum quidem manſit, ſtaminum numerus valde licet ſit inæqualis; *Rumex* vero a *Rheo*, *Blæria* ab *Erica*, *Atraphaxis* a *Polygono*, *Tillæa* & *Septas* a *Craſſula*, *Celſia* a *Verbaſco*, *Canarina* a *Campanula*, *Myoſurus* a *Ranunculo* minus bene fuerunt divulſæ ob ſtamina in hiſce numero variantia; *Siſyrinchium* & *Ferraria* a *Moræa*, *Mahernia* ab *Hermannia*, *Cyphia* a *Lobelia*, *Kuhnia* ab *Eupatorio* ob filamenta connata & antheras liberas ſeparatæ fuerunt; *Nyctanthes* a *Jaſmino* ob Corollæ lacinias numeroſiores & *Empleurum* a *Dioſma* ob Capſulam ſolitariam, quin & *Gardeniæ* ſpecies in phura genera

abierunt, ob numerum in hoc, forsan magis quam in ullo alio, ſtaminum inconſtantem.

§. 2.

Eadem quoque ſors fuit Generis *Droſeræ*, facie maxime licet ſingularis, ab aliis diverſisſimi & ciliis foliorum glandulоſis maxime ſpectabilis atque diſtincti. Separata enim præter naturam fuit *Roridula*, ob Piſtillum ſolitarium, a ceteris ſuis cognatis, quos inter *Droſera Luſitanica*, ob ſtamina decima, jure longe majori, novum conſtituere genus debuisſet. Singulare *Droſeræ* genus, quod accuratius examinandum & disſertatione Academica deſcribendum Nobis ſuſcepimus, non parum qua partes fere omnes fructificationis variare ſolet, nec facile vel a *ſtaminibus* vel *Piſtillo* vel ipſo denique *fructu* characteres certos & ſtabiles admittit. In *duo* itaque Genera apud Syſtematicos abiit, & forsan, ni nimis fallimur, in *tria*, Droseram ſcilicet, Roridulam & quoque Dionæam, plantam adhuc rarisſimam & a nobis non debito examini ſubjectam.

§. 3.

Europeæ *Droserarum* ſpecies, *rotundifolia* & *longifolia* primum Botanicis innotuerunt; poſtea *Luſitanica*, denique *Indica* & Africanæ *Capensis* & *Ciſtiflora*, tandemque *Roridula*; quibus accesſerunt, opera Celeberrimi Præſidis indefesſa, *Acaulis* & *Cuneifolia*. Hiſce addimus ſingularem non minus, quam huc usque ignotam, ab illuſtri peregrinatore Domino *Masſon* misſam ſpeciem, *peltatam* dictam.

§. 4.

§. 4.

DESCRIPTIO GENERIS.

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, perſiſtens, 5-partitum: *laciniæ* lanceolatæ, acutæ, erectæ.
COR. *Petala* 5, obovata, obtusa, calyce longiora.
STAM. *Filamenta* 5, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* ovatæ, erectæ.
PIST. *Germen* ſuperum.
Styli 5, ſtaminibus longiores.
Stigmata divisa.
PER. *Capsula* ovata, angulata.
Semina plurima.
Obſ. 1:mo *Roridulæ* calycem 5-phyllum deſcriptum a LINNÆO, à JUSSIEUIO vero 5 partitum.
2:do. D. *acauli* ſtigmata esſe trifida, plumoſa.
Capenſi ſtylos ſimplices ſtigmate bifido.
Ciſtifloræ ſtylos 6 ſtigmatibus multipartitis & ſtaminibus longioribus.
Luſitanicæ ſtamina decem;
Roridulæ ſtylum unum; Capſulam 3-locularem, 3 valvem;
Anglicæ Capſulam 4-valvem esſe.
3:tio *In Ciſtiflora* inter ſtylos unum invenimus fere ad baſin bifidum, ſic ut ſtyli videantur ſex; ſtylis vero accuratius examinatis, videntur potius esſe tres, interdum parum, interdum usque ad basin bifidi in hac ſpecie.
Character Genericus: Calyx 5-partitus. Corolla 5-petala. Capſula angulata, ſub tri valvis.

§. 5.

CHARACTERES SPECIERUM.

* Acaulis:

1. *Acaulis*: *flore* radicali ſolitario.

** Scapigeræ:

2. *Cuneifolia:* ſcapo ſubdiviso, foliis ſesſilibus oblongis.
3. *Rotundifolia*: ſcapo ſimplici, foliis petiolatis ſubrotundis.
4. *Longifolia:* ſcapo ſimplici, foliis petiolatis oblongis.
5. *Capenſis:* ſcapo diviso, foliis petiolatis enſiformibus.

*** Cauleſcentes:

a. caule ſimplici:

6. *Ciſtiflora:* caule ſimplici, foliis lanceolatis.
7. *Indica:* caule ſimplici, foliis lineari-filiformibus.
8. *Peltata:* caule ſimplici, foliis peltatis orbiculatis.

b caule ramoſo:

9. *Luſitanica:* caule ramoſo, foliis enſiformibus, ramis unifloris.
10. *Roridula:* caule fruticoso ramoſo, foliis lanceolatis, ramis multifloris.

Anglica: Linn. Syſt. per Gmelin p. 515. varietas potius quam diſtincta Species videtur.

Dionæa muſcipula decandra Droſeræ forsan genus intrabit, ob ſingularem affinitatem, foliis radicalibus apice ciliatis, ſcapo, petalis 5, & capsula, Stamina licet decem & Stylus ſolitarius.

§. 6.

DESCRIPTIO SPECIERUM.

Herbaceæ omnes, *Roridula* ſola fruticoſa.

Folia ciliata ciliis longis, glanduloso-capitatis, glutinosis.

Pa-

Pagina inferior foliorum plerumque glabra, ſuperior vero & margines inprimis ciliati ſunt.

D. *acaulis: Caulis* vel ſcapus nullus; ſed

Folia radicalia, plura, baſi attenuata, obovata, obtusa.

Flos ſoliterius in centro foliorum, ſesſilis vel ſubpedunculatus.

Pedunculus brevisſimus, ſæpe nullus.

Corolla 5 petala, patens, alba.

Filamenta 5.

Styli 5, ſæpius bifidi, albi, patentisſimi, filiformes, breves.

Stigmata bifida vel plumoſa.

D. *Cuneifolia: Radix* filiformis.

Folia radicalia, ſesſilia, plura, imbricatim impoſita, inferiora minora obovata, obtusisſima, ciliata: ciliis rubeſcentibus; patentia, ungvicularia vel vix pollicaria.

Scapi ſolitarii vel pauci, tres ſeu quatuor, ſimplices, erecti, filiformes, ſtriati, villoſo-ſcabri, a pollicari ad ſpithamæam usque longitudinem.

Flores racemoſi, ſubſecundi, rarisſime bini, plerumque tres usque ſeptem & ultra.

Pedunculi uniflori ſimplices & diviſi, cernui, unciales.

Varietas eſt triplex:

α. ſcapo brevisſimo, pollicari; floribus binis; corollis albis.

β. ſcapo longisſimo, ſpithamæo; floribus racemoſis, pluribus; corollis purpureis.

γ. ſcapo mediocri, palmari; floribus racemoſis, pluribus; corollis albis.

D. *Rotundifolia: Folia* radicalia, plura, petiolata, ſubrotunda.

Petioli pollicares, inæquales.

Scapus filiformis, ſimplex, ſolitarius, raro duo, erectus, palmaris usque ſpithamæus.

Flores racemoſi, ſecundi, plures.
D. *Longifolia: Folia* radicalia, petiolata, oblonga, obtuſa.
Petioli palmares.
Scapus ſolitarius vel duo, ſimplices, filiformes, erecti, palmares & ultra, foliis longiores.
Flores racemoſi, ſubſecundi.
D. *Capenſis: Radix* alte deſcendens.
Folia radicalia, alternantia, petiolata, linearia, obtuſa, ciliata, ciliis glanduloſis; pollicaria usque digitalia.
Petioli pubeſcentes, longitudine folii.
Scapus compresſus, angulatus, flexuoſus, erectus, hirtus, ſuperne bifidus, ſpithamæus.
Flores racemoſi, purpurei.
D. *Ciſtiflora: Radix* ſubfaſciculata vel fuſiformis.
Planta tota herbacea, glutinoſa.
Caulis ſimplex, erectus, villoſus pilis brevisſimis, capitatis, palmaris vel ſpithamæus.
Folia radicalia ſubverticillata; *caulina*, alterna, ſesſilia, lanceolata, patentia, apice obliqua, integra, ſupra ſulco longitudinali, ſubtus linea elevata, undique tecta pilis capitatis, capitulis rufeſcentibus; internodiis longiora, pollicaria.
Flores terminales, ſolitarii vel bini.
Perianthium 1-phyllum, profunde 5 partitum: *laciniæ* ovatæ, obtuſæ, concavæ, corolla breviores.
Petala quinque, lato ovata, obtuſa, emarginata, patentia, baſi parum anguſtata, concava, ungvicularia.
Filamenta 5, linearia, erecta, nigra, longitudine fere calycis.
Antheræ erectæ, inferne bifidæ, ovatæ, fulvæ.
Germen ſuperum, acutum.
Styli raro 5, ſæpisſime 6, filiformes, ſtaminibus longiores, fuſci apice pallidiore.

Stig-

Stigmata multifida, obtuſa.
Capſula ovata, acuta, pentagona, triſulca, glabra, fuſca, trivalvis, unilocularis.
Semina plurima.
Varietates α. flore albo, minori, baſi maculato.
β. flore rubro, majori, baſi vireſcenti-fuſco.
D. *Indica*: *Planta* tenella, herbacea.
Caulis flexuoſo-erectus, ſimplex & diviſus, palmaris.
Folia alterna, ſeſſilia, filiformi-linearia.
Flores racemoſi, cernui.
D. *Peltata*: *Caulis* ſimplex, filiformis, flexuoſo-erectus, ſpithamæus vel ultra.
Folia alterna, peltata, orbiculata, patentia.
Petioli capillares, ungviculares, folio longiores.
Flores umbellati, umbella prolifera.
D. *Luſitanica*: *Radix* deſcendens.]
Caulis erectus, apice diviſus.
Folia radicalia, plurima, aggregato-faſciculata; caulina alterna; lineari-enſiformia, ſenſim apice attenuata, ſtriata, palmaria usque ſpithamæa.
Flores terminales, ſolitarii.
D. *Roridula*: *Caulis* fruticoſus, erectus, orgyalis.
Rami & *ramuli* alterni, ſubflexuoſo-erecti, fuſco-cinerei, ſcabridi, glabri.
Folia in ultimis ramulis ſubumbellato-aggregata, ſeſſilia, lineari-lanceolata, pinnatifido-dentata, ciliata ciliis glanduloſis viſcoſis; fuſco-vireſcentia, bipollicaria.
Flores in ramulis terminales, ſubracemoſi, purpuraſcentes.
Pedunculi capillares & calyces villoſi, glutinoſi.
Antheræ apice pertuſæ, oblongæ, ſulcatæ.

LOCUS.

In *Europa* creſcunt: *rotundifolia* in Europæ, uti & Aſiæ & Americæ paludibus.

Longi-

Longifolia in Europa cum præcedente.
Luſitanica in Luſitania.

In *Capite bonæ ſpei* Africes: *acaulis*, in Koude Bockeveld trans Elands kloof locis humidis

Cuneifolia: prope urbem Cap, in ſummo Taffelberg, Svartland & in Ceilona.

Capenſis: in montibus rarior.

Ciſtiflora: in collibus & campis ſabuloſis juxta urbem, in Svartland & alibi vulgatisſima.

Roridula: in ſummis montibus Rode Sand, Bockeveld & alibi juxta rivulos.

In *India* Orientali: *Indica* in Ceilona & alibi, uti & in Sierra Leona Africes.

In *Nova Hollandia*: *peltata.*

TEMPUS FLORENDI.

Æſtate *Europeæ* ſpecies florent Junio & ſequentibus menſibus.

Africanæ menſibus Auguſti & ſequentibus usque ad exitum Anni.

USUS:

Roridulæ: Summitates omnes Fruticis folioſæ maxime viſcoſæ ſunt & uti Viſcum Inſecta retinent; in domibus itaque ſuſpenſæ Colonis Europæis pro Muſcis capesſendis inſerviunt.

J. I. 41

G. M. 119.

DISSERTATIO BOTANICA

DE

MELANTHIO,

(No. 5)

QUAM

VENIA EXP. FACULT. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFNIENS. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. GÖTTINGENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICO SUBJICIT EXAMINI

MELKER KJERNER,

WESTROGOTHUS.

IN AUDIT. BOTAN. D. 13 DECEMB. 1797.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,

LITTERIS JOH. FR. EDMAN, REG. ACAD. TYPOGR.

DE
MELANTHIO.

In toto Syſtemate Plantarum ſexuali nulla certe eſt Claſſis, quæ minus utilitatis, plus noxiæ attulit Scientiæ Botanicæ, quam quidem illa, quæ polygamiæ nomen adepta eſt. Ad hanc Claſſem referri debuiſſent omnia illa vegetabilia, quibus præter flores hermaphroditos etiam flores maſculi vel fœminei ſive monoici, ſive dioici ſimul ſunt. Cum vero in plurimis aliis Claſſibus occurrant & integri Ordines & Genera non pauca, quibus Germina ſterilia, ut in Umbellatis, Syngeneſia, Arboribusque facile omnibus, nimium ſane extenderentur & fere in infinitum hujus Claſſis limites. Præterea etiam non adeo facile eſt dictu, ſaltem ſub floreſcentia, an Piſtillum præſens abortiat vel ſemina maturet. Hinc non raro evenit, ut Genera fuerint immerito multiplicata & præter naturæ indolem in ſcientiæ detrimentum diviſa.

Ob hanc rationem Atriplex ſeparata fuit a Chenopodio, Hermas a Bupleuro, Solandra & Centella ab Hydrocotyle, Valantia a Galio, Veratrum a Melanthio, ut multa alia ſilentio prætereamus.

Si attente examinare velimus ultimo nominata duo Genera Veratri & Melanthii, facile inveniemus, præter naturam illa esſe dilacerata, quodque character ille, quem pro Veratro adfert ill. Linné, valde ſit exiguus, fere nul-

A lus,

lus, ſaltem minime ſufficiens pro diſtincto conſtituendo genere, nimirum: *in Maſculo flore rudimentum obſoletum & vanum piſtilli.*

Melanthii Genus in ſpeciebus plurimis, imprimis nuper detectis, multum variare deprehenditur, floribus ſcilicet monoicis, dioicis, polygamis & hermaphroditis; ſemper tamen characteres genericos certos ſervat & conſtantes, Corollam 6-petalam, Stamina 6 petalis inſerta, Stylos tres & Capſulas tres coalitas. Jure igitur meritoque hæc Genera combinanda cenſemus, eorumque huc usque detectas ſpecies ulterius examinatas ſiſtere volumus.

DESCRIPTIO GENERIS.

CAL. nullus

COR. *Petala* 6, oblonga, perſiſtentia, unguibus linearibus.

STAM. *Filamenta* 6, petalis inſerta, filiformia, erecta. *Antheræ* globoſæ.

PIST. *Germen* ſuperum, conicum, ſtriatum.
Styli tres, curvi.
Stigmata obtuſa.

PERIC. *Capſula* ovata, trigona, triſulca, trilocularis ex capſulis tribus introrſum unitis.

Obſ. 1:ma Illuſtr. Jussieu *Melanthio* tribuit germina 3 coalita & capſulas junctas polyſpermas: *Veratro* germina tria, diſtincta, in quibusdam floribus abortiva: ſtylos tres, breves: capſulas intus 2 valves, polyſpermas ſeminibus membranaceis.

2da. Illuſtr. Linné Veratro adſcribit Petala ſerrata: Filamenta germina prementia apicibus patentibus: Germina tria deſinentia in ſtylos vix manifeſtos & capſulas tres, compresſas 1-loculares 1-val-

Caulis ſimplex, foliatus, vaginatus, ſtriatus, flexuoſus, erectus, glaber, digitalis vel palmaris.

Folia tria *caulina* alterna, vaginantia, baſi latiora, concava, ſenſim anguſtata, apice ſetacea, diſticha, patentia, integerrima, glabra, longitudine caulis vel paulo longiora, ſuperiora breviora.

Flores ſpicati, ſparſi.

Spica flexuoſa, pollicaris vel digitalis.

Corolla huic ſpeciei connata monopetala; a Melanthiis tamen jure non ſeparanda.

Varietas quadruplex hujus datur.

α) humilior, corollis albis: laciniarum marginibus maculaque ſupra os tubi purpureis, ſtaminibus albis, ſpica 3 vel 4-flora.

β) corollis totis purpureis, marginibus nigris, ſtaminibus purpureis, ſpica ovata.

γ) corollis albis, marginibus fuſcis, ſpica longiore.

δ) corollis totis albis, elongatis, ſpica longa.

M. *ciliatum*: *Radix* carnoſa, globoſa, glabra; fibrilloſa.

Caulis erectus, ſimplex, vaginatus, teres, ſuperne ſtriatus, glaber, palmaris vel ſpithamæus, multiflorus.

Folia pauca, circiter tria, caulina, alterna, vaginantia, cucullata, a baſi lata ſenſim anguſtata, apice filiformia, erecta, integra, glabra; ſuperiora breviora; margine ſæpius tenuiſſime cartilagineo-ciliata.

Flores ſpicati, raro pauci, ſæpius plurimi.

Corolla 6-petala, patens. *Ungves* anguſtati, ſtaminiferi. *Lamina* ovata, obtuſa.

Color corollæ albus.

Filamenta 6, ungvibus paulo ſupra baſin inſerta, ſubulata, petalis dimidio breviora, alba.

Styli tres, filiformes e centro germinis, albi, longitudine ſtaminum.

Stigmata obtuſiuſcula.

Capſula a baſi ſenſim ampliata, glabra, trigona, trilocularis: apicibus hamato-recurvatis, convexiuſculis.

Dum ad aquas creſcit folia evadunt caule duplo longiora, lineari-enſiformia, ciliis albis & ſcapus altior.

M. *triquetrum: Caulis* teres, ſimplex, erectus, ſpithamæus.

Folium radicale unicum, caulem longe vaginans, canaliculato-trigonum, glabrum, integrum, erectum, caule longius. Aliud folium bracteæforme ſub ſpica florum ſimile ſed brevius.

Flores ſpicati, plures.

Spica digitalis, erecta.

Petala ovata, obtuſa, alba.

Filamenta petalis breviora.

M. *luteum: Caulis* ſimplex, teres, ſtriatus, glaber, flexuoſus, ſpithamæus.

Folia alterna, lanceolata, glabra, pollicaria.

Flores ſpicati, lutei.

Spica ſimplex, digitalis.

Petala 6, lineari-oblonga, obtuſa, patentia, ungvicularia.

Styli tres revoluti.

M. *viride: Radix* carnoſa, globoſa, vel faſciculata, profunde inſidens, fibroſa, alba.

Caulis ſimplex, erectiuſculus, ſtriatus, glaber, viridis, palmaris.

Folia radicalia vaginantia, lato-lanceolata, longeque acuminata, ſupra ſulco medio, ſubtus carina lævi, integerrima, glabra, diſticha, patentia, longitudine caulis vel paulo longiora. *Caulina* duplo vel triplo breviora, ſesſilia, ſparſa.

Flores pedunculati, ſolitarii, cernui.

Pedunculi ſparſi, decurrentes, filiformes, uniflori, glabri, inferiores longiores, bipollicares; ſuperiores ſenſim breviores.

Corol-

1-valves: tandemque in maſculo flore rudimentum obſoletum, vanum Piſtilli.

Character Genericus: Cor. 6-petala ſtaminifera. Filamenta unquibus corollæ elongatis inſerta. Capſ. 3 locularis.

CHARACTERES SPECIERUM.

1 *pumilum:* foliis agregatis, lanceolatis, canaliculatis, floribus radicalibus.

2 *capenſe:* foliis lanceolatis cucullatis, floribus radicalibus.

3 *monopetalum:* foliis alternis enſiformibus diſtichis, petalis baſi cohærentibus.

4 *ciliatum:* foliis enſiformibus cucullatis ſubciliatis, floribus ſpicatis.

5 *triquetrum:* foliis trigonis, ſpica ſimplici.

6 *luteum:* foliis alternis lanceolatis ſpica ſimplici.

7 *viride:* foliis alternis lanceolatis, corolla reflexa.

8 *hybridum:* floribus maſculis & fœmineis mixtis, petalis undulatis.

9 *monoicum:* floribus maſculis paniculatis, racemo fœmineo terminali.

10 *ſpicatum:* foliis ſubovatis, ſpica nutante.

11 *myoctonum:* ſcapo thyrſifero, floribus hermaphroditis.

12 *dioicum:* floribus dioicis.

13 *indicum:* foliis alternis linearibus, caule ſubbifloro.

14 *lætum:* foliis lineari-enſiformibus, caule ſimplici, racemo ovato.

15 *virginicum:* foliis lineari-enſiformibus, caule ramoſo, racemis oblongis.

16 *ſibericum:* foliis elliptico enſiformibus, caule ramoſo, racemis paucifloris.

17 *album:* foliis ovatis, caule ramoſo, ſpicis cernuis glabris.

18 *nigrum:* foliis oblongis, caule ramoſo, racemis erectis tomentoſis.

19 *virens:* foliis —, caule ramoſo, floribus racemoſis, corollæ unguibus latere intus incrasſatis.

20 *Sabadilla:* foliis —, racemo ſimplici, floribus ſecundis ſubnutantibus.

DESCRIPTIO SPECIERUM.

M. *pumilum:* *Folia* aggregata, plurima, lanceolata, acuta, integra, canaliculata, glabra, pollicaria.

Flores inter folia ſesſiles.

M. *capenſe:* *Radix* profunde deſcendens.

Caulis nullus.

Folia radicalia, vaginantia, baſi lata, conniventia, ovato-lanceolata, acuta, ſulco medio, glabra, integerrima, margine tenuisſime cartilaginea, patenti-erecta, ſubquina, interioribus ſenſim minoribus; mediis baſi, intimis totis albis, unguicularibus, extimis bipollicaribus.

Flores intra folia ſesſiles, aggregati.

Bractea ſimplex, ovata, acuminata, alba.

Corolla 6-petala, infera. *Ungves* anguſti, lineares;

Lamina ovata, conniventi-cucullata, acuta, alba, ungvicularia, erecta.

Filamenta 6 laminis vel petalis mediis inſerta, baſi craſſa, ſubulata, laminis breviora, vireſcentia.

Antheræ ovatæ, ſulcatæ, ſubincurvatæ, rufeſcentes.

Germina tria, ſupera.

Styli tres, ſubulati, erecti, petalis paulo breviores, vireſcentes.

Stigmata ſimplicia, obtuſa, villoſo-fuſca.

Capſula oblonga, triſulca, ſubtrigona angulis depresſis, glabra, ſtylis tribus ariſtata, trivalvis, trilocularis.

Semina plurima, globoſa, glabra, columnæ affixa.

M. *monpetalum:* *Radix* globoſa, glabra, profunda.

Ca-

Corolla 6-petala, infera. *Petala* ovato-lanceolata, concava, obtuſiuſcula, reflexa, ſubungvicularia, viridia: marginibus & apice purpuraſcentibus; baſi intus luna albida nectarea, perſiſtentia.
Filamenta 6, ſubulata, reflexa, corolla duplo breviora.
Antheræ ovatæ, incumbentes, flavæ.
Germen ſuperum, rotundatum, obtuſe hexagonum, glabrum.
Styli tres, ſtaminibus paulo longiores, patentisſimi, apice reflexi.
Stigmata obtuſa.
Capſula ovata, obtuſa, ſubtrigona, ſexulcata, glabra, trivalvis, trilocularis.
Semina plura, ovata, alba.
Foliatura convenit cum M. Monopetalo & Capenſi.
Baſis Petalorum concava, lunulato albida, menbranacea, ſucco melleo repleta.
M. *indicum*: *Radix* bulboſa.
Caulis ſimplex, lævis, erectus, palmaris.
Folia caulina tria, linearia, caule longiora.
Pedunculi terminales, ſæpius duo: altero unifloro, altero bifloro.
Bracteæ duæ.
Flores atropurpurei.
Petala anguſto-lanceolata.
Capſula triangularis, lævis, magnitudine ſeminis Coffeæ.
M. *lætum*: *Folia radicalia* lineari-enſiformia, utrinque attenuata, integra, nervoſa, glabra, erecta, pedalia. *Caulina* alterna, ſimilia, ſenſim breviora; ſuperiora bracteiformia, brevisſima.
Caulis ſimplex, angulatus, erectus, glaber, bipedalis.
Flores racemoſi.
Racemus ovatus, bipollicaris.
Pedunculi filiformes, erecti, ungviculares. *Bracteæ*

Bracteæ ad baſin pedunculorum ſolitariæ, brevisſimæ.
Corolla alba.
M. *virginicum: Caulis* ſubteres, erectus, apice ramoſus, glaber, tripedalis.
Rami alterni, breves.
Folia radicalia, enſiformia, integra, glabra, nervoſa, pedalia; *caulina* ſimilia, ſenſim parum breviora.
Flores in ramis & apice caulis racemoſi, albi.
Racemi oblongi pedunculis vix ungvicularibus.
Bractea in baſi pedunculi ſolitaria, ovata, brevis.
M. *ſibericum: Caulis* teres, glaber, erectus, ſuperne ramoſus, pedalis.
Folia radicalia elliptico-enſiformia, acuminata, integra, nervoſa, glabra, pedalia. Superiora bracteiformia, brevisſima.
Rami alterni, ungviculares.
Flores racemoſi, albi.
Pedunculi capillares, vix ungviculares.
M. *album: Caulis* teres, ſubſtriatus, glaber, ſupra ramoſus, erectus, tripedalis & ultra.
Rami alterni, filiformes, florentes, cernui, ſpithamæi.
Folia radicalia ovata, acuta, integra, multinervoſa, glabra, ſpithamam lata, ſesquiſpithamæa; *caulina* oblonga, acuminata, amplexicaulia, ſuperiora ſenſim minora.
Flores in ramis ſpicati, vireſcentes.
M. *nigrum: Caulis* teres, erectus, ſuperne ramoſus, quadripedalis & ultra.
Rami filiformes, ſparſi, plurimi, florentes, erecti, ſpithamæi.
Folia radicalia ſupetiolata, ovato-oblonga, acuminata, integra, multinervoſa, glabra palmam lata, pedalia. *Caulina* ſesſilia, enſiformia, attenuata, longiora, ſuprema anguſtiora & breviora.
Flores in ramis racemoſi, nigri. *Race-*

Racemi erecti, ſparſi, ſpithamæi.
Pedunculi ſemiungviculares.

SYNONYMA.

M. *capenſe*: Linn. Spec. Plant. p. 483. Syſt. Veg. per Gmelin p. 587.
M. *monopetalum*: Linn. Suppl. p. 213. Syſt. Veg. p. Gmel. p. 588. Wurmbæa capenſis. Nov. Gen. Plant P. 1. p. 18. fig. α. β. γ. Linn. Syſt. Veg. XIV p. 348.
M. *ciliatum*: Linn. Suppl. Plant. p. 213. Syſt. Veg. XIV p. 349. per Gmelin p. 587.
Hyacinthus ſtellatus, ſpicatus, floribus incarnatis caule & folio Orchidis ex Prom. B. Spei Pluk. Phyt. T. 195. f 4.
M. *triquetrum*: Linn. Suppl. Pl. p. 213. Syſt. Veg. XIV p. 349. per Gmel. p. 587.
M. *viride*: Linn. Suppl. p. 213. Syſt. Veg. XIV p. 349. p. Gmel. p. 588.
M. *luteum*: Flor. Jap. p. 152. Veratrum luteum Linn. Syſt. Veg. per Gmel. p. 589.
M. *hybridum*, *monoicum*, *ſpicatum*, *myoctonum*, Linn. Syſt. Veg. per Gmel. p. 547. *dioicum*, *indicum* ibid. p. 588.
M. *lætum*: Ait. Hort. Kew. 1. p. 488. Linn. Syſt. Veg. per Gmel. p. 588.
M. *virginicum*, *ſibiricum*, Linn. Syſt. Veg. per Gmel. p. 587.
M. *album*, *nigrum*, *virens*, *Sabadilla*: Veratrum album, nigrum, viride, ſabadilla Linn. Syſt. Veg. per Gmelin p. 589.

LOCUS.

In *Europa*: *album* in Ruſſiæ, Auſtriæ, Helvetiæ, Italiæ, Græciæ montoſis, *nigrum* in Hungariæ & Siberiæ apricis ſiccis.

Aſia: Sibiricum in Siberia ad Baikal, *luteum* in Japonia *indicum* in Tranquebaria, *album* & *nigrum* in Siberia.
Africa: capenſe, *monopetalum*, *ciliatum*, *triquetrum*, *viride* in Capitis Bonæ Spei arenoſis inundatis.
America: pumilum in Terra del Fuego, *Forſt.* *luteum* in Virginia, Canada; *hybridum*, *monoicum*, *ſpicatum*, *myoctonum*, *dioicum*, *lætum* in Corolina, *virginicum* in Virginia & Penſylvania.

USUS:

Omnes inter hujus Generis Species inprimis ſua ſe commendat utilitate *Sabadilla*, cujus ſeminibus probatam ineſſe vim vermes in corpore humano cimices & pediculos necandi, ſatis notum eſt. Quibus vero ſub formis & qua cautela ſemina hæc ſint adhibenda, alios ut taceam, ſolerter expoſuit, Cel. MURRAY in *Apparatu Medicaminum.* Vol. 5. p. 166 — 179.

T. II - 414.

ARCTOTIS,

(No. 16)

QUAM
DISSERTATIONE BOTANICA
DELINEATAM,
VENIA EXP. ORD. MED. UPSAL.
PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFNIENS. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. GÖTTINGENS. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICÆ CENSURÆ SUBMITTIT.
CAROLUS JOHANNES AFZELIUS,
WESTROGOTHUS, STIP. VICTORINIANUS.

IN AUDIT. BOTAN. D. XVIII JUNII MDCCXCIX.
H. A. M. S.

UPSALIÆ,
Litteris JOHAN. FREDR. EDMAN, Reg. Acad. Typogr.

JOH. WINBOM

S. S. THEOL. DOCT. ET PROF. REG. ET ORD.
CONS. ECCLES. ASSESS.
ECCLES. WAKSAL. PAST. ET PRÆP.

JOH. AFZELIO

CHEMIÆ PROFESS. REG. ET. ORD.

PET. AFZELIO

MED. ET PHIL. DOCT. REI CHIR. DIR. SUPR.
FACULT. MED. ADJ. ORDIN.

Studiorum Primitias

CAROLUS JOHANNES AFZELIUS.

§. 1.

ARCTOTIS prioris ſæculi celeb. Botanicis non quidem omnino fuit ignota; plurimæ vero ejus ſpecies hocce currente & imprimis ante pauca ab hinc luſtra detectæ fuerunt. PLUKENET, ſub diverſa denominatione *paradoxam* & *piliferam* memorat; Botanici Hollandici mentionem injiciunt *calendulaceæ*, *acaulis*, *asperæ*, *plantagineæ*, *anguſtifoliæ*, *paleaceæ*, *anthemoidis* & *dentatæ*, ut BREYNIUS, HERRMANNUS, COMMELINUS, BOERHAVIUS & de Flora Capenſi meritisſimus BURMANNUS. Poſtquam autem novam & emendatiorem faciem induere cœpit Botanice, in Operibus LINNÆANIS deſcriptæ fuerunt ſpecies, *anguſtifolia*, *plantaginea*, *acaulis*, *calendulacea*, *paleacea*, *dentata*, *paradoxa*, *anthemoides* & *aſpera*; inter Plantas Capenſes BERGII ulterius occurrunt *pilifera* & nonnullæ aliæ, nobis non ſatis notæ. His addere licebit ſpeciem WALTERI americanam ſcilicet *carolinianam*. Plurimas itaque, quas hæc proponit Disſertatio, ſpecies a Celeb. Dom. PRÆSIDE lectæ fuerunt in promontorio bonæ ſpei Africes, inter quas *ſerrata* & *argentea* in Syſtema Vegetabilium dudum ſunt introductæ; reliquæ autem omnes a nobis fuſius deſcriptæ ſiſtuntur tuoque ſcrutinio B. L. ſubjiciuntur, ut *linearis*. *pinnatifida*, *glanduloſa*, *grandis*, *elongata*, *decumbens*, *diffuſa*, *ſcabra*. *inciſa*, *muricata*, *lævis*, *petiolata*, *lanata*, *formoſa*, *caulescens*, *interrupta*, *ſcapigera*, *breviſcapa*, *undulata*, *denudata*, *candida*, *pectinata*, *elegans*, *trifida*, *punctata*, *nodoſa*, *pinnata*, *nudicaulis*, *cernua* & *ſericea*.

§. 2.

CHARACTER GENERICUS.

CALYX communis, imbricatus: *ſqu mæ* ovato-oblongæ, interiores apice ſcarioſæ.

COROLLA compoſita. *Hermaphroditis* in diſco infundibuliformis, 5-fida.
Femineis in radio ligulata, tridentata, tubo brevisſimo.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* 5, capillaria, brevisſima. *Antheræ* connatæ in cylindrum, 5 dentatæ, longitudine corollulæ.

PIST. Hermaphroditis: *Stylus* cylindraceus, corolla longior. *Stigma* ſimplex. Femineis: *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo, ovato-oblonga, erecta.

RECEPT. villoſum ſeu paleaceum, planiuſculum.

SEMINA *Hermaphroditis* nulla. *Femineis* ſolitaria, ſubrotunda, villoſa, coronata calyculo ſubpentaphyllo: foliolis ovatis, patentibus.

CHARACTER ESSENTIALIS:

Calycis ſquamæ apice ſcarioſæ;
Semina calyculo polyphyllo coronata.
Receptaculum planum, villoſum,

§. 3.

SPECIERUM CHARACTERES.

* *Foliis integris:*

A. 1. *linearis:* foliis linearibus tomentoſis.
2. *argentea:* foliis lanceolatis lanatis.

** *Fo-*

** *Foliis indiviſis dentatis*:

A. 3. *pinnatifida:* foliis linearibus dentatis tomentoſis.
4. *ſerrata:* foliis linearibus ſerratis hirſutis.
5. *anguſtifolia:* foliis ellipticis dentatis ſubtus tomentoſis.
6. *plantaginea*: foliis haſtatis ſerratis ſubtus tomentoſis.
7. *glanduloſa:* foliis cordatis oblongis dentatis glanduloſis ſcabris.
8. *Grandis:* foliis petiolatis oblongis ſerrratis tomentoſis.
9. *elongata:* foliis obovato-oblongis dentatis tomentoſis, caule erecto.
10. *decumbens:* foliis obovato-oblongis dentatis tomentoſis, caule decumbente.
11. *diffuſa:* foliis obovato-oblongis dentatis tomentoſis, ſcapis unifloris.
12. *ſcabra:* foliis lanceolatis dentatis ſupra ſcabris ſubtus tomentoſis, caule erecto fruteſcente.

*** *Foliis inciſo-pinnatifidis:*

13. *inciſa:* foliis oblongis inciſis biſerratis tomentoſis, caule hiſpido.
14. *muricata:* foliis oblongis lyrato-dentatis ſupra ſcabris ſubtus tomentoſis, caule lævi.
15. *lævis*. foliis pinnatifidis dentatis glabris.
16. *petiolata:* foliis ovatis inciſis dentatis ſubtus tomentoſis, caule decumbente radicante.
17. *lanata:* foliis obovatis dentato-lyratis ſupra ſcabris ſubtus tomentoſis, ſcapis folio longioribus.
18. *acaulis:* foliis lyratis ſupra ſcabris ſubtus tomentoſis, ſcapis folio brevioribus.

A. 19. *formoſa:* foliis pinnatifidis tomentoſis, caule baſi decumbente.

20. *caulescens:* foliis lyrato-pinnatifidis dentatis ſupra ſcabris ſubtus tomentoſis, caule erecto.

21. *interrupta:* foliis lyrato-pinnatifidis ſubtus tomentoſis, caule decumbente radicante.

22. *ſcapigera:* foliis interrupte pinnatifidis tomentoſis, ſcapis foliis æqualibus.

23. *brevi ſcapa:* foliis pinnatifidis dentatis ſubtus tomentoſis, ſcapis foliis brevioribus.

24. *calendulacea:* foliis lyratis dentatis tomentoſis, caule herbaceo, pedunculis axillaribus.

25. *aspera:* foliis pinnatifidis denticulatis ſupra ſcabris ſubtus tomentoſis.

26. *undulata:* foliis pinnatifidis undulatis dentatis tomentoſis, caule fruticoſo.

27. *denudata:* foliis pinnatifidis denticulatis ſubtus tomentoſis, caule fruticoſo.

28. *candida:* foliis pinnatifidis dentatis tomentoſis, caule herbaceo.

29. *pectinata:* foliis bipinnatifidis piliferis glabris, caule fruticoſo.

30. *elegans:* foliis lobatis dentatis ſubtus tomentoſis, caule fruticoſo.

**** *Foliis pinnatis bipinnatisque:*

31. *trifida:* foliis linearibus trifidis pubeſcentibus.

32. *punctata:* foliis linearibus pinnatis glabris punctatis, caule fruticoſo.

33. *nodoſa.* foliis nodoſis pinnatis glabris, caule fruticoſo.

34. *pinnata:* foliis filiformibus pinnatis glabris, caule fruticoſo paniculato.

35.

A. 35. *nudicaulis*: foliis bipinnatis glabris, caule herbaceo.
36. *anthemoides:* foliis bipinnatis glabris, caule herbaceo.
37. *paleacea*: foliis bipinnatis glabris fruticoſo erecto, capitulis erectis.
38. *dentata:* foliis ſubbipinnatis tomentoſis, caule fruticoſo erecto.
39. *paradoxa:* foliis bipinnatis mucronatis glabris, caule fruticoſo decumbente.
40. *cernua:* foliis bipinnatis glabris, caule fruticoſo erecto, capitulis cernuis.
41. *pilifera:* foliis bipinnatis punctatis piliferis glabris, caule herbaceo.
42. *ſericea:* foliis bipinnatis hirſutis.

§. 4.

DESCRIPTIONES SPECIERUM.

Acaules occurrunt nonnullæ; aliæ *cauleſcentes* ſunt.
Herbaceæ non paucæ ſunt; plurimæ vero *fruteſcunt*.
Folia raro diviſa & integra; ſæpius *diviſa* & *tomentoſa*.
Capitula terminalia, ſolitaria in caule, ramis & ſcapo.

A. *linearis:* *Caulis* fruticoſus, ſulcatus, tomentoſus, ramoſus, erectus, ſpithamæus & ultra.
Rami alterni, ſimiles, erecti, ſuperne aphylli.
Folia alterna, remota, ſesſilia, lanceolata, acuta, lanata, ungvicularia.

A. *pinnatifida:* *Caulis* fruticoſus, totus albo-tomentoſus, ramoſus, erectus, ſpithamæus & ultra.
Rami alterni, teretes, ſtriati, erecto-patentes, albo-tomentoſi, ſuperne aphylli.
Folia alterna, ſesſilia, linearia, obtuſa, dentata, albo-lanata, erecto-patentia, vix pollicaria.

Fo-

A. ſerrata: *Caulis* fruticoſus, totus pubeſcens, ſimplex, erectus, foliis tectus, pedalis & ultra.

Folia alterna, ſesſilia, linearia, obtuſa, apice tridentata, ſerrata ſerrraturis mucronatis diſtinctis, tota utrinque hirſuta, imbricato-erecta, pollicaria.

Pedunculi ex apice caulis aggregati, ſubſeni, filiformes, hirſuti, flexuoſo erecti, inæquales, palmares, uniflori.

A. anguſtifolia: *Caulis* herbaceus, baſi decumbens, dein erectus, ſcaber, ſuperne aphyllus, rarius ramoſus, ſpithamæus.

Folia alterna, petiolata, elliptica, oblonga, acuta, dentata dentibus remotis, ſupra vireſcentia, ſcabra; ſubtus albo-tomentoſa; patentia, digitalia.

A. plantaginea: *Caulis* herbaceus, ſtriatus, villoſo-hispidus, ſimplex, erectus, ſpithamæus.

Folia alterna, amplexicaulia cordata, inferne anguſtata, deinde dilatata, oblonga, acuta, tenuisſime ſerrata, nervoſa; ſupra viridia, pubeſcentia; ſubtus albo-tomentoſa, erecto patentia, digitalia.

A. glanduloſa: *Caulis* fruteſcens, teres; ſulcatus, flexuoſo-erectus, ramoſus, totus tectus ciliis hiſpidis & glandulis interſparſis, pedalis.

Rami alterni, ſimiles, flexuoſi, cernui.

Folia alterna, amplexicaulia, cordata, oblonga, acuta, dentata, tota utrinque hiſpida ciliis & glandulis ferrugineis, patentia, digitalia ſuperiorioribus ſenſim brevioribus.

A. grandis: *Caulis* fruteſcens, ſimplex, incurvo-erectus, ſtriatus, niveo-tomentoſus, ſuperne aphyllus, pedalis.

Fo-

Folia inferne approximata, alterna, petiolata, oblonga, obtuſa, denticulata, utrinque albo-lanata, erecta, palmaria.

Petiolus linearis, ſenſim in folium dilatatus.

Capitulum nutans, grande.

A. *elongata:* *Caulis* vix fruticeſcens, ſubherbaceus, ſtriatus, niveo-tomentoſus, ſimplex, erectus, ſuperne aphyllus, pedalis.

Folia inferne approximata, alterna, verſus baſin attenuata, obovato-oblonga, obtuſisſima, lyrato-dentata dentibus obtuſis, utrinque albo-tomentoſa, erecta, digitalia ſuperioribus minoribus.

A. *decumbens*: *Caulis* lignoſus, ſuffruticeſcens, decumbens & baſi radicans, flexuoſus, apice erectus, aphyllus, niveo tomentoſus, ſpithamæus.

Folia approximata, ſecunda, erecta, inferne attenuato-ſubpetiolata, obovata, dentata, utrinque tomentoſa, pollicaria & ultra.

Pedunculi e caule continuati, erecti, aphylli, apice nutantes, nivei, uniflori, palmares.

A. *diffuſa:* *Radices* filiformes, longi, ſimplices, ſpithamæi.

Folia radicalia, plurima, inferne attenuato-ſubpetiolata, obovata, obtuſa, apice dentata dentibus ſubquinis, utrinque lanata, diffuſa, pollicaria usque bipollicaria.

Scapus filiformis, teres, ſtriatus, albo-tomentoſus, laxus, erectiuſculus, vel reflexus, uniflorus, palmaris.

A. *ſcabra:* *Caulis* ſuffruticoſus, teres, ſtriatus, totus pilis atris villoſo hiſpidus, ramoſisſimus, erectus, pedalis & ultra.

Rami & Ramuli alterni, ſimiles, ſubfaſtigiati.

Folia alterna, ſesſilia, inferne attenuata, lanceolato-

lato-obovata, mucronata, dentata; ſupra viridia, papilloſo-ſcabra; ſubtus albo-tomentoſa, erecta; infima digitalia, ſuprema ungvicularia.

Capitula magnitudine piſi.

A. *inciſa*: *Caulis* herbaceus, teres, ſtriatus ſtriis tomentoſis, piloſo-hiſpidus, parum ramoſus, flexuoſo-erectus, vix pedalis.

Ramus unus vel alter, alternus, ſimilis, brevis.

Folia alterna, ſemiamplexicaulia, inferne attenuata, inde obovato-oblonga, utrinque inprimis vero ſubtus albo-tomentoſa, inciſo-ſubbipinnatifida, apice & dentibus mucronata, denticulata, digitalia, ſuperioribus ſenſim minoribus.

A. *muricata*: *Caulis* herbaceus, ſtriatus ſtriis tomentoſis, lævis, ramoſus, erectus, pedalis vel ultra.

Rami alterni, erecti, ſimiles, ſimplices.

Folia alterna, amplexicaulia, obovato-oblonga, dentato-ſubruncinata, lobis angulatis dentatis dentibusque mucronatis; ſupra papilloſo-ſcabra, viridia; ſubtus albo-tomentoſa, erecta pollicaria vel ultra.

Capitula terminalia in ramis aphyllis, filiformibus, magnitudine fabæ.

A. *lævis*: *Caulis* fruticeſcens, totus glaber & lævis. ſtriatus, ramoſus, erectus, bipedalis.

Rami alterni, divaricati, patentes, ſimiles.

Folia alterna, runcinato-pinnatifida, tota lævia, glabra, erecta, palmaria; *Lobi* lanceolati, denticulati, inæquales.

A. *petiolata*: *Caulis* herbaceus, baſi decumbens & radicans, dein erectus, tomentoſus, raro ramoſus, ſpithamæus.

Fo-

Folia alterna, petiolata, ovata, inciſo-ſubpinnatifida, dentata dentibus mucronatis; ſupra viridia, glabra, lævia; ſubtus niveo-tomentoſa; patentia, pollicaria.
Petioli lineares, pollicares.

A. *lanata:* *Folia*, radicalia, plura, ſesſilia, obovata, obtuſa, ſublyrato-dentata, ſupra ſcabra, ſubtus niveo-lanata, diffuſa, ſeſqui pollicaria.
Scapi ſimplices, teretes, ſtriati, tomentoſi, erecti, uniflori, ſpithamæi, foliis duplo longiores.

A. *acaulis:* *Radix* faſciculata, annua.
Folia radicalia, petiolata, runcinata, nervoſa; ſupra viridia, pubeſcenti-ſcabrida; ſubtus albotomentoſa; erecta, ſpithamæa. *Lobi* inferiores minores, alterni, ovati, denticulati; ultimus maximus, ovatus, inciſus, dentatus,
Scapi teretes, hiſpidi, divaricati, erecttiuſculi, uniflori, foliis duplo breviores, palmares.

A. *formoſa:* *Caulis* herbaceus, baſi decumbens, lanatus, ſtriatus, inferne rarius ramoſus, erectus, apice continuatus in pedunculum aphyllum hiſpidum, ſpithamæus usque pedalis.
Folia alterna, petiolata, obovato-oblonga, pinnatifida, erecta, utrinque tomentoſa, ſpithamæa. *Pinnæ* oppoſitæ, ovatæ, dentatæ dentibus & apice mucronatis.

A. *cauleſcens*: *Caulis* herbaceus, flexuoſus, compresſus, tomentoſus, erectus, ſpithamæus.
Folia alterna, petiolata petioli baſi amplexicauli, ſublyrata, pinnatifida; ſupra viridia, ſcabrida; ſubtus albo-lanata; erecta, ſpithamæa. *Pinnæ* obovatæ, denticulatæ ſinubus rotundatis, ungvicularibus. *Lobus* ultimus ovatus, inciſo-pinnatifidus.

Pedunculi ex alis foliorum axillares, teretes, flexuoſi, tomentoſi, nutantes, uniflori, digitales.

A. *interrupta: Caulis* herbaceus, baſi decumbens & radicans, dein erectiuſculus, tomentoſus, ſpithamæus.

Folia alterna, baſi dilatata, amplexicaulia, pinnatifida; ſupra glabra, lævia, viridia; ſubtus albo-tomentoſa, erecta, palmaria. *Pinnæ* inferiores minores, ultimæ trifidæ, alternantes, ovatæ, dentatæ, ungviculares.

Pedunculi laterales, tomentoſi, uniflori, patentes, longitudine foliorum.

A. *ſcapigera: Folia* radicalia, plura, petiolata, interrupte lyrato-pinnatifida, craſſa, utrinque lanata, diffuſa, palmaria. *Pinnæ* oppoſitæ, inferiores minores, alternis duplo minoribus, ovatæ, undulato-dentatæ, unguiculares; ultimus *lobus* maximus, ſubcordatus, auriculatus, ovatus, inciſus, dentatus, pollicaris.

Scapi plures, teretes, ante floreſcentiam diffuſi, ſub antheſi erecti, tomentoſi, longitudine foliorum, ſenſim excreſcentes & florentes.

Capitulum erectum.

A. *breviſcapa: Folia* radicalia, plurima, diffuſa, pinnatifido-ſublyrata; ſupra viridia, glabra, lævia, ſubtus albo-tomentoſa; digitalia. *Pinnæ* alternæ, ovatæ, obtuſæ, dentatæ, vix ungviculares.

Scapi ante floreſcentiam depreſſi, breves, dein excreſcentes, ſub antheſi erecti, filiformes, debiles, tomentoſi, uniflori, foliis breviores.

A. *calendulacea: Radix* fibroſa, annua.

Caulis herbaceus, debilis, erectiuſculus, ſpithamæus.

Folia petiolata, oblongo-obovata, lyrata, utrinque tomentoſa, patentia, digitalia. *Pinnæ* ſub-

ſuboppoſitæ, ovatæ, denticulatæ, obtuſæ, vix ungviculares; *ultima* major, ovata, inciſo-dentata. *Rarius* ſupra folia glabriuſcula ſunt.

Pedunculi axillares, teretes, tomentoſi, erecti, ſimplices, uniflori, folio longiores, ſæpe ſpithamæi.

A. *aſpera: α: Caulis* herbaceus, teres, ſtriatus, villoſus, vix ramoſus, erectus, ſpithamæus.

Folia alterna, amplexicaulia, runcinato-pinnatifida; ſupra ſcabra, viridia; ſubtus albo-tomentoſa; erecto-patentia, digitalia. *Pinnæ* ſuboppoſitæ, ovatæ, ſinuatæ, denticulatæ, obtuſæ, ungviculares.

Capitulum erectum.

β: Caulis ſuffruteſcens, teres, ſtriatus, villoſus & glanduloſus, valde hiſpidus, ramoſus, erectus, pedalis.

Rami alterni, divaricati, erecti, ſimiles cauli, ſummi brevisſimi.

Folia alterna, amplexicaulia, baſi auriculata, runcinato-pinnata, criſpato-undulata, denticulata dentibus mucronatis, villoſo & glanduloſo valde hiſpida, interdum utrinque virentia, interdum ſubtus albo-tomentoſa, palmaria. *Pinnæ* lanceolatæ, ſæpe iterum pinnulatæ, ungviculares vel ultra.

Capitula cernua.

Radius vel luteus vel purpureus.

A. *undulata: Caulis* fruticoſus, inferne glaber, flexuoſus, erectus, ramoſus, ſpithamæus.

Rami alterni, teretes, obſolete ſtriati, tomentoſi, flexuoſi.

Folia alterna, amplexicaulia, pinnatifida, erecto-patentia, palmaria: *Pinnæ* alternæ, rarius oppoſitæ, lineares, denticulatæ, undulatæ, ſu-

pra parum virides, & ſcabræ; ſubtus albo-tomentoſæ, ungviculares.

Capitula cernua.

A. *denudata*: *Caulis* fruticeſcens, ſtriatus, flexuoſus, erectus, ſuperne albo-tomentoſus, ſpithamæus.

Folia alterna, inferne attenuata in petiolos, pinnatifida, ſupra glabriuſcula, ſubtus tomentoſa, erecta, palmaria. *Pinnæ* oppoſitæ, lanceolatæ, denticulatæ, vix ungviculares.

Petioli ex alis foliorum, filiformes, ſtriati, flexuoſo-erecti, glabri, uniflori, nutantes ſpithamæi.

Capitulum cernuum.

A. *candida*: *Radix* deſcendens alte, fibroſa.

Caulis herbaceus, brevisſimus, baſi folioſus, mox elongatus in pedunculum ſcapiformem, erectum, filiformem, tomentoſum, uniflorum, vix ſpithamæum.

Folia ſubradicalia, alterna, petiolata, pinnatifida, utrinque niveo-tomentoſa, erecta, palmaria. *Pinnæ* alternæ, dentatæ dentibus mucronatis.

Petioli pollicares.

Capitulum erectum.

A. *pectinata*: *Caulis* fruticoſus, teres, erectus, ramoſus, pedalis.

Rami alterni, divaricati, incurvo-erecti, ſcabri, apice continuati in pedunculos aphyllos, flexuoſos, erectos, ſtriatos, glabros, nutantes, unifloros, ſpithamæos.

Folia alterna, ſesſilia, pinnatifida, glabra, erecto-adpresſa, ungvicularia. *Pinnæ* lineari-ſubulatæ, denticulatæ, piliferæ, reflexæ, rigidæ.

A. *elegans*: *Caulis* perennis, fruticoſus, baſi decumbens, flexuoſus, erectus, ſtriatus, cinereo-tomentoſus, ramoſus, bipedalis.

Rami ſimiles.

Fo-

Folia alterna, petiolata, inciſo-lobata ſinubus rotundatis, denticulata; ſupra viridia, glabra; ſubtus cinereo-tomentoſa; nervoſa, erecto-patentia, inæqualia, pollicaria & ultra. *Lobi* ſubquini, iterum inciſi, dentati.
Petioli folio triplo breviores, lineares.
Pedunculi in ſummo caule axillares, filiformes, erecti, uniflori.
Calyx glaber, floreſcens dorſo viridi, totus fere ſcarioſus.
Radius purpureus, linearis, crenatus.

A. *trifida:* *Caulis* fruticoſus, teres, purpuraſcens, ramoſus, erectus, inferne tuberculatus a caſu foliorum, pedalis.
Rami alterni, ſimiles, folioſi, ramuloſi *ramulis* brevibus.
Folia alterna, ſesſilia, linearia, indiviſa, bifida, & trifida, rarius 5 fida, tenuisſime pubeſcentia, ſubtus biſulca, ungvicularia.
Capitula terminalia in pedunculis vix pollicaribus, ſolitaria.

A. *punctata:* *Caulis* fruticoſus, erectus, ramoſus, pedalis & ultra.
Rami terni, filiformes, divaricati, erecti, glabri, purpuraſcentes, curvati, apice continuati in *pedundulos* filiformes, aphyllos, ſpithamæos.
Folia alterna, glabra, atropunctata, pinnata pinnis linearibus, acutis, integris; ungvicularia.
Capitula magnitudine piſi.

A. *nodoſa:* *Caulis* fruticoſus, totus glaber, teres, tuberculatus, erectus, ramoſus, pedalis.
Rami alterni & terni, divaricati, erecti, folioſi, continuati in *pedunculos* filiformes, aphyllos, glabros, flexuoſos, unifloros, ſpithamæos.

Fo-

Folia alterna, baſi nodoſo-tuberculata, lineari-filiformia, verſus apicem pinnata, glabra, pollicaria. *Pinnæ* lineari-filiformes, integræ, ungviculares.

Capitula cernua.

A. *pinnata:* *Caulis* fruteſcens, teres, pubeſcens, erectus, ramoſus, imprimis ſuperne paniculatus, pedalis & ultra.

Rami alterni, filiformes divaricato patentes, flexuoſo-erecti, ſubaphylli, faſtigiati.

Folia ſesſilia, tota pinnata, glabra, pollicaria. *Pinnæ* lineari-filiformes, integræ, ungviculares.

Capitula terminalia in panicula patenti, piſo paulo majora.

A. *nudicaulis:* *Radix* fibroſa, annua.

Folia radicalia, plura, petiolata, bipinnata, glabra, punctis atris adſperſa & impresſo-punctata, erecta, digitalia. *Pinnæ* & *pinnulæ* lineares, acutæ, integræ.

Scapus filiformis, tenuisſime ſtriatus, ſimplex, erectus, ſub flore flexuoſus, ſpithamæus.

Capitulum magnitudine piſi.

A. *anthemoides:* *Radix* fibroſa, annua.

Caulis herbaceus, filiformis, purpureus, brevisſimus.

Rami ſubradicales cauli ſimiles; elongati, ſuperne continuati in *pedunculos* capillares, aphyllos, flexuoſos; erecti, ſpithamæi.

Folia alterna, petiolata, bipinnata, glabra, erecta, pollicaria. *Pinnæ* & *pinnulæ* lineares, mucronatæ.

A. *paleacea:* *Caulis* fruteſcens, teres, pubeſcens, erectus, ramoſus, pedalis & ultra.

Rami aggregato-ſubverticillati & alterni, ſimiles, erecti, apice continuati in *pedunculos* filiformes, ſubaphyllos.

Fo-

Folia alterna, petiolata, bipinnata, glabra, margine revoluto, ſubtus biſulca, pollicaria. *Pinnæ* & *Pinnulæ* lineares, acutæ, integræ.

Capitula magnitudine piſi.

A. *dentata:* *Caulis* fruticoſus, teres, inferne glaber, flexuoſo-erectus, ramoſus, pedalis.

Rami alterni, divaricati, incurvo-erecti, teretes, tomentoſi, ramuloſi, apice elongati in *pedunculos* capillares, aphyllos, palmares, cernuos.

Folia alterna, pinnata & bipinnata, tomentoſa, ungvicularia. *Pinnæ* & *Pinnulæ* ſubulatæ, rigidæ, brevisſimæ.

Capitula cernua.

A. *paradoxa:* *Caulis* fruteſcens, baſi decumbens, dein erectus, flexuoſus, ſcaber, ſimplex & ramoſus, apice in *pedunculum* filiformem, aphyllum continuatus, ſpithamæus.

Rami alterni, flexuoſi, ſimiles.

Folia alterna, petiolata, linearia, bipinnata, glabra, pollicaria. *Pinnæ* & *pinnulæ* lineares, mucronatæ, rigidæ, reflexæ.

A. *cernua:* *Radix* fibroſa.

Caulis baſi ſuffruticeſcens, ramoſus, erectus, pedalis.

Rami alterni, ſtriati, glabri, erecti, ſpithamæi, continuati in *pedunculos* filiformes, ſtriatos, glabros, nutantes apice, ſpithamæos.

Folia alterna, ſesſilia, a baſi usque pinnata & bipinnata, glabra, pollicaria. *Pinnæ* & *Pinnulæ* lineares, acutæ.

Capitula cernua.

Paleæ calyce duplo longiores.

A. *pilifera:* *Caulis* herbaceus, baſi decumbens, dein erectus, baſi ramoſus.

Rami pauci, teretes, ſtriati, ſimplices, inferne folioſi, ſuperne continuati in *pedunculos* aphyllos, ſpithamæos, nutantes.

Folia inferne approximata, alterna, ſeſſilia, baſi pinnata, apice bipinnata, glabra, atro-punctata, erecta, ſesquipollicaria. *Pinnæ* & *pinnulæ* lineari-filiformes, integræ, piliferæ, lineam longæ.

Capitula cernua.

A. *ſericea:* *Caulis* fruticeſcens, erectus, totus tomentoſus, palmaris, continuatus in *pedunculum* filiformem, flexuoſo-erectum, uniflorum, tomentoſum, ſpithamæum.

Folia alterna, petiolata, tota hirſutie denſa ſericea tomentoſa, verſus apicem bipinnata, vix pollicaria. *Pinnæ* & *pinnulæ* lineari-filiformes, breves.

Capitulum magnitudine piſi.

§. 5.

SYNONYMA

hujus generis non facile enodantur, cum ſpecies numeroſæ valde affines ſint habitu, & folia vix ſubdiviſiones admittant. Qui vero vel denominationes & figuras Auctorum, vel characteres & deſcriptiones Botanicorum deſideraverit, evolvat ſcripta *Breynii*, *Hermanni*, *Commelini*, *Boerhavii*, *Raji*, *Volkameri*, *Walteri*, *Bergii* & *Linnæi*.

§. 6.

§. 6.

LOCUS.

Præter A. *carolinianam*, nulla non ſpecies auſtralem Africam patriam ſuam agnoſcit, ubi plurimæ, ſi non omnes, loca ſabuloſa & ſterilia camposque a pluvia vernali inundatos amantes, læte & copioſe creſcunt, nonnullæ prope *urbem* Cap, aliæ in *Swartland*, juxta montes *Paarl*, *Piketberg*, *Patrysberg*, *Drakenſtein*, cet; nonnullæ in *Roggeveld*, *Hautniquas* juxta *Olyfants rivier*, & aliis regionibus.

§. 7.

FLORENDI TEMPUS

incidit plerumque circa menſem *Septembris*, continuatum usque in finem anni. Sunt tamen Species, quæ ſub hieme florent, & non paucæ, imprimis propius promontorium ultimum reperiundæ, quæ menſibus *Junii*, *Julii* & *Auguſti* flores ſuos aperire ſolent.

§. 8.

USUS

Arctotidis neque in Oeconomia, neque in foro Medico huc usque innotuit; flores vero magni, ſpecioſi & dicolores non parum campos nudos, arenoſos, ſteriles, depresſos, inhabitatos Africæ exornant & in Hortis Europæorum culti oculos curioſorum ſvavisſime oblectant.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

No. 17

Leave stub here

34 pages in missing pamphlet

IA (No. 18)

PSAL.

ET.

G,

CÆSAR. NAT.
AL. PHILAD.
ET HALENS.
DROSIENS.
. MED.
EMBRO;
ULT.

n,
ienſis
CCC.

TYPOGR.

REMEDIA EXPECTORANTIA

(No. 18)

QUÆ
VENIA EXPER. ORD. MED. UPSAL.
PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. GÖTTINGENS. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU DOCTORIS
PUBLICÆ DEFERT CENSURÆ

Gabriel Tobias Ström,

Smolandus, Stip. Reg. & Membr. Reg. Colleg. Med. Holmienſis
IN AUD. GUST. MAJ. D. 22 NOV. MDCCC.
H. A. & P. M. S.

UPSALIÆ,
LITTERIS JOH. FREDR. EDMAN, REG. ACAD. TYPOGR.

LIBRARY NEW YORK BOTANICAL GARDEN

KONGL. MAJ:TS TROTJENARE,

AUDITEUREN OCH BRUKSPATRONEN

HÖGÅDLE HERR

ROBERT FR. PETRÉ

Tillägnas desſe blad, ſom et, ehuru ofullkomligt, prof på högaktning och årkjänſla.

af

GABRIEL T. STRÖM.

REMEDIA EXPECTORANTIA.

§. I.

Aſperam ſic dictam arteriam, omnibus cum ſuis, quotquot ſunt, ramificationibus inſigni glandularum muciparārum, fini convenientisſimum liquorem in ſtatu corporis ſano ſecernentium, numero eſſe ditatam, e Phyſiologia edocemur luculentisſime. Ab heterogeneis corpuſculis, quibus aër in pulmones meabilis haud raro eſt repletus, tutamen, atque Tracheæ lubricus ſtatus in causſis ſunt, quæ mucilaginoſi hujusce liquoris non tantum præſentiam poſtulant, ſed juſtam quoque copiam debitamque illius indolem requirunt. Attamen, quemadmodum plurimæ corporis partes ſingulares ſuas a ſtatu ſano agnoſcunt deviationes, ita etjam ſuos patitur manes inprimis Syſtema glanduloſum, & illius glandulæ quam maxime, quæ ad aſperam pertinent Arteriam.

Quod ad nimiam ſucci hujus trachealis copiam adtinet, a binis illa derivari poteſt fontibus: *a juſto vehementiori ſtimulo* vel ab *Atonia*, qui quidem vel communes eſſe posſunt vel parti cuidam adhærere. Plures illius causſæ numerantur Occaſionales, utpote quævis corpora heterogenea, plerumque tamen frigidus & humidus aër repentinæque tempeſtatum

vicis-

vicisſitudines, id quod quovis die recurrens experientia Medicorum in conſuetis illis morbis catarrhalibus affatim commonſtrat. Irritatio diutius protracta alteram proximam efficit cauſſam, nimirum Atoniam, cujus quidem documentum conſtat poſt Inflammationes diuturnas tenerrimæ membranæ, quæ organon hocce circumdat. Hinc tamen non ſequitur, glandulas aſperæ arteriæ unica esſe organa, quæ morbis pectoris inflammatoriis læduntur; arteriolæ quoque exhalantes bronchiales & totius tracheæ tenuisſimum emittunt vaporem, qui eodem tempore a juſta conſiſtentia aberrat & ſecernendi modo, idque eo momento & ab iisdem causſis, quas dudum indicavimus.

§. 2.

Sub ejusmodi muci immodico adfluxu, a quacumque dudum cauſſarum allatarum producto, vel oſtiola glandularum memoratarum ductuum ſecretoriorum interdum ſpasmodice obturari posſunt, vel ipſe in ramulis aſperæ arteriæ ſecretus mucus eam ſpisſitudinis nanciſcitur indolem, ut vel difficulter vel nequaquam ſcreatus ope eliminari queat, unde ipſa Trachea ac Bronchia imprimis ipſique exinde pulmones nimium quantum adfliguntur, unde etiam in hominibus Aſthmate vel Phtiſi laborantibus oppresſiones pectoris Dyſpnœa atque haud raro Suffocatio oriuntur, qui quidem finis eſt lugubris, quem Cynanche trachealis interdum habet. Contractionem orificiorum ductuum harum glandularum arteriarumve exhalantium vel tollendi cauſſa, vel etiam mucum in hisce

glan-

glandulis ſæpenumero conſpisſatum ſolvendi attenuandique ergo, ut tusſis ope eliminari poterit, Remedia, quæ *Expectorantia* ſalutantur, Medici in medium protulerunt. Hæc autem media memorata commode dividuntur in 1:o *Stimulantia*, quorum ea imprimis fini optato reſpondent, quæ Emeſin ſenſim & mite excitant, idque tam ob mechanicam eorum agendi vim, corpori levem addentem quasſationem; in magna enim pectoris concusſione aërisque repetita e pulmonibus exploſione, quidquid in veſiculis eorum, in bronchiis, in trachea & Larynge hæret, excutitur & quaſi avellitur, aut iteratis ictibus e vaſis ductibusque glandularum exprimitur & excreatur; quam ob horum in vaſa pulmonum exhalantia efficaciam, qua collectionem liquoris cujusdam ſeroſi in illis obviam ſolvendi adipiſcuntur poteſtatem. Horum certe Phalangi adnumerari jure meritoque convenit *Incidentia*, ad quæ pertinent *Aromatica* præſertim e Claſſe Tetradynamiæ, quæ quoque ad ſolvendum mucum liquores elicere valent. *Alkalina* præterea atque *Saponacea* eadem virtute gaudent. 2:o *Lubricantia*, quæ non tantum acria, in ductibus exhalantibus obſtructiones efficientia, involvunt, verum etiam viam illis foras proveniendi faciliorem reddunt. 3:o *Sedativa*, quæ contractiones ductuum ſecretoriorum glandularum & arteriolarum bronchialium ſpasmodicas tollere valent.

§. 3.

In adhibendis vero hisce remediis ingenio opus eſt Medico, tam reſpectu uſus cujuslibet memoratarum

Clas-

Claſſium diverſi in diverſo morborum ſtadio, quam temporis, quo cum fructu præbeantur; præcipue tamen intereſt cauſſas explorare mali, ne error in curatione ſubrepat; quod enim in uno caſu Sanitatem, in altero noxam facere valet. Non minorem committeret errorem Medicus, ſi tardæ vel prorſus impeditæ, ab infirmitate ſolidorum oriundæ, expectorationi exhiberet remedia ſedantia, quam ſi ſimilem labem, cujus cauſſa in conſtrictione vaſculorum ſpaſtica reſideret, ſiſtendam per lubricantia curaret. Eam etiam ob rationem contendere audemus, Medicum a ſcopo certisſime aberraturum fore, ſi in certis pectoris adfectionibus, quarum cauſſa a Nervorum ſympathia esſet derivanda, e. gr. in Tusſi ab Arthritide vaga aut in Tusſi, ſic dicta ſtomachali, aliquot memoratorum remediorum Exſpectorantium adhiberet.

§. 4.

Remedia hæcce, expectorationem promoventia, imprimis ſunt commendanda 1:o in *Aſthmate* humido, ubi Antimonialia præradiant; ſedativis vero in *Aſthmate* ſicco palmam præferimus. 2:o in *Peripneumonia & Pleuritide*: heic ſunt tam ſtimulantia quam lubricantia pernecesſaria. 3:o in *Phtiſi pulmonali*: electio claſſis ex ordine Remediorum Expectorantium, quod ſpectat ad uſus cujuslibet, a diverſo Morbi hujus diri ambitu dependet. 4:o in *Tusſi* ab heterogeneis e. g. pulvere lapideo, calce vel alio quocunque corpuſculo irritante in Larynge vel Aſpera arteria, orta, Emetica mitiora in ſummis merito

tunc

tunc extolluntur laudibus. Antimonialia apta doſi præbita maximam in T. ſuffocatoria infantum conferunt utilitatem. Vel minime in Praxi medica verſatus non omitteret Sedativa media in T. nervoſa dare. 5:o Medicamenta ſedantia etjam præbeamus *Angina catarrhali* afflictis, conſtrictis nempe vaſis exhalantibus ſeroſaque in Trachea orta ſtaſi. 6:o Artis Machaonis periti collineare videntur, dum Emesin promovent mitem in *Angina Strangulatoria*, mucum illum ad membranam procreandam ſemper pronum, aërisque in pulmonibus aditum plus minus impedientem deducendo. 7:o in *Synocho catarrhali*, accumulationes ſeroſas, a ſpaſmis ductuum glandularum vaſorumve ortas, in pulmonibus esſe præſentes, nemini quidem latitat; nos non credimus hallucinari, in medicaminum Sedativorum, hocce morbo vexatis porrigendorum commendatione. 8:o Lubricantia demum non repudianda in Morbis Exanthematicis præcipue *Morbillis*; pulmones heic ſemper fere esſe morboſo ſtatu expoſitos, ab experientia hodierna ſatis ſufficienterque convincimur.

§. 5.

Ex Clasſe Stimulantium (§. 2.) ſequentia, pro re nata uſurpanda, enumerari merentur:

Ipecacuanhæ radix a grano ad quatuor quavis hora adhibenda eſt in Aſthmate humido & incremento Phtiſeos pulmonalis.

Kermes minerale nec ſine emolumento datur gr.j — jj omni bihorio, ſaccharo junctum.

Infu-

Infuſum Malti Antimoniatum Ph. mil. & naval. cochleatim horis medicis.

Vinum antimoniatum a guttis XV ad L propinetur ut efficacisſimum præ ceteris remedium in Tusſi infantum convulſiva.

Scillæ radix a gr. jj ad jv doſi repetita datur in Tusſi catarrhali protracta uti & Phtiſi pulmonali. Opio vel Extracto quodam amaro ſapor permulto nauſeoſus mitigatur.

Syrupus & Oxymel Scillæ a Dracma ad Unciam pro uſu diuturno.

Enulæ radix vi ſua incidente, ut ſaluberrima datur in Asthmate Raucedineque a Scrupulo ad Dracmam cum Saccharo vel ſub forma Rob cum melle.

Pulvis Enulæ compoſitus Pharm. Mil. & nav. ad cochlear pro Thea pluries de die.

Ari radix a ſcrupulo ſemis ad Dracmam ſola vel cum Extracto quolibet convenienti ſub forma pilulari.

Iridis florentinæ radix a Scrupulo ad Dracmam cum melle vel Syrupo.

Ammoniacum gummi eximiam præſtitit utilitatem incidendi in Asthmate a Scrupulo ad Dracmam in Subſtantia vel adjecta Scillæ radicis aut Antimonialis cujusdam idonea portione.

Lac ammoniacum ad cochlear bis terve in die.

Asſa fœtida gummi auctoritate Summi Cullen celebratur ut Expectorans; cui gravis ratione odoris & Saporis admiſceantur alia medicamenta incidentia. Propinatur hocce fine a granis jv ad Scrupulum aptisſime in forma pilularum.

Ben-

Benzöe gummi gr. — v. — Drß.
Sal Benzöe gr. — x — xx.
Myrrha gummi, ab aliquot granis ad Scrupulum.

Ex Claſſe Tetradynamiſtarum magni æſtimantur *Armoraciæ* radix, *Raphani* ſativi rad., ſemina *Sinapis* ut Remedia incidentia. Ex Aromaticis radice utimur *Zingiberis*, ut Medicina domeſtica ſatis ſuperque edocemur. Ill. Cullen collaudat *Alkali volatile* ut efficax medicamentum tardam facilitandi expectorationem; ſub ſtatu tamen apyretico ad uſum proprie indicatur. *Aqua Selterana* inter optima habetur expectorantia, vel ſola vel lactis recentis tertia parte nupta, per aliquot hebdomadas mane ſumenda. *Saponacea*, ut mucum ſolventia nec in tenebris involuta latuere.

§. 6.

Ad Sputa eliminanda, quando non facile prodeunt, *Lubricantia* etjam reſenſuimus, quæ ſunt:

Gummata varia ut e Mimoſa, Aſtragalo &c. *Radices* e Glycyrrhiza, Althea, Orchide &c. *Amygdala*; *Fructus* Fici; *Herba* Malvæ, Verbaſci, Hyſſopi &c. *Saccharo Melle*que nequaquam exceptis, inter uſitatiſſima ſunt remedia *involventia* bona vetuſtate ſic dicta, quæ admodum varie præſcribuntur; hoc tamen monendum, omnia Medicamenta dulcia, mucilaginoſa vel oleoſa, expectorationis ſcopo præſcripta, caute cogitateque eſſe uſurpanda, doſi enim immodico & protractiori quam res poſtulat, in Organis digeſtioni dicatis vim debilitando & exinde Atoniam univerſalem inferendo exercent.

§. 7.

§. 7.

Denique ad ea remedia, ſpaſmos tam univerſales quam particulares membranæ ſenſilisſimæ ductuum & arteriarum tubæ aëreæ infringentia, animus convertatur. Ad heroicum illum Papaveris ſuccum inſpisſatum, quem *Opium* nominare mos eſt, tunc imprimis confugiendum; eum in finem ut efficacisſimum certo inveniatur ſub forma cruda ad granum unum ætati provectiori datum veſperi, ad Spasmos, expectorationi inimicos, refrenandos.

Elixir Papaveris a guttis XX ad L laude non immerito celebratur in Tusſi catarrhali & Phtiſi pulmonali, quo titillationes nocturnæ egregie oppugnantur.

Syrupus Papaveris coclhear pro Thea pluries de die infantibus.

Pilulæ e Styrace a N:ojj ad jv veſpere.

Extractum Nicotianæ in Aſthmate & Phtiſi pulmonali ſummopere extollitur ægris, uſu tabaci inſuetis, a grj -jv.

Pilulæ e Nicotiana compoſitæ Ph. mil. & nav. Parvi ratione pretii Plebejis minusque opulenti hominum clasſi Aſthmate, Tusſi catarrhali protracta vel Phtiſi afflictis, maximo cum emolumento adhibendæ præſcribantur a N:ojv--vjjj.

Vapores calidi mollisſimis plantis parati ac ore vel infundibuli ope hauriendi vel infuſionis modo bibendi; in iis tamen, qui ad ſputum ſauguinis propendere videntur aut nimia pulmonum laxitate ac debilitate laborant, non uſurpandi.

REMEDIA STERNUTATORIA.

(No. 19)

QUÆ

VENIA EXPER. ORD. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. GÖTTINGENS. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

LIBRARY NEW YORK ...

PRO GRADU MEDICO
PUBLICE PROPONIT

JOHANNES ERICUS ULFSBERG
STIP. STIEGLER.
STOCKHOLMIENSIS.

IN AUDIT. GUST. MAJ. D. 17 DECEMB. MDCCC.

UPSALIÆ,
LITTERIS JOH. FREDR. EDMAN, REG. ACAD. TYPOGR.

REMEDIA STERNUTATORIA.

§. I.

Remedia illa, plexibus nerveis membranæ Schneiderianæ admota, quæ ejusmodi gaudent incitandi vi, ut major columna aëris, ſub inſpiratione longiore & profundiore in pulmones attrahatur, & poſtea vehementisſima exſpiratione, nec non convulſiva pectoris compresſione, totiusque corporis quasſatione expellatur, generaliori ſenſu Sternutatoria vulgo ſalutantur. In duas, a nonnullis Auctoribus, diſpartita fuere Clasſes, Sternutatoria ſcilicet in ſpecie talia, & Errhina. Illorum jam ex ſupra allatis patet modus agendi; horum autem eſt, quod leni ſtimulo ſecretionem tantum muci narium augeant, qui dein ob illus copiam ad evacuationem impellit. Hæcce autem diſtinctio pro diverſa incitabilitatis intenſitate corporis humani variat.

§. II.

Quoad effectus in duo convenit hæcce Remedia dividere genera:

1:o Quæ mitiori blandiorique ſtimulo ita membranam Schneiderianam adficiunt, ut copioſior inde evadat adfluxus muci narium, & ſternutatio parum vehemens oriatur. Ejusmodi ſunt e Regno Vegetabili pulveres foliorum Majoranæ, Salviæ, Lavandulæ, Teucrii, Nicotianæ, Arnicæ, Achilleæ, florum Convallariæ, radicum Aſari, Ipecacuanhæ, Pyrethri, ligni Sasſafras, & tandem e Regno minerali quamquam graviori gaudent vi, varia præparata Hydrargyri, Vitriolum Album &c.

Quorum agendi vis, reſpectu acris qua gaudent poteſtate ſtimulandi, non omni periculo caret, ſi imprudenter, & quæ, niſi graviore & deſperato in caſu, non ſunt uſurpanda. Qualia ſunt pulveres radicis Veratri, reſinæ Euphorbiæ & ſimilia.

§. III.

Cum itaque functiones vitales excitent ſternutatoria, ſeu quod idem eſt actum ſternutationis cieant, cum quo fortior ſemper reſpiratio juncta eſt; patet uſum eorum in omni genere mortis apparentis ubi hæ ſunt interceptæ, commendandum. Hoc eo modo interpretari non convenit, quaſi emolumentum adferre valerent in caſibus, quibus hæ functiones conſecutivo laborant morbo, quando ſcilicet qualibet cauſſa, qua primum aliæ functiones graviorem perpeſſæ ſunt plagam, demum in has conſecutive agit; Sed mentio heic ſolum eſt, de illis morbis, quibus primarie vexantur functiones vitales, & quando cauſſa immediate in has ſuam exſerit vim. Probe etjam eſt obſervandum, quod non ſufficiant ejus modi Remedia, quando læſio a deſtructione organi cujusdam graviore, cui hæ tribuuntur functiones, eſt deducenda. Sic illis præſcribenda, qui aqua ſubmerſi, laqueo ſuſpenſi, vel quodcumumcumque caſu, vitali aëre privati, vitam amiſere. Tunc ſæpe corpus ſemianime refocillant, ſiquidem actu tantum non autem in potentia vita ceſſavit. Quapropter neceſſum, ut corpori gradus certus incitabilitatis inſit, quem vitæ diu ſuperſtitem eſſe experientia ſæpius teſtatur. Cum vero non novimus, quando evaneſcat hæc incitabilitas, (quod ante conſpecta putredinis ſigna incidere veroſimile non videtur); ſic ſæpe adhiberi debere hæc Remedia cenſemus, quandiu chemicis attractionibus non jam ſubjectum eſt corpus humanum. Exempla enim ubi profuerint, non deſunt. Obſer-

ſervare etjam decet, incitabilitatem in ipſo momento mortis plane exſtingvi poſſe, quodque in illis fieri videretur, qui fulminis ictu vitam poſuere. Sternutatoria, quæ recenſitis caſibus fructum pollicentur, fortisſima esſe debent, licet corrodendo in partes attactas agerent. Penna anſerina vel tubulo, quantitate ſufficiente in nares injici posſunt. Nec titillationes mechanicæ plumis præparato quodam ex Alkali Ammoniaco, vel qualibet alia fortiori fragranti materia imbutis factæ, oblivioni ſunt tradendæ.

§. IV.

Dantur etjam mortis apparentis haud disſimiles caſus, quibus uſum Remediorum Sternutantium non posſumus non commendare; in Suffocatione ſcilicet Hyſterica, Syncope, anhelitu a Tusſi Convulſiva ortum ducente, aliisve diutius protractis reſpirationis interceptionibus. Causſam uidem morbi non tollunt, ſed impeditas reſtituunt functiones vitales, illorum nempe nervorum irritatione, qui ſummum in hæc organa imperium exercent. Syncope exempli causſa, nullius ſæpe eſt momenti; hoc tamen animi momentaneum deliquium, intermisſis his Remediis, in veram tranſire poteſt mortem. Aſphyxiis vehementibus animi motibus excitatis, quarum mentionem fecerunt Auctores, perplurimis occurri potuisſet, ſi vere cognita vis & diſtincta fuisſet notio effectus utilitatisque Remediorum Sternutantium. Hiſce in eventibus ſummi eſt momenti, causſam mortis proximam, quæ eſt cesſatio reſpirationis tollere; quapropter præparatum quoddam Ammoniacale naribus ſemper admovere ſolemus, ut irritatis & quaſi excitatis nervis, denuo excitetur intercepta reſpiratio. Mos fuit Veterum hocce in caſu, fumum e plumis, vel alia ex Animali Regno materia uſtis, atque fortisſime graveolentibus ortum, in uſum vocare.

 Quan-

§. V.

Quando ad vehementem & plane convulſivam aëris expulſionem, quæ ſub actu ſternutationis peragitur, reſpectum habemus; facile perſpicimus commoda ex hiſce Remediis præſtantiſſima in malis omnibus eſſe redundatura, quibus humores excreti, ſive Lymphatici ſive Mucoſi, ſeſe in Larynge vel Meatibus narium accumulaverint, atque horum obturatis aperturis, aëris tranſitui impedimento ſunt. In illa ſpecie turbationis ſenſuum quæ oriri ſolet ex irritatione Larvarum Inſectorum, in ſinubus frontalibus nidulantium, quales caſus adferunt quidam Veterum Auctorum, valde utilia fuerunt Sternutantia, utpote quæ celeriori aëris per nares exploſione, ingratos hoſce hoſtes fortiter expulerunt. His tamen ægrotantibus, ſenſuum turbatione tali modi cauſſata vexatis, fortioribus ob ſtuporem ſenſuum Sternutatoriis opus eſt.

§. VI.

Quoniam localem in membrana Schneideriana excitent ſtimulum Sternutantia, unde copoſior muci narium oritur ſecretio, magnopere eorum uſus eſt commendandus in Coryza atque Rheumaticis anterioris capitis, & faciei adfectibus; Leniora & quidem ſvaviora heic inſervire posſunt, quæ reſolventi etjam vi gaudent, heic non contemnenda. Ut a nobilioribus partibus deriventur afſluxus ſtaſesque humorum, & ad alias alliciantur partes, nonnumquam in uſum vocata ſunt Sternutatoria, ſcilicet in præcavendis & curandis plerisque morbis oculorum, e. g. Leucomate, Cataracta, Lippitudine, Hydrophtalmia, aliisve; ſunt etjam Auctores haud contemnendi, qui in diutina Cephalalgia, Cophoſi, Odontalgia a Rheumatismo orta, ipſaque Amauroſi illa non negligenda esſe, crediderunt. Uſque eo quoque procesſerunt quidam Medico-

rum

rum, ut fructum ſibi per eorum uſum in Hydrocephalo polliciti ſint. His in eventibus uſitata Remedia Sternutatoria, (ut hodierna ratiocinandi methodo confidamus) effectiva ſeſe præbuerunt per inductam loco propinquo incitationem, cujus comes orgasmus citatus, his incommodis tanto eſt exoptandus. Meminisſe tamen oportet, fruſtraneam esſe omnem operam, ſi organicis majoris ſaltem momenti vitiis, hi morbi ſuos debeant natales.

§. VII.

Præter hos breviter enumeratos, alii quoque ſunt Remediorum Sternutatoriorum effectus ac uſus, quos ſecundarios appellare liceat; validiore enim diaphragmatis & muſculorum abdominis conſtrictione, pergravi presſione adficiuntur viſcera infra collocata, unde actiones, quibus promovendis quodlibet viſcus inſervit, celeriores redduntur. Facile etjam eapropter poſt partum eorum uſus, ubi ſecundinæ diu adhærent, conſpicuus eſt; contractionem enim uteri compresſionis causſa, ut facilius ſeparetur placenta, adjuvant.

§. VIII.

Sed in uſu & effectu horum Medicaminum enodando occupati, reticere omnino non debemus illos caſus, in quibus Sternutatoria, ſine diſcrimine uſurpata, quamvis non ſemper lethalibus, ancipitibus ſaltim, comitari posſint ſequelis. Notandum quoque in genere eſt, quod fortiora quantum fieri poteſt, ſint evitanda, ſiquidem varia ſecum facile ferant incommoda, Inflammationem ſcilicet, Polypos, Ozoenam &c. quare mitiora ſemper primum adhibere præſtat. Nec in gravioribus organorum reſpirationis præſertim pulmonum læſionibus, Sternutatoria adhibenda cenſemus; e pectoris enim vehemen-

tiori

tiori conquasſatione Vomica facile diſrumpitur, & pus exinde usque ad ſuffocationem in vaſibus aëriferis effunditur, quod momento mortem inferret; cum e contrario, ſi hæc puris moles tusſiendo paullatim eliminaretur, naturæ forſitan occaſio linqueretur ſeſe reficiendi. In Pneumonia periculoſa exiſtimentur; per profundiorem enim inſpirationem, locus inflammatus comprimitur, unde major extravaſatio. Dolores in Pleuritide augent, unde febrem, indeque ipſam inflammationem intendunt. In Hæmoptyſi damnoſa ab omni parte aurumantur, ob copiam & moram in pulmonibus ſangvinis ſub ſternutatione. Iis quoque, qui in Epiſtaxin proni ſunt, nocere ſolent, vehementioris expirationis causſa, unde ruptura vaſis ſangviferi in cavitate narium facile exiſtit, propterea que quod hocce ſub actu, ſangvis abundantius verſus caput ruat. Eadem etjam eſt ratio, cur inſalubria in Apoplexia præcipue Sangvinea ſunt exiſtimanda quod quidem quorundam Auctorum præcepta contra indicant. Ob totius quoque corporis quasſationem, commendanda non ſunt in profluviis ſangvinis, ſive activis ſive pasſivis. Gravidis denique nocent, iis præſertim menſibus, quibus ad abortum magis ſunt pronæ. Herniosis quoque quam maxime ſunt evitanda, nec ſine ſumma cautela, necesſitate urgente, unquam in uſum vocanda.

(No. 20)

FRUCTIFICATIONIS PARTIUM VARIETATES

Quarum

PARTEM PRIOREM

CONSENSU EXPERIENT. FACULT. MED. UPS.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VAſA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. GÖTTINGENS. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; nec non ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

LIBRARY
...EW YORK
...ANICAL
...RDEN

publice examinandam ſiſtit

HENR. WILH. ROMANSON,

STIPEND. WRED. SAWOLAXIA-FENNO.

IN AUDIT. GUST. MAJ. D. XX DEC. MDCCC.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,
LITTERIS JOH. FREDR. EDMAN, REG. ACAD. TYPOGR.

FRUCTIFICATIONIS PARTIUM VARIETATES.

§. I.

Nemo facile negaverit inſignem utilitatem & præſtantiam methodi cujusdam ſyſtematicæ, qua facili & ſecura via atque opera ad cognitionem ſpecialem lapidum, vegetabilium ac animalium, quæ alit, qua patet latisſime, orbis terraqueus, innumerorum pervenire posſumus. Eſt enim ab eo usque tempore, quo in Phalanges diſtribuere cœperunt Naturæ ſcrutatores naturalia, quod incrementa ceperit & ad perfectionem tetenderit ſcientia rerum naturalium. Ab externo habitu illa diſcernere conati ſunt veteres. Deinde, ut de vegetabilibus tantum ſermo ſit, ſecundum fructus fundamenta Syſtematica jecerunt; tandem ſecundum *Calycem* atque *Corollam*, ut TOURNEFORTIUS, nec non ſecundum *Sexum*, ut LINNÆUS, uterque Excellens Scientiæ Reformator atque Stator Syſtematicus, a Se inventas inſtituerunt Methodos.

Poſt hasce inventas, in primis Linnæanam ſecundum ſexum plantarum, quam ceperit incrementa rapidisſima Scientia omnium facile amœnisſima & utilisſima, non eſt Botanices vel tantillum peritus, qui non noverit. Veterum ſcientia Botanica multum erat obſcura & incerta atque vix aliud, quam memoriæ ſarcina, dum Recentiores cum filo ariadnæo, Syſtematis ope, ad cer-

OCT 15 1910

tiorem plantarum notitiam facillimo ſæpe negotio pervenire posſunt.

Ex omnibus vero huc usque conditis Syſtematibus plantarum, ne unicum eſt quidem, quod omnibus partibus perfectum ſalutari posſit, quodque exceptiones plures vel pauciores non admittat.

Harum non exiguam partem in unum colligere voluimus, Tuoque B. L. mitiori ſubmittere cenſuræ, ut inde appareat, quænam partes fructificationis & qua ratione in primis variare ſoleant, atque vel in diverſis clasſibus, ordinibus, vel generibus & ipſis quandoque ſpeciebus a cognatarum plantarum ſtructura, numero & proportione deviare obſerventur.

§. II.

Partes Floris ſimul plures variantes inveniuntur in ſequentibus:

MIMOSÆ ex omnibus maxime variare ſolent *Calyce*, *Corolla*, *Staminibus*, *Fructu* & *Seminibus*, ita ut in hoc genere nulla pars fructificationis conſtans ſit.

VALERIANIS mira eſt varietas partium fructificationis, quoad numerum & figuram.

RHAMNI ſpecies admodum variant plurimis floris partibus, imprimis *Stigmate*, *Fructu*, *Corolla*, *Stylis* & *Staminibus*.

CALODENDRUM variat numero partium, *Corollæ*, *Nectarii* & *Staminum*.

GARDENIÆ ſpecies non paucæ variant *Staminibus*, *Calyce*, *Corolla* & *Fructu*, qua numerum & figuram a 5 ad 9.

APONOGETON variat numero *Staminum*, *Piſtillorum* & *Capſularum* in ejusdem ſpicæ floribus.

ZAN-

ZANTHOXYLON variat *Calyce*, *Corolla*, *Staminibus*, *Stigmate*; &

MENISPERMUM *Calyce*, *Corolla*. *Staminibus*, *Piſtillo* ac *Bacca*,

EUCLEA, *Calyce* & *Corolla* variat 4-5-& 6 fida in floribus *maſculis*; 4-& 5-fida rarius in femineis.

MONTINIÆ flores maſculi, ſæpe 4-fidi, interdum 5-fidi.

RHIZOPHORÆ differunt *Staminum* numero, uti etiam *Calyce* & *Corolla*.

DEUTZIA variare ſolet *Calyce*, *Corolla*, *Stylis* & *Capſula*.

RÉSEDA ludit numero & figura partium in diverſis ſpeciebus.

In RANUNCULO & THEA partes fructificationis valde ſunt inconſtantes.

TETRAGONIÆ primus flos addit 5 partem numeri in omni fructificationis parte.

CHRYSOSPLENII flos terminalis 5 fidus, reliqui 4-fidi.

ADOXÆ flos terminalis 8-andrus; laterales addunt unam quintam partem.

MONOTROPÆ flores laterales excludunt quintam partem in omni fructificationis parte; & contra

JUSSIEUIÆ quibusdam ſpeciebus $\frac{1}{5}$ deficit, uti quoque HERNIARIÆ *fruticoſæ* in *Calyce* & *Staminibus*, atque RUTÆ *graveolenti*, COTYLEDONI *Laciniatæ* & TORMENTILLÆ in omni fructificationis parte.

CINCHONA interdum demit 5-partem numeri in ſingulis partibus; &

LINO *Radiolæ* non raro numeri 5 pars eximitur.

MYRSINE ſæpe unitatem omni numero demit in omni fructificationis parte; &

EVONYMI fructificatio in quibusdam individuis vel ſpeciebus aufert 5 numeri partem.

PTELEA variat numero 4-&-5 nario in *Calyce*, *Corolla*, & *Staminibus*. Sic etiam

ZWINGERÆ numerus partium fructificationis variat 5-narius & 4-narius.

GENTIANÆ floris numerus & figura valde variare deprehenditur a 4 ad 9; &

SEPTAS numero partium ludit a 5 usque ad 9.

THESIUM *Alpinum* & PEPLIS *Tetrandra* demunt $\frac{1}{3}$ e fructificatione, quum e contrario

GRISLEA interdum $\frac{1}{3}$ addit partibus floris.

RUMEX *Digynus* unam tertiam partem excludit in omnibus partibus, exceptis *Staminibus* &

VACCINIUM ſæpe addit unam quartam partem in omni fructificationis parte.

SLOANEA numero partium variat a 3 ad 6, &

ACHRAS *Mammoſa* demit unicam ſextam partem numeri.

PRINOS numero ab Ilice differt & interdum unicam ſextam numeri partem excludit.

PEGANUM differt a RUTA uti CELASTRUS ab EVONYMO; quidquid enim *Piſtilli* numero demitur, *Staminibus* additur & vice verſa.

ACTÆA *Cimicifuga* variat adeo numero *Styli*, *Capſularum*, *Petalorum* & *Calycis*, ut nec ſexus conſtans ſit, nec proportio.

DISANDRÆ flos numero partium maxime variare ſolet.

§. III.

Calyx diverſimode a conſveto ordine abludit, interdum deficiens, interdum plus, interdum minus diviſus.

In TRIUMFETTA *Lappula* omnino eſt nullus.

CALLOCOCCÆ *involucrum* 4-phyllum, 5-phyllum, 1-phyllum vel nullum deprehenditur.

FRAXINUS *Ornus*, *Corolla* & *Calyce* gaudet; *excelſa* his deſtituitur.

AGRI-

Agrimoniæ *Calyx* exterior adnatus eſt interiori; at in Agrimonoide liber deprehenditur.

Lupinis *Calyx* in diverſis ſpeciebus diverſus eſt; & in Centaurea *Calyx* valde disſimilis occurrit.

Origano *Calyx* variat 5-dentatus, bilabiatus & diphyllus;

Melochiis aliis ſimplex, aliis dupplex.

In Reseda *Luteola Calyx* 4-partitus; in *alba* 6-partitus; in aliis ſpeciebus *Perianthium* 5 partitum.

Elæocarpis numerus *laciniarum Calycis* & *Petalorum* interdum ternarius, qui esſe deberet 5-narius.

In Crotone *tinctorio Calyx* 5-phyllus; in *Lucido* ♂ calyx 10-phyllus ♀ 5-phyllus.

Plantaginibus aliis *Calyx* æqualis, aliis inæqualis.

Gratiolæ *rotundifoliæ Calyx* 5-partitus; *Officinali* 7-phyllus.

Verbenæ *Jberardiæ Calyx* anguſtus; *lappulaceæ* inflatus; Curassavicæ *Calyx* 4 ſetis acutis prominet.

In Althæa & Alcea *Calycis* laciniæ numero ſunt inconſtantes. & in Malva *Calyx* exterior 2-& 3-phyllus.

In Hibisco *populneo Calyx* exterior 3-phyllus; in *tiliaceo* 1-phyllus; in aliis ſpeciebus 3 usque 12-phyllus.

Anemone variat involucro 3-phyllo & multifido; &

Dryas *laciniis Calycis* 6-10, *petalis* æquali numero;

Richardia *Calyce* & *Corolla* 6-& 8-fida;

Skimmia *Perianthio* 4-& 5-partito;

Veronicæ *Calyce* 4-& 5-fido: in plurimis 4-fidus, in *ſibirica*, *Teucrio*, *proſtrata*, *pectinata*, *auſtriaca*, *multifida*, *latifolia* & *Pæderota* 5-fidus;

Hydrolea in quibusdam ſpeciebus *Calyce* & *Corolla* 6-fida, cum *Staminibus* 6, in ceteris tantum 5;

Clusia *Calyce* 4-& 6-phyllo;

Celtis *Calyce* 5-& 6-fido;

Ptelea *Calyce* 4-& 5-fido;

Tomex *Involucro* 5-& 6-phyllo;

 Ho-

HOVENIA *Calyce* 4-& 5-partito;
TETRACERA *Calyce* 5 & 6-partito;
DECUMARIA *Perianthio* 6 usque 12-phyllo; *Petalis* totidem;
DEUTZIA *Calyce* 6-fido;
POLYCNEMUM ſoliolis *Calycis* 2, 3, & 4.
ATRAPHAXIDI *undulatæ Calyx* 4-partitus;
MONTIÆ ſoliola *Calycis* ſæpe terna;
PETITIÆ *Calyx Corollaque* ſæpe trifidæ;
POLYGONO *frutescenti Calyx* diphyllus;
PORTULACÆ *fruticoſæ* & NYMPHÆÆ *luteæ Calyx* 5-phyllus;
CRATÆVÆ *Marmelos Calyx* 5-fidus;
AMARANTHO *Calyx* 3-& 5-phyllus.
POTERIIS *Calyx* 2-3-& 4-phyllus eſt;
RANUNCULO *Ficariæ Calyx* 3-phyllus;
In THEA *Bobea Calyx* 6-partitus; in *japonica* 5-phyllus;
In EUPHORBIA *Calyx* 8-usque 10-fidus.
MIMOSIS *Calyx* 5-dentatus aliis, aliis modo 3-fidus.
In BURSERA numerus dentium *Calycis* & *Petalorum* variat a 3 ad 5.
In quibusdam VALERIANIS *Calycis* margo vix notabilis, in quibusdam 5-fidus.
AMMANNIA *baccifera Calyce* 4-dentato, loco 8-dent. gaudet.
JATROPHÆ nonnullis floribus Maſculis *Calyx* 5-fidus & *Corolla* 5-*petala.*

§. IV.

Corolla in non paucis Generibus variare deprehenditur: ſic

RESEDA *Luteola* habet *Petala* 3; *alba* 6: aliæ 5.
SCABIOSIS pluribus flores 4-fidi & 5 fidi.

In

In Nyctanthe & Jasmino variat numerus *laciniarum Corollæ* ſæpe in eadem ſpecie; item occurrit floris figura acuta & obtuſa.

Holosteo *ſucculento Petala* ſunt ſubtrifida; *umbellato Petala* tria ſeu bidentata.

In Monetia *Flores* aliquando trifidi, aliquando bifidi.

Tillandsiis aliis *Corolla* 3-fida, aliis 4-fida.

Thea *Bobea* gaudet *petalis* 3 usque 9; *japonica* 6.

Euphorbiis nonnullis petala 4, aliis 5.

In Valantia *murali* & *Aparine Flores* Maſculi trifidi; in *articulata* & *cruciata* 4-fidi.

In Zanthorhiza numerus *Petalorum* interdum ſenarius, vulgo quinarius; in

Boscia 4-narius & 5-narius.

In Cerastio *repente* occurrunt *petala* 4-fida ſeu 5-fida.

In Rhamno *catbartico Corolla* 4-fida; in *Alaterno*, *Zizypho*, *Frangula* & *Paliuro* 5-fida.

In Bursera numerus *Petalorum* variat a 3 usque ad 5, uti dentes *Calycis*.

Dryas variat *Petalis* 6 usque 10, laciniis *Calycis* æquali numero.

Elæocarpi *Petalorum* numerus, uti *laciniarum Calycis*, interdum eſt ternarius, interdum quinarius.

In Valerianis *Corollæ* tubus aliis longus, in aliis calcaratus, in aliis brevisſimus; *Limbus* in aliis æqualis, in aliis bilabiatus.

Salviæ *Corolla* multifariam differre obſervatur. *Salviæ* Tournef. gerunt labium ſuperius fornicatum; inferius planum ſeu lateribus reflexum.

Horminum Tournef. *labium* ſuperius habet adſcendens, breve; inferius *laciniam* mediam concavam.

Sclarea Tournef. *labium* ſuperius gerit erectum falcatum; inferius *laciniam* mediam concavam.

Pe-

Petasites Tournef. caret floſculis ligulatis in radio, licet quibusdam feminei nudi adſint.

Tussilago Tournef. inſtruitur ſemper femineis in radio *Corollā* ligulata prædititis.

Tussilago *frigida* & *Cotula* variat *Floribus* floſculoſis & radiatis; &

Senecio *Floribus* floſculoſis atque diſcoideis.

In Tordylio *Anthriſco* umbella radiata.

In Convallariis uti & in Hyacinthis, Andromeda, & Erica *Corolla*, qua figuram, immenſe variat, oblonga, globoſa, campanulata.

Decumaria variat *Petalis* 8 usque 12.

Richardia variat *Corolla* & *Calyce* 6 & 8-fidis;

Petitia *Calyce Corollaque* 3-fidis;

Scabrita *Corolla* 4 & 7-partita;

Tetracera *Petalis* 3-5;

Thalictrum *tuberoſum* & *cornutum Corolla* 5-petala;

Ranunculus *Ficaria Petalis* pluribus;

Coffea *occidentalis*, Callicocca, Evea & Swertiæ quædam flore 4-fido.

Aitonia variat *floribus* 5-fidis, 10-andris.

Gardenia *Thunbergia* valde variat numero *laciniarum*, *Corollæ*, uti etiam Adonis & Atragene, adeo ut numerus nunquam ſit conſtans.

Hydroleæ quibusdam in ſpeciebus *Corolla* & *Calyx* 6-fidus *ſtaminibus* 6.

Deutzia variat *Petalis* 6.

In Stellaria *radicante Petala* 5-partita.

Lychnidi *Viſcariæ petala* indiviſa.

Jatrophæ aliis floribus maſculis *Calyx* 5-fidus & *Corolla* 5-petala.|

Polygonum *fruteſcens* habet *Petala* tria;

Ptelea *Corollam* 4-& 5-petalam;

Clusia 4 usque 6 petala.

Sunt

Sunt non pauca Genera plantarum, vulgo corolla inſtructa, in quibus ſpecies occurrunt *Apetalæ*, ut:

AMMANNIÆ *Petala* ſæpe deficiunt in eadem ſpecie.

CROTONIS ſpecies aliæ petaloideæ ſunt, aliæ apetalæ, *lucido Corolla* nulla: *tinctorio Petala* 5.

MIMOSIS aliis *Corolla* 1-petala, aliis 5-petala, aliis nulla.

SAGINA *procumbens* variat *floribus* corollatis & apetalis: *apetala* absque *Petalis* floret.

CONOCARPUS *erecta* apetala eſt, *racemoſa* autem 5-petala.

In AERE *Pſeudoplatano Corolla* vix a *Calyce* diſtincta; in *Negundo Corolla* nulla.

FRAXINUS *Ornus Corolla* gaudet; *excelſa apetala* eſt. Circa *Peplidis* genus obſervatur, quod plurimis unius ejusdemque plantæ floſculis deſit *Corolla*.

Inter CARDAMINES datur ſpecies *Petalis* deſtituta; & *Corolla* carent: HELICTERES *apetala*, LEPIDIUM *ruderale*, ATRAPHAXIS *undulata*. LÆTIA *apetala*, PASSIFLORA *ſuberoſa*, LYCHNIS *apetala*.

CHRYSANTHEMUM *floſculoſum* radio deſtituitur.

ASPERULA *tinctoria* & *pyrenaica flores* 3-fidos habent.

CRUCIANELLA *maritima* & *ægyptiaca Corollis* 5-fidis gaudent.

RUBIÆ flos ſæpe 5-fidus evadit.

GERANIIS *Columbinis* TOURNEF. *Petala* regularia, glandulis interſtinctis.

Gruinalibus TOURNEF. *Corolla* æqualis.

Geraniis RIVIN. *Corolla* irregularis.

Cicutariis TOURNEF. *Corolla* ſubæqualis *Petalis* interſtinctis glandulis

Africanis Petala inæqualia.

MELANTHIO *monopetalo Petala* ſunt connata in *Corollam* monopetalam.

MEDEOLÆ *Virginicæ Petala* ſunt 4; uti etiam ÆSCULO *Paviæ Corolla* 4-petala.

§. V.

Nectarium magis, quam aliæ fructificationis partes, conſtans eſſe videtur, & in paucis differentiam admittere. In ſequentibus tamen variare ſolet:

In STRATIOTE *Nectaria* ſæpe 21 · 22 usque 31.
In CALODENDRO *nectariorum* numerus variat.
IMPATIENTIS cornu *nectarium* variat, & ſimiliter in ANTIRRHINO vel longius vel brevius eſt.
In BOERHAVIA denticuli *Nectarii* modo triangulares & minimi, modo obſoleti.
DIOSMA & HARTOGIA LINNÆI jam unicum conſtituunt *Genus*, poſtquam apparuit, *nectaria* numero valde variare; ab eandem rationem
HERRMANNIA & MAHERNIA, pariter ac COMMELINA & TRADESCANTIA quod ad genus conſociandæ ſunt, cum jam exploratum ſit, harum *nectaria* cum *ſtaminibus* alternatim minui vel augeri.

§. VI.

Sexu variant Plantæ non paucæ, & quidem ſæpe ſub eodem Genere comprehenſæ, vel Monoicæ, vel Dioicæ vel Polygamæ; ſic ſunt Diclinæ:

ACER *carolinianum* flores habet *Monoicos*, *rubrum* & *Negundo dioicos.*
ACALYPHIS duabus Flores *dioici* ſunt, reliquis *monoici.*
GYPSOPHILA *paniculata dioica*, reliquæ *Decandræ;* ſimiliter
CUCUBALUS *Otites dioicus* eſt, & *Lychnis dioica* atque SILENE *valleſia* ſexu diſtictæ.

CA-

Caricis ſpecies gerunt flores maſculos & femineos, vel in eadem. vel diſtincta ſpica, vel quoque dioicæ ſunt.

Morus & *monoica* & *dioica* occurrit.

Glycine *monoica* ſexu in hac Claſſe ſingularis.

In Gnaphalio dantur ſpecies floribus *dioicis*, raro in hac Claſſe exemplo.

Fraxinus *Ornus* ſemper hermaphrodita eſt; *excelſa* femina ſæpe inter ſparſos flores gerit hermaphroditos & femineos.

Rumex *acetoſa dioica* eſt; *ſpinoſa monoica*; &

Hamamelis *virginica dioica;* dum *carolinenſis monoica* invenitur.

Urticæ ſpecies ſunt & *monoicæ* & *dioicæ*; uti & quædam Melanthia.

Valerianæ nonnullæ *diclinæ.*

Salices, vulgo *dioicæ*, interdum hermaphroditis floribus inſtruuntur.

Præterea Monoicæ ſunt: Mercurialis *ambigua*, & *afra;* Eriocaulon *monoicum*; Callitriche *verna* & quandoque Diosma.

DIOICÆ

Contra inveniuntur: Phytolacca *dioica*; ſæpe Eurya; Ribes *alpinum*; Rhamnus *catharticus;* Begoniæ quædam ſpecies; Bryonia *dioica*; Sida *dioica*; Spiræa *aruncus;* Rubus *Chamæmorus;* Loranthus *europæus*; Rhus *vernix*, *radicans* & *toxicodendrum;*

Pomereulla eſt & hermaphrodita, & *monoica*, &

Tripsacum *androgynum* & *hermaphroditum* occurrit.

Clutia *pulchella*, quæ ſæpius *dioica*, non raro *monoica* invenitur.

De Coriaria *Myrtifolia* dicit illuſtris Linnæus: flores hermaphroditi aliis viſi ſunt. Anno 1788, quum in

Horto Upſalienſi floreret, obſervavit Cel. Præſes flores omnes hermaphroditos, absque petalis.

RHODIOLA *roſea* in Lapponia, ſolo natali ſuo, legitur *dioica* & odora; in Hortum Upſalienſem ab *Ill. Rudbeckio* introducta femina per dimidium fere ſæculum vidua ſterilis viguit; jam vero ibidem introducto quoque mare, quotannis ſemina producit & hermaphrodita invenitur.

MERCURIALIS *ambigua* & PASSERINA *hirſuta*, *dioicæ* ſunt; URTICA *dioica* occurrit, dum ceteræ ſpecies *monoicæ*.

ANTHOSPERMUM, quod ad *Polygamiam* relatum fuit, Cel. Præſes ſemper examinavit *dioicum*.

CYNOMORIUM in *Monœcia* quidem fuit collocatum; at flores hermaphroditos habet immixtos.

RUSCUS deprehenditur & *androgynus* & hermaphroditus, ut *racemoſus*.

SPIRÆA *Aruncus*, inter *dioicas* collocata, flores gerit omnes hermaphroditos.

POLYGAMI

Flores in multis obſervantur, quæ tamen ad Clasſem Polygamiæ non ſunt relatæ:

XYLOPHYLLÆ flores in diverſis ſpeciebus variant *polygami* & *monoici*.

MELANTHII ſpecies *polygamas* invenit illuſtr. SCHREBER.

LAURI flores ſunt & hermaphroditi & *polygami*.

In POMETIA rudimenta *ſtaminum* obſervantur in floribus femineis.

MYRIOPHYLLO *verticillato* ſæpe, *ſpicato* rarius flos hermaphroditus eſt.

In HIPPOPHAË *rhamnoide* inter flores maſculos interdum hermaphroditos obſervavit Clar. VIBORG.

In *Arachide* plerique flores maſculi ſunt, piſtillo absque *germine*. Et-

EUCLEA variat floribus *polygamis* uti & MELICOCCA, MAMMEA, CUPANIA, HAMAMELIS, CALOPHYLLUM, CALABA, RHAMNUS *alaternus*, SYNGENESIÆ genera plurima, SALICES, EMPETRUM, ſæpe CRATÆVA *gynandra*, ZANTHOXYLUM, ZANTHORRHIZA, CORIARIA, ROYENIA, RUSCUS, EUPHORBIA, RITTERA, DUROIA, CORDIA *polygama* ÆSCULUS, SPIRÆA *aruncus*, ERITHALIS *polygama*, TUSSILAGO *alba*;

Inter ipſa GRAMINA *polygamæ* ſpecies obveniunt, ut ERIOPHORI quædam ſpecies, PANICI, HORDEI, TRITICI, AVENÆ, ERIOCAULON *decandri* & aliorum.

BAMBUSÆ *floſculi* ſuperiores maſculi ſunt; reliqui *hexandri*.

In ZANTHORRIZA *flores* primi ſteriles &

In CLUSIA *flores* alii a parte Maſculina, alii a feminina ſteriles.

Inter UMBELLATAS quoque HERACLEI, LIGUSTICI, SCANDICIS, CHÆROPHYLLI, CARI, PIMPINELLÆ, TORDYLII *Anthriſci floſculi* diſci maſculi ſunt.

Contra vero CENCHRUS ad *Polygamiam* relatus, teſte SCHREBERO commode ad TRIANDRIAM & MONOGYNIAM transferri poteſt;

In VERATRO *Piſtilli* rudimentum obſoletum & inane obſervatur;

In RHODIOLA Horti Upſalienſis, flores jam quotannis proveniunt hermaphroditi, uti & in VALANTIA. ATRIPLEX absque flore femineo esſet CHENOPODIUM & CHENOPODIUM cum flore ejusmodi femineo esſet ATRIPLEX teſte LINNÆO; duo itaque hæc genera in unum combinanda.

THESES I.

I. Ad inveniendam Syſtema Plantarum naturæ congruum, pluris ſine dubio eſt figuram, proportionem & ſitum fructificationis partium attente conſiderare, quam earum numerum, quippe qui pro re nata admodum variare deprehenditur.

II. Quaterus definitio Generis, quam tradidit olim noſtras *von* Linné, recte ſe habeat, fateamur neceſſe eſt, dari etiam Genera non naturalia.

III. Nemo, quantum ſcimus, definitionem, qua Calyx a Corolla ſemper diſtinguatur, adhuc dedit omnibus numeris adeo abſolutam, ut ſi alterutra horum integumentorum pars deficiat, quænam ſit quæ adeſt, ubivis certo conſtet.

IV. Animal illud abnorme, omniumque hoc ſæculo detectorum maxime ſingulare, roſtro anatino, trunco phocino pedibusque palmatis, quod *Platypum anatinum* vocat Doct. Shaw, & *Ornithorhynchum paradoxum* Doct. C. G. Blumenbach, & cui ſimilis non datur quadrupes, niſi Sorex Moſcatus quadamtenus, æquo jure ad *Bruta* Linnæi referri poteſt, ac palmipes Rosmarus & edentulæ Myrmecophagæ Manesque.

V. Errant forte qui autumant, muſculos, quorum motus voluntarius habetur, omnino quieſcere, dum nullam vim a voluntate influentem patiuntur. Idem quoque de cerebro valet.

VI. Vi Foliorum *Digitalis* pulſum retardandi, vel, quod idem fere eſt, arteriarum robur atque actionem infringendi, adſcribimus, quos tam in Phthiſi, quam interdum in Hydrope præſtat, effectus eximios.

VII. Quæ inter Medicos fuit controverſia an Frigus roboret vel debilitet, an Opium ſtimulet vel ſedet, & quæ ſunt reliqua, facili negotio, ut quidem nobis videtur, dirimi poteſt.

VIII. Quin exitus infauſtus Variolarum inſititiarum perverſæ methodo, qua corpus morbo idoneum reddere adniſi ſunt Medici, ſæpiſſime tribuendus ſit, nulli dubitamus.

IX. Licet Variolæ, quas *vaccinas* adpellant, genuinis multo mitiores ſint, tamen plures eæque ſatis validæ adſunt rationes, quæ earum in genus humanum translationem disſvadere videntur.

X. Methodus Fiſtulam lacrimalem ab obſtructo ductu naſali ortam ſanandi, cujus Auctor eſt Cel. Ware, ex noſtra opinione, omnium præſtantisſima eſt.

XI. Quod purificationem Acidorum & Alkalium in Pharmacopœa Svecica omiſerunt Auctores, magnopere vituperamus.

XII. Mutationes, quas in 1:a, 3:a & 4:a Editione Pharmacopœæ Svecicæ ſubiit compoſitio Pulveris *Doweri*, neutiquam adprobamus.

XIII. Omnia Variolas ex Europa exſtirpandi conamina, qui jam temporis eſt rerum ſtatus, irrita fore opinamur.

FRUCTIFICATIONIS PARTIUM VARIETATES.

QUARUM
Part. poſt. Sectionem priorem.
CONSENSU EXPERIENT. FACULT. MED. UPS.
PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICÆ CENSURÆ SUBMITTIT

JOHANNES EK,
STIP. REG. ROSLAGUS.

IN AUDIT. BOTAN. D. V. MAJI MDCCCII.
H. A. M. S.

UPSALIÆ,
Litteris JOH. FR. EDMAN, Reg. Acad. Typogr.

FRUCTIFICATIONIS PARTIUM VARIETATES.

§. VII.

Stamina, quæ baſin conſtituunt Syſtematis Sexualis, conſtant *Filamentis*, *Antheris* & *Polline*.

Omnes hæ partes, præcipue priores, diverſimode non tantum fabricatæ inveniuntur, reſpectu inſertionis, formæ, longitudinis & cohærentiæ, ſed etiam, & quidem ſatis ſæpe, a conſveta ſtructura abludunt atque qua numerum inprimis & connexionem in uno eodemque Genere, immo & eadem quandoque ſpecie plantæ, aberrare deprehenduntur.

Staminum Numerus in multis valde eſt inconſtans, in aliis augetur, in aliis minuitur.

Xylophyllæ flores in diverſis ſpeciebus triandri ſunt & *hexandri*.

Alsines mediæ flores in India occidentali ſemper *triandri*, ut & quandoque in Anglia & alibi, unde Holosteo adjungenda foret; quandoque ſunt *pentandri*.

Tradescantiæ & Commelinæ plures variant numero 3 & 6, ideoque mox ad hoc, mox ad illud Genus fuerunt relatæ. Commelina *tripetala* æque ac *Zaxonia* potius hexandræ ſunt.

Lythrum a ſolo variat ſtaminibus pluribus & paucioribus, ut ſæpe obſervavi in Lythro *Hyſſopifolio*. *Parſonſiæ* & *tenello* ſtamina ſunt 6; *Melanio* 8 usque 10; aliis ſpeciebus 16 & ultra.

 In-

Inter GUETTARDAS occurrunt ſpecies *heptandræ*, *hexandræ* & aliæ *tetrandræ*.

CRASSULA variat ſtaminibus 3, 4, 5, 7, usque 9, ideoque Genere ſociandæ erunt cum Craſſulis TILLÆA & SEPTAS.

BOERHAVIIS filamenta modo 1, modo 2, modo 3.

SALICORNIIS jam ſtamen 1, jam 2 ſæpius.

CORISPERMO in infimis floribus ſtamina ſæpe 2, 3, 4, aut 5, in reliquis 1.

URTICÆ pleræque 4-andræ; *baccifera* 5-andra; aliæ dioicæ, aliæ monoicæ.

VALERIANIS pleriſque ſtamina 3 aliis 2, aliis 1; *Sibiricæ* 4; aliæ ſpecies diclinæ.

CYPERI & SCIRPI ſpecies ſæpius numero Staminum variant.

PORTLANDIÆ ſpecies datur 4-*andra* & 6-*andra*.

CONOCARPUS *erecta* 5 andra eſt, *racemoſa* 10-andra.

RIVINA ſpeciem habet 4-*andram*, & 8-*andram*.

BUFFONIA variat ſtaminibus 2, 3, 4; &

CUSCUTA ſtaminibus 4 atque 5.

HOLLOSTEO *umbellato* ſtamina ſunt 3 usque 5; uti & MINUARTIÆ *montanæ*.

POLYCNEMUM ſtaminibus variare ſolet 1, 2, 3, 4 & 5.

CINCHONÆ occurrunt ſpecies & 4 *andræ* & 5 *andræ*.

GRATIOLÆ *rotundifoliæ* ſtamina tantum 2; *Monnieriæ* filamenta 4 antherifera.

CINNA ludit ſtaminibus 1, 2 & 3.

TECTONÆ ſtamina interdum 5, ſæpius 6.

CALODENDRO ſtamina raro 4, rarius 6, ſæpius 5, unico plerumque caſtrato.

SALICIS Genus variat ſtaminibus 2, 3, 5, pluribus, diclinibus & hermaphroditis. SALIX *hermaphrodita* Upſaliæ olim lecta, recentioribus annis dioica manſit;

ſit; *Capræam* vero & *auritam* hermaphroditas legit Berolini Domin. Prof:r GLEDITSCH.

PICRAMNIA variat ſtaminibus 3 & 5;

ACER *Negundo* 4 & 5; STRATIOTES 11, 12 & 13;

CELTIS 5 & 6; MONTINIA & HOVENIA 4 & 5;

DIOSMA 5 & 10; PTELEA 4, 5, 6 & 7. BURSERA 6 usque 10;

LEERSIA 1 usque 6, AMARANTHUS 3 & 5; FAGUS 5 usque 20;

JATROPHA *urens* 9 & 10; VERBASCUM & CELSIA 4 & 5.

ELÆOCARPUS 8, 20 usque 27; RICHARDIA 6 & 8; PETIVERIA 6, 7 & 8; PHARUS & OLYRA 3 & 6.

CORDIÆ pleræque habent ſtamina 5, *tetrandra* 4.

RESEDA *luteola* & aliæ ſpecies, plurima, *alba* tantum 11;

BROWNEA *coccinea* 10, *roſea* 11.

VERBENÆ nonnullæ 1, *Sherardiana*, *curasſavica* & *lappulacea* 2, aliæ iterum 4.

HYDROLEÆ quædam ſpecies 5, quædam 6.

SURIANA *maritima* variat ſtaminibus ſæpe 5, raro 10.

PHYTOLACCA 8, 10, pluribus; ERIOCAULON *decandrum* 3, 5, 10.

CELSIA *crocea* variat ſtaminibus 4 & 5, ſæpe in ejusdem individui diverſis floribus.

DODONÆÆ *viſcoſæ* ſtamina 6 loco 8 ſunt.

CERASTII quædam ſpecies variant ſtaminibus 5, ut *pentandrum* & *ſemidecandrum*.

SPERGULA *pentandra* & PICRAMNIA *pentandra* gerunt ſtamina 5.

DIOSPYROS *virginiana* mas gerit ſtamina 16.

VIOLA *diandra* habet ſtamina tantum 2 -

LEPIDIUM *Iberis* flore diandro gaudet, *alpinus* tetrandro.

In CARDAMINE datur ſpecies ſtaminibus 2 minoribus deſtituta.

LÆTIA *completa* tantum 5-andra occurrit.

In LORANTHO *pentandro* flores ſunt pentandri, ſemiquinquefidi.

GAHNIA profert ſtamina in floribus inferioribus 7 & 8.

CRUCIANELLA *maritima* ſæpe pentandra eſt.

ROSMARINUS habet filamenta 2 ſimplicia cum dente.

HYPECOO *erecto* ſtamina tetradynama.

PETITIÆ flores ſæpe triandri.

LECHEA *major* profert ſtamina 4, quarum 2 ſuperiora approximata.

MONTIA ſæpe variat calycis foliolis ternis, tumque ſtamina 5 producit.

CALCEOLARIÆ *pinnatæ* in horto Upſalienſi cultæ ſtamina ſæpe fuerunt 2, nec raro 4.

HELICTERIDI ſtamina dodecandra & polyandra in diverſis ſpeciebus.

BIGNONIA *catalpa* ſtaminibus tantum 2 gaudet perfectis & tribus rudimentis ſtaminum minimis cum calyce 5-phyllo. Interdum ſtamina 4 perfecta ſunt cum rudimento quinti, interdum 5 perfecta.

LOESELIA interdum ſtamina 5, quorum unum reliquis brevius.

In ANTIRRHINIS & RUELLIIS quibusdam rudimentum ſtaminis 5:ti ſterilis obſervatur.

AITONIA variat floribus 4-fidis & 10-andris.

SELAGINES *capenſes* nonnullæ variant ſtaminibus 2, ut & ERANTHEMUM *anguſtifolium*.

CUNILÆ filamenta 2 & duo rudimenta filamentorum.

Staminum numerus variabilis eſt in ſequentibus; in LAURO, in THALICTRIS diverſis, in PHYTOLACCIS ut *octandra*, *icoſandra*, *decandra*; in RHIZOPHORIS: in AGRIMONIIS quibus 7 rarius 10, nonnunquam 12 usque 20, in GENTIANIS, quæ 4-andræ, 5-andræ 8-andræ; in APONOGETONE & MIMOSA cui 4, 5, 10, plurima, monadelpha & caſtrata, in POLYGONO 5, 6, 7, 8; in

in STYRACE, TRIANTHEMATE, ARENARIA, GARDENIA, HAMELLIA, CHIOCOCCA, MITELLA, COFFEA, PORTLANDIA

SIDEROXYLA pleraque gerunt ſtamina 5, *decandrum* 10;

MYRICA *Gale* 4 & *cerifera* ſæpe 6.

DAIS *octandra* 8, & decandra 10; CHIONANTHUS vulgo 2, ſæpe 3; ROTTBOELLIÆ 3, *monandra* 1. DROSERÆ pleræque 5, *luſitannica* 10.

CHLORA *perfoliata* 8, *dodecandra* 12.

STELLERA *paſſerina* 8, *chamejasme* 10.

VELEZIA ſæpe 6, ſæpisſime 5;

RHAMNI ſpecies plurimæ 5, *catharticus* 4.

VISCI ſpecies 4, *opuntioides* & *verticillatum* tantum 3;

RANUNCULI tantum non omnes plurima; *Myoſurus* & *hederaceus* 5.

PHYLLIS *nobla* tetrandra eſt, uti & ſæpe *Dyſoda*, quæ nonnunquam 5-andra eſt.

Singulo fere flori APONOGETONIS numerus ſtaminum adeo diverſus, ut difficillime ad clasſem referri posſit hoc genus.

ULMUS *campeſtris* flores profert ſtaminibus ſæpius 5, interdum tamen 6; uti CISSUS & VITIS 4 & 5.

TAMARIX alia eſt *tetrandra; germanica* decandra; reliquæ pentandræ.

CAMPANULA *canarina* in Caldario culta, variat ſtaminibus 5 & 6.

OMPHALEÆ ſpecies occurrunt & diandræ uti & LEERSIÆ monandræ & hexandræ.

CARPINUS ſæpius decandrus variat ſtaminum numero usque ad viginti.

POPULUS variat ſtaminibus 8 usque ad 16; &

QUERCUS 5, 8, usque 10.

GNIDIA pentandra a congeneribus ſuis differt ſtaminibus, paucioribus, quam 8.

§. VIII.

§. VIII.

Filamenta vel coaleſcunt, dum libera eſſe deberent, vel libera ſunt dum connata forent.

In FERRIARIA, MORÆIS, SISYRINCHIIS, GALAXIIS, IRIDIBUS capenſibus, IXIIS nonnullis, in cylindrum connata occurrunt, quæ libera forent, filamenta

In MIMOSIS diverſis figura Staminum diverſa deprehenditur.

In BAUHINIA *divaricata* & *acuminata* filamenta diadelpha.

CROTONI *tinctorio* ſtamina 8 Monadelpha; *lucido* ♂ ſtamina 12.

VELLA *pſeudocytiſus* gerit filamenta 4 majora caſtrata & per paria coadunata.

In CLEOMES aliis ſpeciebus ſtamina plura quam 6; in aliis *Gynandra* in aliis *icoſandra.*

TAMARINDO filamenta 3 monadelpha & antherifera; 5 libera & caſtrata.

CRATÆVA *Gynandra* floribus gynandris gaudet.

In LYSIMACHIÆ quibusdam ſpeciebus ſtamina baſi coalita.

EVONYMIS quibusdam filamenta, præter acumina receptaculi nulla.

ERYTHRINÆ ſtamina 10 connata; *herbaceæ* decimum diſtinctum,

LOBELIÆ *europeæ*, inſtar Syngeniſtarum, antheras habent cohærentes; *capenſes* quas Cyphias ideo dixit Celeb. BERGIUS, filamenta connata habent cum antheris liberis.

In LINI multis ſpeciebus filamenta baſi coalita.

In HYPERICIS aliis ſtamina libera, in aliis baſi coalita.

In HERMANNIA & MAHERNIA ſtamina libera & monadelpha valde variare ſolent.

Cu-

CUCUMIS *melonis* flores fæminei vere ſunt hermaphroditi, ſtaminibus 4 Antheriferis.

In STERCULIA & KLEINHOVIA filamenta omnia baſi connata, apice diviſa cum pluribus antheris.

In MELALEUCÆ ſpeciebus ſtamina non raro connata; in aliis libera.

TAMARIX *germanica* occurrit ſtaminibus 10, omnibus baſi connatis,

GETHYLLIDIS filamenta ſex apice dividuntur cum pluribus antheris.

KUHNIÆ antheræ ſæpe ſeparatæ, non tamen ſemper.

GERANIIS *columbinis* ſtamina 10 diſtincta antherifera;

Grinalibus filamenta vix coalita;

Cicutariis filamenta 10 alternis antheriferis;

Africanis filamenta connata antheris 7.

PASSERINA *capitata* differt floribus absque tubo, ſtaminibusque 16, quorum 8 interiora caſtrata; *uniflora* 8 habet ſtamina præter Antherarum 8 rudimenta in fundo floris latentia.

JUSTICIA & DIANTHERA genere non diſtingvendæ; occurrunt enim ſpecies 4-andræ; aliæ 4-andræ didynamæ; aliæ ſtaminibus diantheris.

In EUPHORBIA ſtamina non eodem tempore erumpunt.

THESES.

I. Quænam præ ceteris artis medicæ pars, maxima, noſtro præſertim tempore, ceperit capturaque ſit incrementa, facile non erit dijudicatu: evolutionem autem principiorum materiei, ſimplicem, cui favemus, medicamentorum apparatum, fugatas Empiricorum ſordes, hæc in Pharmaceuticen verſura ſuſpicamur.

II. Quanti ſcilicet corporum, quæ morbis opponuntur, ſcrutatio exquiſitior ſit momenti, quod innotuit tandem, ſagacitati hujus, quo vivimus, ævi, tribuendum eſt. Herbarum enim ſecundum principia, quæ involvunt, diſtributionem, abſolutamque earum vim ad hæc principia ſtabilitam, dubiam contra morbos *ſpecificam*, non loquuntur vetuſtiores Medicorum annales.

III. Gravitati autem ipſius materiæ, vires humani forſan ſuperantis ingenii, an defectui artis, an utrique, quod in iis, quæ conſtituunt organicum corpus, materiis examinandis, vix cum ſperato adhibita fuerit ſucceſſu Analyſis, ſatius ſit tribuendum, nos ſtatuere non audemus: eadem vero, quo minus neque in futurum adeo ſuccedat, ut Syntheſis ſibi reſponſura ſit, per allatas ſtabit rationes: diu enim deluſum, ſagaciſſimum quemque, tandem ſibi derelinquet gaſium ſcrutatorem.

IV. Inde tamen neminem, artis niſi oſorem, nullius uſus talia fore experimenta, acrius urſurum credimus. Ab abundantia enim terræ animalis, Schrophulam, Rachitidem a penuria, origines ducere, haut ita pridem, utilius ſane quam certius demonſtravere.

V. Quemadmodum quisque medicantium omni tempore peccatum ibit, medicamen ex uſu tantum porrigendo, virium, quas quantasve involvat, incurioſus; ita neque illum, qui formulis præſcriptis aut præſcribendis anxie adeo & ſerviliter adhæret, ut aliquando eas omittere, h. e. Theorias, ſi quarum capax eſt, vel auctoritates, quas preſſo pede ſequitur, experientiæ ſaniori poſthabere, religioni ſibi ducat, ſuis melius ægrotis conſulturum eſſe, non ambigui contendimus. Etenim medium tenuiſſe omnis ſapientiæ erit — atque vim *abſolutam* medicaminum noſſe prudentem non efficiet Medicum, niſi cognitio *relativa*, juxta lectum ægrotantis quæſita, priori accedat.

VI. Omne videlicet medicamen mixtione & forma perfecte ſibi ſimile, eandem in corpus humanum vim exſerere, neminem fugiet; verum inde, quemque, certos & eosdem omni tempore exſpectantem effectus, fallaces valde ſpes fovere, perſpiciet quisquis acutius rem intuens.

VII. Certe in Medicina, ſi quando umquam, valet Socraticum illud: *ut diſcere nil aliud ſit quam recordari.*

FRUCTIFICATIONIS PARTIUM VARIETATES.

QUARUM

Part. poſt. Sectionem Poſter.

CONSENSU EXPERIENT. FACULT. MED. UPS.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET
NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR.
HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS.
HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS.
IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. MED.
MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO;
NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT.
PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET
BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICÆ CENSURÆ SUBMITTIT

NICOLAUS GUSTAVUS SPARRMAN,

STIP. REG. UPLANDUS.

IN AUDIT. BOTAN. D. V. MAJI MDCCCII.

H. P. M. S.

UPSALIÆ;

Litteris JOH. FR. EDMAN, Reg. Acad. Typogr.

FRUCTIFICATIONIS PARTIUM VARIETATES.

§. IX.

Antheræ ne quidem omni variatione exemtæ ſunt, ſed quandoque etjam mutationes ſubeunt:

In Justicia occurrunt ſpecies tetrandræ, aliæ didynamæ, aliæ quoque anthera duplici in ſingulo filamento.

Tamarindo ſtamina ſunt quidem 10, ſed ex his 3 tantum fertilia, 7 ſterilia.

Monarda *didyma* 4 profert ſtamina, quorum 2 Caſtrata.

Salviis rudimenta ſtaminum 2 ſterilium in fauce corollæ ſunt. Filamentum ſingulum arcuatum altera extremitate Antheras, altera ſæpe glandulas profert. Glandulæ hæ in plerisque calloſæ ſunt, in nonnullis Antheræ quaſi rudimentum & in quibusdam quoque fariniferum occurrit, h. e. Antheræ ſæpe 4, & glandulæ tunc nullæ.

Diosma variat ſtaminibus 5 & 10, quorum 5 ſterilia ſunt.

In Calodendro 1 ſtamen plerumque caſtratum; in *Geraniis* variis plures non raro antheræ deficiunt.

Ericæ ſpecies variant Antheris *muticis*, *ariſtatis*, & *criſtatis*.

In Musa *Paradiſiaca* neque *filamenta* eodem tempore cum floribus femineis erumpunt, neque *Antheræ* polliniferæ ſunt.

In Gethyllidis ſpeciebus variis plures *antheræ* inſident ſingulo filamento numero tamen inconſtanti.

A Syngeneſia ſeparari non debent KUHNIA, PARTHENIUM, CLIBADIUM, IVA & AMBROSIA, licet antheræ liberæ ſint, nec connatæ.

§. X.

Stylus diverſimode variat numero.

LYCHNIS 4-*dentata* gerit ſtylos 3, 4, 5; *alpina* ſtylos 4.
RHAMNUS *paliurus* habet ſtylos 3;
ZIZYPHUS ſtylos 2.
STAPHYLEÆ *pinnatæ* numerus ternarius, Piſtilli & Pericarpii evadit non raro binarius.
DIOSMA ludit ſtylis 1-5 cum totidem capſulis.
HYPERICUM variat ſtylis 1, 2, 3, 5 in diverſis ſpeciebus.
CROTONI *lucido* ♀ ſtyli 3-usque 6-partiti.
EHRHARTÆ ſpecies ſunt 1-gynæ & 2-gynæ.
NIGELLA *orientalis* 5-gyna, *hiſpanica* 10-gyna.
ISOPYRO *thalictroides* germina 2 & 3, reliquis plurima.
In CORCHORO *tridenti* & *æſtuanti* ſtyli tres bifidi.
RESEDÆ *luteolæ* & aliis Styli 3, *albæ* 4.
MESPILUS, CRATÆGUS, SORBUSQUE affinia genera, ſolo numero ſtylorum, vix tamen ſufficienti nota, diſtincta ſunt, cum piſtillorum numerus in omnibus variet.
APHANES occurrit *monogyna* ideoque cum ALCHEMILLA conjungenda.
COLLINSONIÆ Germen 4-fidum cum ſemine 1.
In MALACHRA ſtyli & ſtigmata uti & Capſylæ ſunt 2 usque plures.
CLEMATIS *flammula* inſtruitur ſtylis 8.
In THALICTRIS diverſis, diverſus eſt numerus piſtillorum.
In ACTÆA *cimicifuga* numerus piſtillorum & germinis valde eſt inconſtans; uti & numerus ſtylorum in *Trianthemate.*

MAR-

MARGARITARIA ſtylos gerit 4 & 5.
MALPIGHIA *nitida* 1-gyna.
DEUTZIÆ ſtyli 3 & 4.
POLYGONUM variare ſolet piſtillo bifido & ſtylis tribus.
Inter CELOSIAS ſpecies datur *trigyna*.
SALSOLA ſæpius digyna; quædam ſpecies 3-gynæ.
CELASTRUS variat ſtylo nullo.
In ERICIS vel *incluſus* vel ob longitudinem auctam *exſertus* eſt Stylus.
PHYLLANTHUS variat numero piſtillorum & loculamentorum capſularum; 3 usque plures occurrunt.
In FAGO germen, ſtylus & drupa 3-usque 6-valvis.
In TETRACERA Germen 1 usque 4, cum capſulis æquali numero.
DICERA *ſerrata* eſt 4-gyna, cum bacca 4-loculari.
PAEONIA variat Germinibus & Capſulis 2 usque 5; uti etjam ACONITUM.
SCHEUCHZERIÆ numero Germinum & Capſularum variant 3 ad 6.
APONOGETON numero piſtillorum æque inconſtans invenitur, ac ceterarum omnium fructificationis partium.
SIBBALDIA variare ſolet piſtillis 5 & 10, atque interdum luxuriare piſtillis duplicatis in eadem planta.
HOLOSTEO *umbellato* Styli 3 & 4.
POLYCNEMUM gerit ſtylum 1 ſeu 2 in quibusdam ſpeciebus.
BURCHARDIÆ ſtyli vel 5, vel 6.
SPIRÆA *opulifolia* trigyna.
RORIDULÆ ſtylis 1, reliquis plures.
RESTIO variat ſtylis 1, 2, 3.
ATRAPHAXIS *undulata* habet ſtylum bifidum.

§. XI.

Stigma in quibusdam Plantis, tam numero quam figura varium habemus.

E. gr. in GARCINIA numerus laciniarum ſtigmatis, & reliquarnm partium variat a 4 ad 8.

In THEA *bohea* ſtigma 1, in *japonica* 3.

MESEMBRYANTHEMA 4-gyna ſunt *geniculiflorum, noctiflorum, tortuoſum.*

10-gyna: *linguæforme, pomeridianum, pugioniforme, barbatum, acinaciforme, loreum.*

In PYROLIS ſtigma varie variat; uti & in *Tradeſcantia.*

ZYGOPHYLLO *albo* ſtigmata 5.

CELASTRUS variat ſtigmate triplici.

RHAMNO *frangulæ* ſtigma emarginatum

Catbartico ſtigma 4-fidum & *Alaterno* ſtigma trifidum.

VALERIANÆ ſtigma eſt in aliis 3-fidum, in aliis emarginatum, in aliis globoſum.

GRATIOLÆ *monnieriæ* ſtigma capitatum.

In RESTIONE ſtigmata 1. 2. usque 3.

§. XII.

Fructus tandem ſuas quoque patitur vices, nec a Variatione omni exceptus fuit:

IMPATIENS variat Capſulæ figura.

CAPPARIDIS fructus figura in diverſis diverſisſima; & in ANTIRRHINO pericarpia valde diverſa occurrunt.

VALERIANÆ pericarpium in aliis fere nullum, in aliis capſula crasſa, in aliis bilocularis; ſemina in aliis pappo coronata, in aliis nuda.

VE-

Veronicæ *pinnatæ* Capſula ovalis; *montanæ* fructus orbiculatus, emarginatus; *bilobæ* capſula compreſſa, bipartita lobis divergentibus ſemi orbiculatis.

Gratiolæ *rotundifoliæ* capſula compreſſa ſubrotunda.

Burchardiæ Capſulæ 3-gonæ & 4-gonæ.

Mimosis legumen eſt articulatum, cylindricum, carnoſum, membranaceum, alatum, 4-valve.

Spinaciæ ſemina quædam rotundata, quædam bicornia, quædam 4-cornia.

Chironia *baccata* profert Baccam, reliquæ ſpecies Capſulas.

In Zygophyllo fructus figura valde variat.

Portulaca variat fructu, ſcilicet capſula circumſciſſa & capſula 3-valvi.

Myricæ *gale* Bacca eſt ſicca; *ceriferæ* ſucculenta.

In Lonicera Baccæ ſunt vel duæ diſtinctæ, vel connatæ.

Rhamno *frangulæ* & *cathartico* Bacca 4-ſperma;

Paliuro nucleus 3-locularis; *Alaterno* Bacca 3-ſperma. *Zizypho* nucleus bilocularis.

In Myrsine Bacca immatura 5-ſperma; matura 1-ſperma.

Celastrus variat Capſulis 3-locularibus, 4-locularibus & 1-locularibus.

In Sida fructus loculamenta variant.

In Malachra Capſulæ 2 usque plures.

Hibiscus multum variat & Capſularum figura & ſeminum numero; *populneo* eſt capſula baccata.

Poterio *ſpinoſo* bacca carnoſa; *ſangviſorbæ* exſucca.

Pisonia *aculeata* gaudet fructu capſulari; *inermis* autem fructu baccato.

Tetracera variat Capſulis 1-4, cum germinibus totidem.

Phyllanthus, mirum quantum, ludit numero piſtillorum & loculamentorum capſulæ, 3 usque plurimis.

Alsines capſula 3-ſeu 6-valvis.

Gar-

GARCINIA numero laciniarum ſtigmatis, loculamentorum fructus & ſeminum variat a 4 ad 8.
CLUSIÆ numerus in fructu differt a 4 ad 12.
DEUTZIA variat Capſula 3-& 4-loculari.
In CAMPANULA pericarpia 3-& 5-locularia.
LYCHNIS *dioica* habet Capſulam 1-locularem, 10-valvem.
CUCUBALUS *bacciferus* baccam monolocularem &
TRIBULUS *ciſtoides* fructus decem.
ACTEÆ *racemoſæ* fructus eſt coriaceus, nec pulpoſus, dum *cimicifuga* variat numero capſularum uti & ſtyli.
ARGEMONE valde variat capſularum loculamentis, & in
MUNTINGIA numerus loculamentorum baccæ ſæpe quinario major deprehenditur.
LÆTIÆ *completæ* Capſula 3-valvis; *apetalæ* bacca carnoſa.
DICERA *ſerrata* 4-gyna eſt cum Bacca 4-loculari, 2-ſperma.
In LEGNOTIDE numerus partium fructus interdum quinta & quarta parte augetur, loco tertiæ.
CISTUS variat Capſulis 1-locularibus, 5-locularibus, usque 10-locularibus.
PÆONIA ludit germinibus & Capſulis 2-usque 5; &
CHELIDONIUM ſiliqua 1-loculari, 2-capſulari & 3-valvi.
MYAGRUM variat pericarpio 1 loculari & 2-loculari.
SCHEUCHZERIÆ numerus germinum & capſularum differre ſolet a 3-usque 6, dum naturalisſimus eſt ternarius.
STAPHYLEÆ *pinnatæ* numerus ternarius piſtilli & pericarpii evadit ſæpe binarius.
DROSRRÆ *anglicanæ* Capſula tantum 4-locularis.
JUNCO Capſula 1-locularis & 3-locularis.
HOLOSTEO *umbellato* Capſula apice 6-valvis; &
COLLINSONIÆ germen 4-fidum ſemine unico.
DIOSMÆ ludunt capſulis & ſtylis 1 usque 5.
COFFEA *occidentalis* ſemen maturat unicum fere 4-lobum.

SPAR-

SPARGANIUM ſemen in aliis 1-loculare, in aliis 2-loculare profert;
LITHOSPERMUM *diſpermum* profert tantum ſemina 2, reliquæ ſpecies 4.
In ARETIA *helvetica* ſemina 3 & 5.
VERBENÆ *lappulaceæ* ſemina echinata; aliis obtuſa.
ANEMONE variat ſeminibus nudis & piloſis.
RANUNCULIS ſemina ſubrotunda, depreſſa, echinata, falcata; plura, pauciora.
In GERANIIS *Columbinis* ſemina ariſta lævi.
Cicutariis ſemina ariſta piloſa, & *Africanis* ariſta plumoſa inſtruuntur.

THESES.

I.

Claſſes Plantarum Syſtematis Sexualis parum genuinæ ſunt ſequentes: Heptandria, Enneandria, Dodecandria, Monadelphia. Polyandelphia, Gynandria.

II.

Omnino inutiles & abrogandæ erunt, Monoecia, Dioecia, Polygamia.

III.

Filamenta omnia in flore, & ſterilia & Antherifera numerum ingredi debent.

IV.

Diviſio illa olim recepta in externas & internas morborum Cauſſas, minus utilis eſt & conveniens quam quæ nunc temporis in remotas & proximas.

V.

Quamvis in antiquioribus illis temporibus, quaſi fato quodam coactis Medicis, magis in naturæ curſum & rationem obſervatores quam ipſius agere opitulatores, aliquatenus connivere posſumus; majori tamen jure eos incuſamus qui bonam qualitatum ſimplicium, indeque virium medicamentorum cognitionem poſthabentes, medicinam nihilominus facere non recuſarunt.

VI.

Hoc vero defectui Syſtematis in Hiſtoria naturali non obiter tribuendum exiſtimamus; quo enim magis elaborata & amplificata fuit hæcce ſcientia, eo etiam certiori & celeriori gradu, ceteræ fundamentales Pharmacologiæ partes, Pharmacia ſcilicet & Therapia generalis ipſius presſerunt veſtigia.

VII.

Fulcrum medicinæ primum eſt experientia, alterum eſt ratiocinium; experientia ratiocinium præcedere debet, hinc theoreticæ concluſiones experientiæ non ſuperſtructæ neutiquam veræ habentur.

VIII.

Principium illud acre in Tetradynamiſtis præcipue inventum ex ammoniaco conſiſtere, hypotheſis eſt haud probabilis.

IX.

In tota Phyſiologia animalium hæc ut generalis valere poteſt poſitio: nullus ubi motus nullus datur ſenſus.

(Ho: 24).

D. D.

DISSERTATIO BOTANICA

QUA

ASPALATHUS,

CONSENSU EXPERIENT. FACULT. MED. UPS.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICO EXAM. SUBIJCITUR

AB

OLAVO ANTONIO HEDENBERG,

Stockholmenſi.

IN AUDIT. BOTAN. D. I MAJI MDCCCII.

Pars Prior.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,
Litteris JOH. FR. EDMAN, Reg. Acad. Typogr.

DE
ASPALATHO.

---

§. I.

Ante reformationem Botanices paucæ apud Botanicos occurrunt *Aſpalathi* generis ſpecies, eæque obſcuræ, vel ſaltem non ſatis deſcriptæ.

Breynius vidit A. *ſpinoſam* & *chenopodam;*

Hermannus *chenopodam;* Oldenlandus laricifoliam; Rajus *aſtroitem* & *laricifoliam;* Seba *aſtroitem*, *chenopodam* & *araneoſam;* Zanonius *creticam;* nemo vero plures delineavit, quam quidem illuſtris Plukenetius, commemorans *quinquefoliam*, *aſtroitem*, *thymifoliam*, *ericifoliam*, *araneoſam*, *argenteam*, *calloſam*, *laricifoliamque.*

Hæ vero omnes, ſub diverſis nominibus occurrentes, ad certum & determinatum genus relatæ non fuerunt, adeoque deſideriis Botanicorum minus ſatisfecerunt.

Determinato characteribus veris Genere *Aſpalathi*, deſcriptæ deinde fuerunt variæ Species a recentioribus & conſummatis Scientiæ Doctoribus, ut a Linnæo in amœnitatibus academicis *capitata*, *anthylloides* & *quinquefolia;* in *ſpeciebus* Plantarum *calloſa*, *tridentata*, *argentea*, *chenopoda*, *araneoſa*, *thymifolia*, *ericifolia*, *aſtroites*, *verrucoſa* & *ſpinoſa;* in *Mantiſſa* Plantarum *albens*, *caneſcens*, *ciliaris*, *carnoſa*, *nigra*, *geniſtoides*, *galioides;* in *Supplemento* Syſtematis *mucronata*, *ſericea*, *heterophylla*, *aſparagoides;* a Bergio in Plantis Capenſibus *parviflora*, *laricifolia* & *retroflexa* ſub nomine galioides: Obſcuriores, vel ſaltem nobis non bene cognitæ ſpecies ſunt nonnullæ, a Celeberrimo Gmelino in Syſtemate Linnæano recenſitæ, ut *ebenus*, *indica*, *pinnata*, *pedunculata*, *candicans*, *laxata*, *piloſa* & *orientalis.*

OCT 15 1910

Hiſce vero omnibus nobis addere licebit, præter *mucronatam*, *ſericeam*, *heterophyllam* & *Aſparagoidem*, in Supplemento LINNÆI plantarum breviter deſcriptas, triginta ſeptem Species novas, pro modulo virium explicatas & deſcriptas, ſcilicet: *acuminatam*, *rugoſam*, *fuſcam*, *obtuſatam*, *villoſam*, *cineream*, *lotoidem*, *virgatam*, *rubentem*, *niveam*, *armatam*, *hyſtricem*, *comoſam*, *cephalotem*, *triquetram*, *incurvam*, *ſpicatam*, *hiſpidam*, *flexuoſam*, *incomtam*, *pinguem*, *affinem*, *ſanguineam*, *lacteam*, *multifloram*, *ſquarroſam*, *bracteatam*, *vulnerantem*, *pineam*, *divaricatam*, *ſubulatam*, *juniperinam*, *abietinam*, *trigonam*, *aculeatam*, *ſpineſcentem* & *pungentem*.

§. II.

Deſcriptio generis.

CAL. *Perianthium* 1-phyllum 5fidum: *laciniæ* acuminatæ: ſuperiore majore.

COROLLA papilionacea. *Vexillum* compreſſum, obovatum, obtuſum cum mucrone, adſcendens. *Alæ* lunatæ, obtuſæ, patulæ, vexillo breviores. *Carina* bifida.

STAM. *Filamenta* decem, connata in vaginam, adſcendentia. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* ſuperum, ovatum.
Stylus ſimplex, adſcendens.
Stigma acutum.

PER. *Legumen* ovatum.
Semina ſæpe duo, reniformia.

§. III.

Characteres Specierum.

* *Foliis ternatis:*

1. A. *retica:* foliis ternis ternatisque, foliolis obtuſis mucronatis.

2. A.

2. A. *mucronata:* foliis ternatis, foliolis obtuſis, ramis ſpineſcentibus.

** *foliis ternis:*

3. A. *acuminata:* foliis ternis ovatis obtuſis, ramis ramuliſque ſpineſcentibus.
4. A. *calloſa:* foliis ternis trigonis glabris, ſpicis ovatis.
5. A. *rugoſa:* foliis ternis ellipticis rugoſis glabris, ramis tomentoſis, umbellis terminalibus.
6. A. *fuſca:* foliis ternis lanceolatis ramiſque glabris, floribus terminalibus.
7. A. *anthylloides:* foliis ternis ovatis acutis glabris, capitulis terminalibus.
8. A. *obtuſata:* foliis ternis obovatis obtuſis, floribus axillaribus ſolitariis.
9. A. *villoſa:* foliis ternis ovatis acutis villoſis, capitulis terminalibus.
10. A. *ſericea:* foliis ternis oblongis ſericeis, racemis terminalibus.
11. A. *cinerea:* foliis ternis oblongis planis acutis tomentoſis, capitulis terminalibus.
12. A. *tridentata:* foliis ternis lanceolatis villoſis, aculeis trifid.
13. A. *lotoides:* foliis ternis lanceolatis villoſis, gemmis inermibus, corollis tomentoſis.
14. A. *quinquefolia:* foliis ternis faſciculatiſque, capitulis hirſutis, corollis tomentoſis.
15. A. *heterophylla:* foliis ternis faſciculatiſque piloſis, floribus ſpicatis.

*** *foliis faſciculatis:*

a. *foliis ſericeis:*

16. A. *argentea:* foliis ternis faſciculatiſque ovatis ſericeis, capitulis tomentoſis, caule dichotomo.
17. A. *virgata:* foliis ternis faſciculatiſque ovatis ſericeis, capitulis hirſutis, caule virgato.
18. A. *rubens:* foliis faſciculatis ſubulatis ſericeis, floribus ſolitariis.

19. A. *nivea:* foliis faſciculatis linearibus argenteis, floribus ſolitariis.
20. A. *albens:* foliis faſciculatis filiformibus argenteis muticis, racemis folioſis.
21. A. *armata:* foliis faſciculatis filiformibus argenteis mucronatis, racemis aphyllis, corollis tomentoſis.
22. A. *caneſcens:* foliis faſciculatis filiformibus ſericeis mucronatis, floribus terminalibus, vexillis tomentoſis.
23. A. *hyſtrix:* foliis faſciculatis filiformibus ſericeis mucronatis, floribus lateralibus ſeſſilibus.

b. *foliis piloſis:*

24. A. *chenopoda:* foliis faſciculatis trigonis mucronatis rigidis piloſis, capitulis hirſutis.
25. A. *araneoſa:* foliis faſciculatis filiformibus latis piloſis, capitulis hirſutis.
26. A. *comoſa:* foliis faſciculatis filiformibus piloſis, floribus lateralibus comoſis.
27. A. *cephalotes:* foliis faſciculatis filiformibus obtuſis ſubvilloſis, capitulis hirſutis.
28. A. *capitata:* foliis faſciculatis trigonis mucronatis piloſis, capitulis glabris.
29. A. *triquetra:* foliis faſciculatis trigonis obtuſis piloſis rugoſis, capitulis terminalibus.
30. A. *ciliaris:* foliis faſciculatis ſubulatis ſcabris ſubpiloſis, capitulis terminalibus.
31. A. *incurva:* foliis faſciculatis ſubulatis piloſis, floribus lateralibus.
32. A. *ſpicata:* foliis faſciculatis ſubulatis ſubpiloſis, floribus ſpicatis.
33. A. *thymifolia*: foliis faſcicnlatis filiformi-ſubulatis piloſis, floribus lateralibus, ramis incurvis.
34. A. *ericifolia:* foliis faſciculatis filiformibus obtuſis hirſutis, floribus ſubracemoſis.
35. A. *hispida:* foliis faſciculatis filiformibus obtuſis piloſo-

his-

hispidis, floribus axillaribus, laciniis calycis flore longioribus.

36. A. *flexuoſa:* foliis faſciculatis filiformibus obtuſis piloſo-hiſpidis, floribus axillaribus, laciniis calycis flore longioribus.

37. A. *parviflora:* foliis faſciculatis filiformibus pubeſcentibus, floribus terminalibus ternis.

38. A. *incomta:* foliis faſciculatis filiformibus obtuſis ſericeis, floribus lateralibus.

39. A. *aſparagoides:* foliis faſciculatis trigonis mucronatis piloſis, floribus lateralibus.

c. foliis glabris:

40. A. *pinguis:* foliis ſubfaſciculatis carnoſis trigonis glabris, floribus lateralibus.

41. A. *carnoſa:* foliis faſciculatis carnoſis teretibus glabris, floribus terminalibus bracteatis.

42. A. *affinis:* foliis faſciculatis carnoſis teretibus glabris, floribus lateralibus ebracteatis luteis, ramis virgatis.

43. A. *ſanguinea:* foliis faſciculatis carnoſis teretibus glabris, floribus lateralibus ebracteatis ſanguineis, ramis faſtigiatis.

44. A. *lactea:* foliis faſciculatis filiformibus glabris, floribus lateralibus ebracteatis.

45. A. *multiflora:* foliis faſciculatis teretibus glabris, floribus ſubſpicatis, calycibus ebracteatis.

46. A. *nigra:* foliis faſciculatis filiformibus glabris, ſpicis ovatis.

47. A. *geniſtoides:* foliis faſciculatis filiformibus glabris, racemis terminalibus.

48. A. *ſquarroſa:* foliis faſciculatis filiformibus reflexis, floribus ſolitariis terminalibus.

49. A. *galioides:* foliis faſciculatis ſubulatis glabris, floribus binis terminalibus.

50. A. *bracteata*: foliis faſciculatis filiformibus mucronatis glabris, floribus pedunculatis ſolitariis.
51. A. *retroflexa*: foliis faſciculatis ſubulatis glabris, ramulis retroflexis, floribus terminalibus.
52. A. *vulnerans*: foliis faſciculatis filiformibus mucronatis glabris, floribus lateralibus ſeſſilibus.
53. A. *uniflora*: foliis faſciculatis filiformibus mucronatis glabris, floribus lateralibus ſeſſilibus.
54. A. *aſtroites*: foliis faſciculatis ſubulatis reflexis glabris, floribus lateralibus.
55. A. *pinea*: foliis faſciculatis filiformibus mucronatis erectis glabris, floribus lateralibus comoſis.
56. A. *divaricata*: foliis faſciculatis teretibus mucronatis glabris, floribus racemoſo terminalibus.
57. A. *ſubulata*: foliis faſciculatis trigonis mucronatis glabris, floribus terminalibus glabris.
58. A. *laricifolia*: foliis faſciculatis teretibus mucronatis glabris, floribus lateralibus, lanatis.
59. A. *juniperina*: foliis faſciculatis teretibus mucronatis glabris, floribus terminalibus glabris.
60. A. *abietina*: foliis faſciculatis filiformibus ſpinoſis glabris, floribus lateralibus, ramis ſtriatis.
61. A. *trigona*: foliis faſciculatis trigonis mucronatis glabris, floribus lateralibus, ramis teretibus.
62. A. *verrucoſa*: foliis faſciculatis filiformibus mucronatis incurvis glabris, floribus lateralibus.

d. *caule ramiſque Spinoſis:*

63. *aculeata*: foliis faſciculatis linearibus hirtis, floribus capitatis, gemmis aculeatis.
64. *ſpinoſa*: foliis faſciculatis linearibus glabris, floribus axillaribus, gemmis ſpinoſis
65. *ſpineſcens*: foliis faſciculatis carnoſis glabris, floribus lateralibus, ramis ſpineſcentibus.
66. *pungens*: foliis faſciculatis ſubulatis, floribus lateralibus, ramis ramuliſque ſpineſcentibus.

§. IV.

§. IV.

Deſcriptio Specierum.

A. ***cretica*** : *Caulis* fruticoſus, erectus, ramoſiſſimus.
Rami alterni, patentes
Folia terna ternataque ſeſſilia; *foliola* lineari-oblonga, obtuſa, integra, unguicularia intermedio majori.
Flores laterales, ſubverticillati, lutei.

A. *mucronata* : *Frutex* totus glaber, flexuoſo-erectus, ramoſus, bipedalis & ultra.
Rami ſparſi, ſimiles, ſpineſcentes, ſimplices.
Folia ternata; foliola obovata, obtuſa, integra, convoluto concava, lineam longa.
Petiolus foliis brevior.
Flores racemoſi, lutei.

A. *acuminata* : *Frutex* totus glaber verrucis foliorum tomentoſis, erectus ramoſus, bipedalis & ultra.
Rami ſparſi, aggregato-ſubverticillati, flexuoſo-erecti, ſpineſcentes, ramuloſi.
Ramuli filiformes, alterni, breves, ſpineſcentes.
Folia e nodis tria, ovata, obtuſa, integra; ſupra concava; ſubtus convexa, coſtata; patentia, decidua, lineam longa.
Flores axillares, ſeſſiles, ſolitarii, lutei.

A. *calloſa* : *Caulis* fruticoſus, erectus, glaber, cinereus, ramoſus, bipedalis.
Rami ſparſi, pauci, cauli ſimiles, ramuloſi.
Ramuli ſparſi, aggregati, folioſi, erecti, virgati.
Folia terna, lineari trigona, mucronata, integra, glabra, imbricata, curvata, unguicularia.
Calli foliorum glabri.
Florum ſpicæ terminales, ovatæ.
Corolla lutea.

A. ***rugoſa*** : *Frutex* glaber, cinereus, erectus, tripedalis & ultra.
Rami & *Ramuli* ſparſi, plurimi, virgati, cinereo-pubeſcentes.

Fo-

Folia terna, ſupra glabra, ſubtus vix manifeſte pubeſcentia, elliptica, acuta, integra, rugoſa, vix unguicularia.
Flores in apicibus ramulorum, umbellati, ſubterni, albicantes.
Calyx & *Corolla* cinereo-pubeſcens.

A. *fuſca*: *Caulis* fruticoſus, erectus, ramuloſus, totus glaber.
Rami flexuoſi, curvi, glabri.
Folia terna, ſeſſilia, elliptico-lanceolata, mucronata, integra, ſubrugoſa, glabra, unguicularia.
Flores in ramulis terminales, ſubſolitarii.

A. *anthylloides*: *Frutex* erectus, ramoſus, tripedalis vel ultra.
Rami dichotomi, cinereo-fuſci, flexuoſo erecti, pubeſcentes.
Folia terna, elliptico-ovata, acuta, integra, trinervia, inferiora glabra, ſuperiora ciliata, imbricata, unguicularia.
Capitula terminalia, globoſa.
Calyces hirſuti villo albido.
Corrollæ luteæ vexillis pubeſcentibus.

A. *obtuſata*: *Caulis* fruticoſus, erectus, glaber, cinereus, ramoſus, pedalis & ultra.
Rami ſparſi uti & *Ramuli* divaricati, cinereo-pubeſcentes, ſpineſcentes.
Folia terna, ſericea, unguicularia, obovata, obtuſiſſima, ſubexciſa, integra, patula.
Flores axillares e gemmis foliorum, breviſſime pedunculati, ſolitarii, glabri, lutei.

A. *villoſa*: *Frutex* palmaris caule breviſſimo.
Rami ſparſi, diffuſi, filiformes, inferne fuſci, ſuperne cinereo-pubeſcentes, iterum ramuloſi, ramulis capillaribus.
Folia terna, ſericea, ovata, acuta, integra, patentia, vix lineam longa.

Flo-

Flores terminales, capitati, plerumque terni.
Calyx ſericeus.
Corolla flava, pubeſcens.

A. *ſericea:* *Frutex* erectus, fuſcus, ramoſus, pedalis & ultra.
Rami ſparſi, flexuoſo-erecti, fuſci, tenuiſſime pubeſcentes, iterum ramuloſi.
Folia terna vel ſubterna, tota ſericea, patula, oblonga, obtuſa, integra, revoluta, unguicularia.
Racemus terminalis, ſubtriflorus.
Calyx totus ſericeus.
Corolla lutea, glabra vexili dorſo pubeſcente.

A. *cinerea:* *Caulis* fruticoſus, erectus, ramoſus.
Rami & *Ramuli* teretes, tomentoſi.
Folia terna, ſeſſilia, oblongo-ovata, acuta, integra, plana, carinata, utrinque cinereo-tomentoſa, unguicularia.
Flores in ramulis terminales, capitati, terni vel plures.
Calyx & *corolla* extus hirſuti.

A, *tridentata:* *Frutex* erectus, flexuoſus, cinereus, glaber, ramoſus, bipedalis.
Rami alterni, ſubſecundi, erecti, ſtriati, parum ramuloſi.
Folia terna, villoſa imprimis ſuperiora, patentia, lanceolata, integra, mucronata, unguicularia.
Stipulæ ſpinoſæ, ſubtrifidæ, folio breviores.
Capitula terminalia, hirſuta, globoſa.

A. *lotoides:* *Frutex* erectus, cinereus, glaber, ramoſus.
Rami alterni, filiformes, cernui, villoſi.
Folia terna, villoſa, patentia, lanceolata, integra, lineam longa.
Spicæ capitatæ, ovatæ.
Calyx & *Corolla* tomentoſa.

A. *quinquefolia:* *Frutex* caule brevi ramoſus.
Rami ſparſi, ſecundi, incurvi, ſubſimplices, inferne fuſci, ſuperne cinereo-pubeſcentes.
Folia terna, quaterna & faſciculata, ovata vel lanceolata, integra, glabra, pubeſcentia vel hirſuta, ſemilineam vix longa.
Capitula terminalia, ovata, hirſuta, cernua.
Corollæ ſericeo-tomentoſæ.

A. *heterophylla:* *Frutex* erectus, cinereo-fuſcus, ramoſus, bipedalis & ultra.
Rami raro verticillati, ſæpius alterni, ramuloſi, divaricati, erecti, villoſi.
Ramuli ſtriati, pubeſcentes.
Folia inferiora faſciculata, ſuperiora ramorum & ramulorum terna, lanceolata, integra, piloſa, imbricato-patentia, unguicularia.
Flores in apicibus ramulorum ſpicati.
Spicæ diſtichæ, erectæ, digitales.
Calyx hirſutus.
Corolla flava vexilli dorſo tomentoſo.

A. *argentea:* *Frutex* rigidus, erectus, glaber, ramoſus, tripedalis.
Rami dichotomi, rarius trichotomi, patuli, folioſi.
Ramuli ſimiles, tomentoſi
Folia inferiora faſciculata, plurima; ſuperiora terna; ovato oblonga, obtuſa integra, concava, argentea, ſemi unguicularia.
Capitula terminalia, ovata, tomentoſa.

A. *virgata:* *Frutex* erectus, ramoſiſſimus, tripedalis & ultra.
Rami ſparſi, frequentes, ramuloſi, virgati.

Ra-

Ramuli tomentoſi.
Folia inferiora faſciculata, ſuperiora terna, ovata, obtuſa, integra, concava, ſericea, vix ſemilineam longa.
Spicæ capitatæ, oblongæ, terminales, hirſutæ.

A. *rubens*: *Frutex* erectus, fuſco-rufeſcens, tenuisſime pubeſcens, ramoſus, tripedalis & ultra.
Rami alterni, filiformes, rufeſcentes, ſericei, ramuloſi, patentisſimi.
Ramuli capillares, breves, divaricati.
Folia faſciculata, tereti-ſubulata, ſericea, vix ſemilineam longa.
Flores in apicibus ramulorum ſolitarii.
Corolla intus rubens, extus ſericea.

A. *nivea*: *Frutex* erectus, cinereus, ſericeus, ramoſus, tripedalis & ultra.
Rami alterni, divaricati, flexuoſo-erecti, tomentoſi, ſubſimplices.
Folia faſciculata, linearia, obtuſa, argentea, laxa, curva, unguicularia.
Flores laterales, pedunculati, ſolitarii.
Pedunculus filiformis, flexuoſo-patulus, ſericeus, uniflorus, bracteatus, pollicaris.
Calyx ſericeus.
Corrolla intus alba, extus ſericea.

A. *albens*: *Frutex* totus argenteo-tomentoſus, flexuoſo-erectus, ramoſus, virgatus, quadripedalis.
Rami ſparſi, filiformes, ramuloſi, flexuoſi, virgati.
Folia faſciculata, filiformia, acuta, unguicularia.
Flores in ramis racemoſi.
Racemus folioſus, pollicaris.
Pedunculi calyce breviores.
Calyx tomentoſus.

Corolla alba, glabra.
Legumina ovata, acuta, tomentoſa.

A. *armata*: *Frutex* fuſcus, valde flexuoſus, rigidus, glaber, ramoſus, pedalis & ultra.
Rami ſparſi, frequentes, erecti, virgati, parum ramuloſi, ſericei.
Folia faſciculata, filiformia, mucronata, argentea, unguicularia.
Racemi florum terminales, aphylli.
Calyx ſericeo-tomentoſus.
Corrolla alba, tomentoſa.

A. *caneſcens*: *Frutex* erectus, tenuiſſime tomentoſus, inferne ſimplex, ſuperne ramoſus, bipedalis.
Ramuli ſimplices, virgati vel faſtigiati.
Folia faſciculata, filiformia, ſæpius mucronata, ſericea, incurva, ſemiunguicularia.
Flores in ramis terminales.
Calyx tomentoſus.
Corolla albida, glabra vexillo extus ſericeo.

A. *hyſtrix*: *Frutex* totus ſericeo-tomentoſus, erectiusculus, ramoſus, bipedalis vel ultra.
Rami alterni, ſimiles, incurvi.
Folia faſciculata, teretia, mucronata mucrone longo fuſco, ſericeo-argentea, unguicularia.
Flores in ramis laterales, ſeſſiles.
Calyx tomentoſus.
Corolla glabra, lutea vexillo lunato.
Legumen oblongum, lunatum.

A. *chenopoda*: *Frutex* erectus, ramoſus, tripedalis & ultra.
Rami ſparſi, frequentes, ſimplices, ferrugineo-tomentoſi, erecti, virgati.
Folia faſciculata, trigona, rigida, mucronata, ſtriato-rugoſa, papilloſo-ſcabra, piloſa, erecto-patentia, inæqualia, unguicularia.

Ca-

Capitula florum terminalia, globoſa, foliis bracteiformibus valde hirſutis.
Corollæ tomentoſæ.

A. *araneoſa*: *Frutex* erectus, ramoſus, tripedalis & ultra.
Rami alterni, divaricati, ſimplices, tomentoſi.
Folia faſciculata, filiformia, mucronata, ſcabra, piloſa, flexuoſa, patentia, laxa, unguicularia.
Capitula terminalia, globoſa foliis bracteiformibus hirſutis.
Corolla lutea vexillo tomentoſo.

A. *comoſa*: *Frutex* erectus, fuſcus, ramoſus.
Rami ſparſi, villoſi, incurvati, a caſu foliorum noduloſi.
Folia faſciculata, filiformia, vix manifeſte mucronata, flexuoſo patula, piloſa, unguicularia.
Flores laterales, ſeſſiles ſub apice folioſo.
Corollæ luteæ vexilli dorſo tomentoſo.

A. *cephalotes*: *Frutex* erectus, ramoſus.
Rami ſparſi, ſimplices, tomentoſo-cinerei, breves, erecti.
Folia faſciculata, filiformia, minime mucronata, parum villoſa, erecta, ſubunguicularia.
Capitula terminalia, globoſa, hirſuta.

A. *capitata*: *Frutex* erectus, cinereus, ramoſus, bipedalis & ultra.
Rami in medio caule ſubverticillati, quatuor vel plures, noduloſi, cinerei, erecti, ramuloſi.
Ramuli verſus ſummitates ſimiliter verticillati, faſtigiati, folioſi.
Folia faſciculata, trigona, mucronata, ſubſtriata, piloſa, incurva, unguicularia.
Capitula in ramulis terminalia, globoſa glabra.
Calyx parum villoſus corolla tota glabra.

A. *triquetra*: *Frutex* erectus, rimoſo-villoſus, ramoſus, tripedalis.

Ra-

Rami ſubumbellati, erecti, ramuloſi, faſtigiati.
Ramuli ſparſi, breves.
Folia faſciculata, trigona, obtuſa, integra, rugoſa, piloſa, vix lineam longa.
Florum capitula terminalia.
Calyx & *vexilli* dorſum villoſa.
Corolla lutea, glabra.

A. *ciliaris*: *Frutex* erectus, rigidus, ramoſiſſimus, tripedalis.
Rami alterni, divaricato erecti, ramuloſi, villoſi.
Folia faſciculata, filiformi-ſubulata, mucronata, ſcabra, piloſa, flexuoſo-patentia, unguicularia.
Capitula terminalia, parva, ſubtriflora.
Corolla tomentoſa.

A. *incurva*: *Frutex* erectiuſculus, ramoſus, ſpithamæus.
Rami divaricati, flexuoſo-erecti, parum ramuloſi, tomentoſi.
Folia faſciculata, filiformia, mucronata, vix manifeſtè pubeſcentia, unguicularia.
Flores laterales, ſeſſiles, ſolitarii.
Vexillum tomentoſum.

A. *ſpicata*: *Frutex* erectus, cinereus, pubeſcens, ramoſus, tripedalis.
Rami alterni, ramuloſi, ſimiles.
Folia faſciculata, filiformi-ſubulata, mucronata, tenuiſſime pubeſcentia, ſemiunguicularia.
Flores verſus ſummitates ramorum ſpicati, tomentoſi.

A.

(70.21)

D. D.

DISSERTATIO BOTANICA

QUA

ASPALATHUS,

CONSENSU EXPERIENT. FACULT. MED. UPS.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICO EXAM. SUBIJCITUR

AB

JACOBO HANSÉN.

Stip. Burmeiſt. Gothlando.

IN AUDIT. BOTAN. D. VII JUN. MDCCCII.

Pars Poſter.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,
Litteris *Joh. Fredr. Edman*, Reg. Acad. Typogr.

á

MONSIEUR

JEAN NORRBY

LIEUTENANT COLONEL D'ARTILLERIE

ET

CHEVALLIER DE L'ORDRE D'EPÉE

Daignez, Monsieur, Je Vous en ſüpplie, recevoir ces feuilles, que Je prens la liberté, de Vous offrir, comme une marque de ma reconnoiſſance & de ma veneration. J'oſe asſurer, que perſonne ne puiſſe pas faire des voeux plus ardens, pour votre proſperité, que celui, qui vit avec autant de ſoumisſion, que de profond reſpect.

MONSIEUR

Votre tres-humble &
tres-obeisſant Serviteur

JAQUES HANSEN.

ADMODUM REVERENDO ET PRÆCLARISSIMO

DOMINO

MAG. PETRO ÅKERMAN

IN SCHOL. TRIV. WISB. RECTORI MERITISSIMO

FAUTORI OPTIMO!

Tibi, Fautor optime! ob innumera præſtita beneficia, hocce gratæ atque venerabundæ mentis pignus offert

NOMINIS TUI

Cultor humillimus

JACOBUS HANSÉN

KYRKOHERDEN

VÅLÅREVÖRDIGE OCH HÖGLÄRDE

HERR LARS P. LINDBERG

MIN VÖRDADE MORBROR!

Med ett gladt minne af Eder omſorg om mitt danande; muntrad af Edra Vålgjerningar, igenom hvilka de ſvårigheter, ſom åtfölja en mycket ſparſam lycka, ofta blifvit mildrade; och af det hopp, jag ännu gör mig am Eder fortfarande godhet, gör jag mig vid detta tilfälle en ſkyldighet af at förſäkra, det en, med åldren och förbindelſen, lika tiltagande tilgifvenhet aldrig ſkal felas hos den, ſom

med Vördnad framhårdar

MIN HULDASTE MORBRORS

Ödmjukaſte Tjenare

JACOB HANSÉN.

A. *thymifolia*: *Fruticulus* humilis, ſubpalmaris, ramoſisſimus.
Rami ſparſi, filiformes, ramuloſi, incurvati, divaricato-patentisſimi, pubeſcentes.
Folia faſciculata, filiformia, obſolete mucronata, patentia, piloſa, lineam longa.
Flores laterales, ſesſiles, lutei.
Vexillum pubeſcens.
Valde affinis Aspal. *incurvæ*, ut vix charactere diſtingvatur, licet diverſa, tenerior, ramoſior & diffuſa.

A. *ericifolia*: *Frutex* erectus, ramoſisſimus, cinereus, bipedalis.
Rami & *Ramuli* ſparſi, filiformes, pubeſcentets.
Folia faciculata, filiformia, obtuſa, hirſuta, mollia, ſemilineam longa.
Flores laterales, ſubracemoſi, brevisſime pedunculati, albidi, ſolitarii.

A. *hiſpida*: Frutex erectus, cinereo-tomentoſus, ramoſus, pedalis.
Rami ſparſi, flexuoſi, erecti, ramuloſi.
Folia faſciculata, filiformia, obtuſa, piloſa, vix ungvicularia.
Flores axillares, ſesſiles, ſolitarii.
Laciniæ calycis flore duplo breviores.
Legumina ovata, villoſa.

A. *flexuoſa*: *Frutex* flexuoſo-cinereus, ramoſus, bipedalis & ultra.
Rami ſparſi, ſubſecundi, divaricato-patentes, ramuloſi.
Folia faſciculata, filiformia, obtuſiuſcula, hirſuta, ungvicularia.
Flores axillares, ſesſiles, ſolitarii, lutei.
Laciniæ calycis longitudine carollæ vel paulo

ulo longiores. *Vexilli* dorſum hirſutum.

A. *parviflora:* *Caulis* fruticoſus, erectus, ramoſisſimus, totus pubeſcens.

Rami & *Ramuli* ſuperne frequentiores, virgati, filiformes, tomentoſi; ultimi *ramuli* brevisſimi.

Folia faſciculata, filiformia, obtuſa, inermia, pubeſcentia, patula, lineam longa.

Flores in ultimis ramulis terminales, ſesſiles, terni, ſubverticillato-capitati.

Calycis laciniæ flore duplo breviores.

Corollæ galea tomentoſa.

A. *incomta:* *Frutex* humilis, ſpithamæus, flexuoſus, ramoſus.

Rami & *Ramuli* ſparſi, flexuoſi & retroflexi, tenuisſime pubeſcentes.

Folia faſciculata, filiformia, obtuſiuſcula, ſericea, ungvicularia.

Flores laterales, ſolitarii, breviter pedunculati, lutei vexillo hirſuto.

A. *aſparagoides:* *Frutex* erectus, ramoſus, tripedalis & ultra.

Rami alterni, elongati, parum ramuloſi, glabri, ſangvinei, *ramulis* tomentoſis.

Folia faſciculata, trigona, mucronata, glabra vel rarius piloſa, curva, patentia, ungvicularia.

Flores laterales, ſolitarii, ſesſiles, ſangvinei.

A. *pinguis:* *Frutex* erectus, cinereus, pubeſcens, ramoſus, pedalis & ultra.

Rami & *Ramuli* ſparſi, aggregati, flexuoſo-erecti, tomentoſi, virgati.

Fo-

Folia faſciculata, plura vel pauciora, carnoſa, ovato-trigona, obtuſa, glabra, vix lineam longa.

Flores laterales, ſeſſiles, ſolitarii, lutei, glabri.

Calyx glaber.

A. *Carnoſa:* *Frutex* erectus, ramoſus, cinereus, bipedalis & ultra.

Rami ſparſi, ſubſimplices vel apice ramuloſi, teretes, a caſu foliorum noduloſi, tomentoſi, erecti.

Folia faſciculata, teretia, obtuſa, glabra, vix lineam longa.

Flores laterales, ſolitarii, ſeſſiles & terminales, luteſcentes, glabri.

Calyx bracteatus, pubeſcens.

Bracteæ calyci inſertæ, foliis ſimiles.

A. *affinis:* *Frutex* erectus, ramoſus, inferne glaber, bipedalis & ultra.

Rami ſparſi, frequentes, teretes, noduloſi, tomentoſi, erecti, virgati, ſubſimplices.

Folia faſciculata, teretia, obtuſiſſima, carnoſa, glabra, patula, ſemilineam longa.

Flores laterales, breviſſime pedunculati, ebracteati, lutei, glabri.

Legumen ovatum, glabrum.

Valde affinis præcedenti & ſequenti imprimis.

A. *ſanguinea:* *Frutex* erectus, ramoſiſſimus, inferne glaber, ſuperne parum tomentoſus, bipedalis & ultra.

Rami & *Ramuli* ſparſi, frequentiſſimi, valde noduloſo-ſcabri, tenuiſſime & obſolete tomentoſi, erecti, faſtigiati.

Folia faſciculata, teretia, obtuſisſima, carnoſa, glabra, vix ſemilineam longa.
Flores laterales, ſangvinei, glabri, breviter pedunculati, ebracteati.

A. *lactea*: *Frutex* erectus, ramoſisſimus, cinereus, pubeſcens, tripedalis & ultra.
Rami & *Ramuli* filiformes, cinereo-tomentoſi, flexuoſo-erecti, virgati.
Folia faſciculata, filiformia, obtuſa, glabra, patentia, ſemiunguicularia.
Flores laterales, ſesſiles, ſolitarii, albido-flaveſcentes, glabri.
Calyx ebracteatus, tenuisſime pubeſcens.

A. *multiflora*: *Frutex* erectus, cinereus, ramoſisſimus, pedalis vel ultra.
Rami & *Ramuli* ſparſi, frequentisſimi, flexuoſo-erecti, virgati, pubeſcentes.
Folia faſciculata, filiformia, obtuſa, glabra, vix lineam longa.
Flores laterales, ſesſiles, ſolitarii, in ramulis ſubſpicati, pallide incarnati.
Calyx ebracteatus, uti & *Corolla* pubeſcens.

A. *nigra*: *Frutex* erectiuſculus, cinereus, ramoſus, pedalis & ultra.
Rami ſparſi, verſus apicem aggregati, ramuloſi, inferiores reflexi, ſuperiores curvato-erecti, pubeſcentes.
Folia faſciculata, filiformia, obtuſa, glabra, patula, ſemiungvicularia.
Flores in apicibus ramulorum aggregati, ſubſpicati ſpica ovata.
Calyx & *Corolla* villoſa.

A. *geniſtoides*: *Frutex* erectus, inferne ſimplex, ſuperne ra-

ramoſus, ſtriatus, glaber, tripedalis & ultra.

Rami verſus apicem frequentiores & longiores, ſimplices, patentes, filiformes, tomentoſi, cernui, breves.

Folia faſciculata, lineari-filiformia, obtuſiuscula, ſulcata, glabra incurva, ſemiunguicularia.

Flores in ramis racemoſo-terminales racemis brevisſimis, lutei, majuſculi.

Calyx & *Corolla* pubeſcentes.

A. *ſquarroſa:* *Frutex* totus glaber, ramoſus, patentisſimus.

Rami alterni, filiformes, cernui.

Ramuli alterni, capillares, breves.

Folia faſciculata, filiformia, ſubmucronata, glabra, reflexa, ungvicularia.

Flores in ramulis terminales, ſolitarii, lutei.

A. *galioides:* *Frutex* totus, glaber, erectus, ramoſus, bipedalis & ultra.

Rami ſparſi, parum ramuloſi, filiformes, patentisſimi, flexuoſi.

Foliorum gemmæ ſparſæ, paucæ, remotæ.

Folia faſciculata, filiformi-ſubulata, mucronata mucrone longo, glabra, lineam longa.

Flores in ramis & ramulis terminales, bini, lutei.

Calycis laciniæ mucronato-ſpinoſæ.

Corolla cum calyce glabra.

Le-

Legumen pubeſcens.

A. *bracteata:* *Frutex* erectus, ramoſus, pedalis & ultra.
Rami filiformes, tenuisſime pubeſcentes.
Folia faſciculata, lineari-filiformia, mucronata, glabra, patentia, ungvicularia.
Flores in ramis & ramulis terminales, ſolitarii.
Pedunculus ſeu *Ramulus* capillaris, uniflorus, bracteatus, pollicaris vel paulo ultra.
Bracteæ tres ſub calyce, foliis ſimiles.
Calyx & *vexillum* tenuisſime pubeſcentia.

A. *retroflexa:* *Frutex* erectus, ramoſus.
Rami & *Ramuli* filiformes, rufeſcentes, tenuisſime pubeſcentes, ramulis reflexis & retroflexis.
Folia faſciculata, lineari-filiformia, acuta, vix mucronata, glabra, patentia, lineam longa.
Flores in ramulis terminales, ſolitarii, ſesſiles, lutei.
Calyx pubeſcens.
Corolla glabra.

A. *vulnerans:* *Frutex* erectus, ramoſus, pubeſcens, bipedalis & ultra.
Rami ſparſi, frequentes, filiformes, pubeſcentes, patentisſimi & reflexi, breves.
Folia faſciculata, filiformia, acute mucronata mucrone longo, rigida, pungentia, patentisſima, ungvicularia.
Flores in apicibus ramorum racemoſi, cernui.
Pedunculi brevisſimi.
Calyx & *vexillum* corollæ tenuisſime villoſa.

A. *uniflora:* *Frutex* erectus, ramoſus.

A.

Rami teretes, fusco-rufescentes, pubeſcentes, erecti, interdum ramuloſi.
Folia faſciculata, lineari filiformia, baſi attenuata, acuta, ſubmucronata, erecto-patentia, ungvicularia & ultra.
Flores axillari-laterales, ſolitarii, brevisſime pedunculati.
Pedunculus, Calyx & *Vexillum* tomentoſa.
Carina grandis, curva.

A. *astroites*: *Frutex* rigidus, erectus, fuscus, ramoſus.
Rami alterni, breves, frequentes, erecto-patentes, tomentoſi.
Folia faſciculata, ſubulata, mucronata, rigida, pungentia, patentia, ſubreflexa, glabra, vix ungvicularia.
Flores verſus apicem ramorum laterales, brevisſime pedunculati vel ſubſesſiles.
Calyx tenuisſime pubeſcens laciniis ſpinoſis.
Corolla glabra.

A. *pinea*: *Frutex* erectus, ſtriatus, glaber, apice ramoſus, bipedalis & ultra.
Rami ſimplices, erecti.
Folia faſciculata, filiformia, mucronata, glabra, erecto-imbricata, ungvicularia.
Flores laterales, ſesſiles ſub apice folioſo.
Calyx & vexillum hirſuta.
Legumina oblonga, hirſuta, reflexa.

A. *divaricata*: *Frutex* debilis, ramoſisſimus.
Rami ſparſi, frequentes, teretes, fuſci, divaricati, reflexi & retroflexi.
Ramuli filiformes, ſimiles, pubeſcentes.
Folia faſciculata, teretia, acute mucronata, glabra, ſemilineam longa.

Flores terminales in ramulis, ſolitarii vel bini, racemoſi, lutei.
Pedunculus brevisſimus.
Corolla & *Vexillum* pubeſcentia.

A. *ſubulata*: *Frutex* flexuoſo-erectus, teres, inferne nudus, ſuperne ramoſus, pedalis.
Rami & *Ramuli* teretes, fuſci, tomentoſi, noduloſi nodis tomentoſis, flexuoſi, virgati.
Folia faſciculata, ſubcarnoſa, trigona, mucronato-ſubulata, glabra, vix ſemilineam longa.
Flores terminales, ſesſiles, ſubterni, glabri.
Calyx pubeſcens, Corolla brevior.
Corolla tota glabra, lutea.

A. *laricifolia*: *Frutex* erectus, rufo-fuscus, pubeſcens.
Rami alterni, ſubſimplices, teretes, ſimiles.
Folia faſciculata, teretia, mucronata, glabra, patentia, ſemiungvicularia.
Flores ſubterminales vel ſub apice laterales, ſolitarii, ſesſiles.
Calyx pubeſcens laciniis acutis.
Corolla lanata.

A. *juniperina*: *Frutex* erectus, fuscus, ramoſus.
Rami alterni, teretes, divaricati, incurvi, pubeſcentes, ramuloſi.
Ramuli breves, ſimiles.
Folia faſciculata, teretia, mucronata, glabra, patentia, lineam longa.
Flores terminales, ſolitarii vel bini, glabri.

A. *abietina*: *Frutex* erectus, ramoſus, totus glaber.
Rami alterni, ſtriati, purpuraſcentes, erecti.
Folia faſciculata, terna, quaterna vel plura, ſi-

filiformia, mucronato-ſpinoſa, erecta, inæqualia, ſemiungvicularia.

Flores laterales, breviſſime vixque pedunculati, ſolitarii, lutei.

Calycis laciniæ uti & *folia* ſpinoſo-mucronata.

A. *trigona*: *Frutex* erectus, ramoſisſimus, pedalis.

Rami teretes, noduloſi, fuſci, pubeſcentes, erecto-patentes, ramuloſi ramulis ſimilibus.

Folia faſciculata, trigona, ſupra concava, acute mucronata, incurva, glabra lineam longa.

Flores laterales, ſolitarii, parvi, glabri.

A. *verrucoſa*: *Frutex* rigidus, erectus, fuſcus, ramoſus, bipedalis & ultra.

Rami ſparſi, aggregati, ſubſimplices, noduloſi gemmis tomentoſis, cinereo-fuſci, tenuisſime tomentoſi, incurvato-erecti.

Folia faſciculata, filiformia, mucronata, glabra, incurva, ungvicularia.

Flores in apicibus ramorum laterales, brevisſime pedunculati, lutei.

C. *aculeata*: *Frutex* rigidus, ſuperne ramoſus, fuſcus, villoſus, erectus, pedalis.

Rami alterni, ſimiles, erecto-patentes, raro ramuloſi, *ramulis* brevisſimis.

Folia faſciculata, linearia, obtuſa, piloſa, ungvicularia.

Flores capitati, hirſuti: ſub ſingnlo faſciculo aculeus flaveſcens.

Corolla lutea, pubeſcens.

A. *Spinoſa*: *Frutex* erectiuſculus, fuſco-cinereus, ramoſisſimus, bipedalis.

Ra-

Rami alterni, teretes, pubeſcentes, flexuoſo-erecti.
Folia faſciculata, linearia, obtuſiuſcula, glabra, lineam longa.
Gemmæ ſingulæ ſpina patenti, ſubrecurva, flaveſcente armatæ.
Flores laterales, ſolitarii, ſubſesſiles, lutei, glabri.

A. *ſpineſcens*: *Frutex* rigidus, erectus, cinereo-fuſcus, ramoſus, bipedalis vel ultra.
Rami alterni, erecto-patentes, ſpineſcentes, pubeſcentes, digitales vel palmares.
Folia faſciculata, teretia, obtuſa, carnoſa, glabra, ſemilineam longa.
Flores in ramis racemoſo-axillares, flavi, brevisſime pedunculati.
Calyx & corollæ *vexillum* pubeſcentia.

A. *pungens*: *Frutex* flexuoſo-erectus, rigidus, pubeſcens, ramoſisſimus, pedalis usque tripedalis.
Rami ſparſi, patentisſimi, ſimiles, ſpineſcentes.
Ramuli ſparſi, frequentes, teretes, terminati ſpina flaveſcente.
Folia faſciculata, ſubulata, ſæpe acute mucronata, glabra, ſemilineam longa.
Flores in ramulis ſubracemoſi, lutei.
Pedunculus brevisſimus.
Calyx & *Vexillum* pubeſcentia.

§. 5.

Synonymia

Ex iis, quæ in §. 1. dicta ſunt, facile patet; addere tantum licebit, A. *glomeratam* in Supplem. Syſtem. allatam ean-

eandem eſſe cum A. *capitata* & *ſericeam* in Bergii Plant. capenſib. deſcriptam eſſe *argenteam* L.

§. 6.

Locus.

Ubi creſcunt Aspalathi ſpecies capenſes, ſunt *Campi* & *montes;* inveniuntur tamen Juxta
Olyfantsrivier *obtuſa* & *Vulnerans;*
in Bockland *villoſa;*
in Montibus Picketberg *argentea;*
in Hottentots Holland *argentea;*
prope kamtousrivier & in Musſelbay *nivea;*
in Carro *albens;*
Juxta franſche Hœk *Cephalotes;*
in Monte Tabulari *capitata;*
prope Paardeberg *aculeata* atque in collibus capenſibus *ſpinoſa.*

§. 7.

Florendi tempus.

Florent ſpecies pleræque vere & media æſtate, menſibus nempe *Octobri*, *Novembri*, *Decembri* & *Januario*, ut vulnerans, aculeata, villoſa, argentea, obtuſata, nivea, albens, pingvis. Nonnullæ ſerius verſus hiemem appropinquantem flores ſuos proferunt, menſibus *Aprili*, *Majo* & *Junio* ut ſpinoſa, capitata, aculeata, vulnerans.

THESES.

Th. I.

Permulti licet Illuſtres viri & Naturæ Scrutatores, ſtudio ſat magno, labore & ſumtu Vegetabilia illorumque uſum inveniendi operam navaverint, plura attamen reſpectu uſus tum in Oeconomia quum arte medica esſe ignota, quam cognita contendimus.

Th. II.

Posſumus equidem gloriari, vegetabilia noſtræ ætati, antiquiori comparatæ, multo meliorem porrigere uſuram; non enim eſt infitiandum, quin, multos inter frutices, antiquis, uti apparet, ignotos, Aspalathus quoque, recentiori tempore, aliquem præbuerit uſum.

Th. III.

Aspalathi lignum, quod ex India Orientali in Europam transfertur, viribus ſuppar aloe haberi contendimus.

D. D.

OBSERVATIONES NONNULLAS

IN

HISTORIAM NATURALEM SMOLANDIÆ,

CONSENSU EXPERIENT. FACULT. MED. UPS.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICO EXAMINI DEFERT

SVENO GABRIEL FOVELIN,

SMOLANDUS.

IN AUDIT. BOTAN. D. XII JUN. MDCCCII.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,
Litteris *Joh. Fredr. Edman*, Reg. Acad. Typogr.

LIBRARY NEW YORK

CONTRACTS PROSTEN

HÖGÅREVÖRDIGE OCH HÖGLÄRDE

HERR MAGISTER

JOHAN FOVELIN,

SAMT

PROSTINNAN

HÖGÄDLA FRU,

MARGAR. CHRIST. FOVELIN

FÖDD ÖDMANN,

MINA HULDASTE FÖRÄLDRAR!

Tillegnas förſtlingen af mina Academiſka öfningar, vördnadens, tackſamhetens, pligtens, känſlans ringa, men hjertats heliga offer

af

DERAS

Lydigaſte Son

SVEN GABR. FOVELIN.

OBSERVATIONES NONNULLÆ

IN

HISTORIAM NATURALEM SMOLANDIÆ,

Ut cuique oportet carum eſſe omne, puſillum quamvis & imperfectum, quo cognitio patriæ adaugeatur; ita & præ primis, quo ad ſoli natalis commendationem aliquid fiat. Hoc eodem conſilio, dum præſentem adgredior opellam, ut juvenili tentamini indulgentiam habeat B. L. non modo ſpero, ſed & precor.

§. I.

Conſpectus Generalis.

Si occidentalem, campeſtrem fere, arenoſam, planiorem excipimus partem, reliqua omnis Smolandia montibus, collibus, jugisque ſabuloſis, ardua, inæqualis, diverſa jacet; lacubus innumeris interſtincta; 1) fluviorum & amnium numeroſo ordine interſepta, rigata, amœna; ſilvis, jam aceroſis, jam frondoſis, veſtita; lucis & nemoribus varie pulcra; pratis florentibus ſuperbiens; agris, minutioris quamvis areæ & fertilitatis, nec tamen ex ſterili natura deſpectui habendis, abundans; pabulo pingui, pecoribusque aptisſimo & grato celebris; minerifera auri per

A pa-

---

1) Ex hac provinciæ in partes minutas diviſione, nomen forte Smolandiæ pendet, quod *parvas indicat terras.* Sic noſtratibus: *Land* pro loco exculto: *Kål-land, Hampland, Hörland*, h. e. lino conſitus ager.

patriam unica 2), cupri non obſcura 3), ferri ditisſima 4); piſcatione pro uſu 5), venatione pro oblectamento, ſpem ſuorum fallens perraro.

§. II.

Soli Natura.

Pro diverſa adeo ſoli natura incolis tot tamque varia adfluunt commoda, ut, niſi protractior premat annonæ caritas, ne-

2) Ad *Ådelfors* in Paroecia *Alsheda. cfr.* C. LINNÆI Iter *Oeland.* p. 24. Disſert. de Aurifodina *Ådelfors*, Præſ. p. m. D. G. WALLERIC. Detector fuit primus ANT. SWAB. Rei Met. Coll. Conſiliar. Celeberrimus.

3) Cupri veſtigia detecta ſunt, tam ad montem *Klefva* aurifodinæ *Ådelfors* vicinum, tam in paroecia *Fröderyd*, ad *Kellſjö* prædii jam *Ekeſjö Hofgård*. Poſteriori in loco laboris initia dedit Nob. D. Cl. STEDT, Reg. Cubicularius, de præfectura Junecopenſi meritisſimus. Hujus & ærifodinæ origines oratione Upſaliæ habita celebravit M. Rev. M. P. & Pr. I. D. ROGBERG nondum publici, quod meruit, juris facta. Ejusdem Par, *Eſprilla*, cuprifera quoque eſt.

4) Singulare hoc eſt Smolandiæ, quod ferri mineras ſuppeditent plures præfecturæ Cronobergenſis lacus, de fundo surſum ſubducendas, ut & eminens Junecopenſium mons *Taberg*, deorſum devolvendas.

5) Aquæ tandum non omnes piſcibus abundant. In laco *Åſnen*, paroeciæ *Kalfsvik* adfluente, *Eſox lucius* captatur XL, & *Parca fluviatilis* X. librarum ponderis; *Cyprinusque Brama* quin & *Carusſius* alibi ad XVIII ille, ad XI hic accedens repertus eſt. *Anguillarum* captura in paroecia *Urbshult* tempore GUSTAVI I:mi adeo fuit celebris, ut litteris Regiis d. 30 Oct. 1558 datis, Duci Erico quæ vindicaretur digna eſt viſa, & quidem his verbis: Kåre Syon år oß till wettandes worðeth, ath udi Kindewalds Hårad, i Urshulth Socn ſchole ware ſkône Ålefiſke, ſom the kalle thår Ålewerner. Syå ſyntes oß nyttugt, att thu them wille beſee, och bruke till tijt eijet behoff. Cfr. Hiſtoriſk beſkrifning om Småland af S. ROGBERG p. 173. — in lacu *Wireſtadenſi* & *Hamshultenſi* Silurus Glanis ad tria usque pondera majora gravis habetur. —

nemini, quo ſibi ſuisque provideat, deſit facile. Agrorum *Argilla*, quæ tamen rarior, ferax eſt omnisque generis frumento par; *Humus Atra*, frequentior, cuicunque vernali ſementi favet feliciſſime; quæ *ſabulis commixta* ſæpiſſime adeſt *humus*, ſecali verno, hordeoque producendo, ex parva ſed ſæpius repetitia fimi admiſtione, ſufficit omnino; *Arenoſa* quoque, niſi abfuerit prorſus Jupiter Pluvius, ſecale vernum avena mixtum, vel avenam ſolam fert quodammodo. Uberioris autem proventus ſpes aleretur agricolæ, niſi, ex neceſſitate quadam inſuperabili, annua agrorum ſatio ubique fere adminiſtraretur, qua fit, ut herbis vitioſis, *tritico* præſertim *repenti*, cujus radices quotannis, copioſe ſed fruſtra, coacervantur, *avenæ fatuæ, convolvulis, Polygonis*, *Braſſicæ campeſtri* &, quod alibi rarius evenit, *Serratulis, Sonchis, Carduis Criſpo & Heterophyllo Stachydique paluſtri*, cedat nutrimentum ſegeti debitum 6.) Prata equidem demerſa, humida, ſpatioſa frequenter, amnibus plerumque disſecta, non niſi *Caricibus* deterioris notæ abundant, plantisque uliginoſis ſolum præbent posſesſori parve quæſtuoſum; cætera autem, quæ agros interjacent, hortulorum inſtar, floribus & herbis luxuriantibus ſuperbiunt copioſis, cuicunque pecori proficuis, niſi *ſabuloſa* prorſus, *Arnicam & Jaſionem montanam, gnaphalia Ericæ*que ingratam progeniem admittant, ut ſterilitatis flebile omen. Quanti habendum ſit ſilvarum paſcua, umbroſa, aquata, inter montium declivia anguſta quidem ſed graminifera egregie, ex nu-

A 2

6) *Raphanus Raphaniſtrum*, cui morbum Spasmodicum *Dragſjukan*, horrendum, fatalem ſæpisſime, intereaque Epidemice graſſantem adſcribit p. m. Arch. & Equ: à Linnè in Disſert. de *Raphania*, per præfecturam Junecopenſem, etiamſi a morbo non immunem prorſus, occurrit rarior. Hoc fuit in cauſſa, cur criminis culpam ad *clavellos* ſic dictos *Secalinos* (mjöldker) devolvere tentavit p. m. Doct. I. Lindvall in ſcripto hebdomali: *För Läkare och Naturforſkare* Holmiæ edito. Fieri tamen poteſt, ut ex diverſa anni conditione jam uberrior jam parcior ſuccreſcat herba, atque adeo per intervalla Epidemiam excitet.

numeroſis taurorum, pinquedine gravium, agminibus, qui Holmiam adiguntur atque per cæteras patriæ provincias diſtribuuntur quotannis, liquet uberrime; ne loquar lac copioſum, pingue, cæteraque ex re pecuaria, quæ procedunt, ſubſidia, quibus Pan Smolandicus Cereris hinc inde tenuiter largitricis parſimoniam compenſatum ivisſe videtur.

§. III.

Animalia Domeſtica.

Pecus provinciæ humile, nec tamen nanum, ut in ſylveſtribus & montanis, mediam raro ſuperat ſtaturam. *Equi* mediocres, dociles, veloces, nec admodum fortes. *Boves* mole ingentes nomine Smålands-Oxar inſignes, Scaniæ ſuos debent natales, nec Smolandiæ niſi pinguedinem, *Vaccarum* ubera ex ſucculenta herbarum natura lactifera valde. Inermes præſtant, ſed raræ. *Sues*, jam grandiuſculi, jam humiles, olim ex glandium faginearum copia lardo, flaccidiori licet, attamen ſapido, nunc plerumque Cerealibus nutriendi & ſaginandi habentur ubique. *Oves* ignobilioris indolis vulgo præferuntur, ut parvo contentæ, climatis patientiores, morbis raro laborantes, uſuique domeſtico, ut putantur, pares. *Capræ* valent optime, per ſcandendi licentiam aëri ſalubri expoſitæ, & prole plerumque gemella lactisque copia exigui pretii pabulum abunde rependentes. *Canes domeſtici, catenarii, venatici,* ovium *comites* atque *cuſtodes*, ut & *Feles*, pro heri cujusque conſilio, occurrunt.

§. IV.

Arbores.

Querceta, ſi voci inhæreamus, nullibi forte, at vero arbores per provinciam ſparſæ adſunt ubique. Nobilisſimæ ferro ſecernenti demtæ ſunt adeo, ut perpaucas ad rei Nauticæ uſus idoneas judicarit ante aliquot annos Regio jusſu inſtitutum examen. Nec ſpes eſt fore, ut ſenſim disparentibus ſuccedat nova

pro-

progenies arboris pratis exoſæ, tarde matureſcentis, nec niſi abnepotibus profuturæ.

Fageta Smolandiæ meridialis 7) indies depauperata in pineta abietina paullatim verti videntur. Conſumuntur quotidie ad cineres clavellatos, focumque alendum, cum dapium ſuillarum decremento. Quæ in paroecia *Hjelmſeryd* juxta viam publicam ſuperbit comoſa fagus, cortice nominibus inciſis litterata, ad boream, quam vidi, proxima fuit. Sed alit & fagos *Bringetofta.*

Pineta utriusque ſpeciei, *abietis* & *Sylveſtris*, incolis ubique fere ſufficiunt, ad focum, ædes, ſepimenta, carbones pro uſtrinis coquendos, cæt. Ex ſylveſtri, cui arenoſa provinciæ, *Erica* fruticante jam miſere obruta, deſtinaſſe videtur Natura, pix elixa fluit boni moris, radicibus emortuis præcipuam debens copiam.

Betuleta abundant, omnium varietate, *hybridam* ſi exceperis, cujus cognitionem D. D. & Asſesſori Blom noſtrati acceptam referunt Botanici. *Pendulam* præ cæteris ex ſucci vernalis abundantia inſignem reperimus, ex quo inſpisſato Syropum concoxit p. m. Præpoſitus M. I. Wieselgren, ad Violarum accedentem, at exigua copia, ut perditus ſit labor. Suam quoque alit Smolandia *Ulmum campeſtrem*, nobiliori utenſilium ſupellectili aptisſimam; *Fraxinum excelſiorem*, e cujus contuſis foliis exit ſuccus ad præſentisſimum *Colubri Cherſeæ*, nobis fere peculiaris, venenum, optima medela 8); *Tiliam Europæam*, cujus philyra fu-

7) In primis verſus Blekingiam atque in Territoriis *Konga* & *Kinnevald* ad ſylvas majores conſociatæ reperiuntur fagi. In parœcia *Aneboda* ultima hoc nomine digna congeries adeſt.

8) *Colub. Cherſea*, ſine ullius invidia, Smolandiæ propria fere, loca amat ſubhumida, cæſpitoſa. Inter frutices deliteſcens in prætereuntes momento citius inſilit, vulnus ſæpisſime letale inferens; quanto ſtatura cæteris minor, tanto & viroſa dente pernicioſior. *Col.* quoque *Preſterem*, Smolandis meridialibus: *Boſe*, in umbroſis pratorum præſertim reformidare oportet valde, præ *Col. Bero*, qui ſatorum lapideas ſtrues habitat frequentior, diro armatum veneno. *Col. Natrix*, inermis, fimetis ova maturanda committens, ex ſuperſtitionis indulgentia frequentisſimus ad bovilia hoſpitatur. Nec posſunt non riſum mo-

nes tractabiles ſuppenditat 9); *Acer platanoiden*, prædiorum ornamentum & umbram, caprisque gratisſimum pabulum; *Populum tremulam* equis, *Salicemque Capram* pecoribus exquiſitisſitisſimas exhibentem cupedias; *Salicem fragilem*, per loca ſubhumida amabile umbraculum, cujus & flores *Palmarum* titulo decorantur; *Pyrum malum ſylveſtrem*, olim frequentiorem; *Cratægum utramque* utilem, neglectam autem fere; *Sorbum Aucupariam*, ad acidas quidem, *Turdis* autem dulces, invitantem delicias 10); *Prunum Padum*, cujus drupa contuſa, vino permeanti combuſto læte rubentem conciliat colorem ſaporemque amygdalinum; *Juniperum communem*, nobis feracisſimam, cujus bacca non modo recens & contuſa, aqua infuſa frigida, fatigato mesſori acceptum, ſalubrem, reficientem præbet potum, ſed & torrefacta, leviori lapidis molaris opera comminuta, maltoque adaucta Cereviſiam fermento paratam nutrientem, fortem, Scorbuti atque calculi origines depellentem egregie; *Corylum Avellanam*, ad Junecopiam præſertim luxcuriantem, nucibus optimis profuturam, niſi, quominus maturescant, impediret male collocata appetentia; *Betulam alnum*, cui hoc præcipue debetur meritum, quod per mollitiem excavanti, geſtaturo autem per levitatem, præferatur ad calceos ligneos ruricolis uſitatisſimos, quorum ad pleraſque nundinas prælatæ ſtrues ex ter quaterve centum paribus

vere *Phaſiani Galli*, de *Angui Fragili* devicta, jactabundi tripudia, glocitanti familia coram. Exuviæ ſerpentum, qui ſenectam deponunt vere, colliguntur ſedulo, membrisque *Arthritide vaga* correptis mitigationem doloris afferre creduntur, quin & laborioſe parturientibus feſtinum puerperii exitum, hac tamen cautela, ut, ſi ſuccedat propoſitum, nuda manu illas tractare non liceat.

9) *Tiliis*, quæ huic uſui deſtinantur, arboreſcere non licet, mature ſcilicet decorticandis. Ex Juniperi, quod interea ſubſtituitur, indumento, rigidiores quidem, ſed tenaciores parantur funes.

10) Baccarum, XII numero, quovis mane ſumtarum vim diureticam valde commendant calculo Renum laborantes, qui harum uſu levamen experti ſunt inſigne.

bus congeſtis venales proſtant; cæteras arboreſcentes & fruteſcentes Floræ theſauros ut reticeam, *Betulam Nanam* borealem ceteroquin fruticem, *Rhamnum* utramque, *Loniceram*, *Viburnum*, *Sambucum*, *Sentes*, *Sarmenta*, *Ericæ*que *vulgaris* ſylvas nanas, apium inexhauſtos hortulos, ex quibus Smolandia ceræ mellisque, ad luteum quamvis vergentis quodammodo, uberrimam reportat copiam.

§. V.

Quadrupedia.

Cervum Alcem olim Smolandiæ fuisſe indigenam, frequentiorem, ex locorum nominibus *Elghult*, *Elgaryd*, *Elgberget*, monti Junecopiæ adſito, credere fas eſt. Nunc exſtinctum eſt genus omne, ut non niſi ex OſtroGothiæ vicinia profugum rarisſime adſit; nec intra XX annorum ſpatium apud nos viſum novi. Eadem & ſors fuit *Elaphorum* & *Damarum*, quorum priſtinam præſentiam teſtari videntur *Hjortsberga*, *Hjortshult*, nomine jam rei impari; *Cervus* autem *Capreolus* ſui exſtirpationem in præſens avertere valuit, congenerum fata mox ſubiturus 11). *Urſorum* quoque habitationes indicant certisſime nomina *Bjôrnſkog*, *Bjôrnaryd*, *Bjôrnhult*, quamvis hodie ita evanuerit animal, ut, qui ante annum cum dimidio in paroecia Malmbeck, venatione publica propter veſtigiorum in vive mirabilem, ut videbatur, formam, conſcripta, plumbo necatus exſpiravit, pro monſtro plerisque habitus ſit inauditæ prorſus naturæ 12). De *Lupis* eandem non valere raritatem dolemus merito, quo-

---

11) Cane agitatus, recta, milliare tendit & ultra, mox per eundem tramitem redux atque adeo venatori prudenter inſidianti obvius necem effugit raro. Ad inſitas redactus ſubſiſtit, &, ubi dorſo ſuppetat pax, tibiis anticis canis inſultus depellit temerarius.

12) *Urſos*, qui olim Smolandiam habitarunt, ex relatione ſenum referre oportet ad varietatem minorem, rufeſcentem, *Myrbjörn*, non quidem ita adpellatam, quod formicis victitarit, ſed quod ad loca hu-

quorum numerus, voracitas, invaſiones frepuentes quin & ipſas ruſticorum ædes adeundi audacia prædæque ſemel correptæ tenacitas, hieme præſertim, vel ob cuſtodum oculos, juvencis & vacis ad aquas emisſis, haud raro miſeram lanienam minitantur & inferunt 13). *Vulpes* quoque Smolandiæ hoc temeritatis crimine diſtinguunrur, quod adultas oves, ni dicam agnos, adgredi ſuſtineant, exemplo alibi per Sveciam perraro 14). *Felix Lynx*, ſanguiſuga, nec niſi nobiliorum viſcernm vi evulſorum delicatus comeſor, oribus & capris præſertim infeſta, profunda ſaltuum habitat infrequens. *Viverra Lutra*, piſcivora, ad amnes a glacie liberas asſidua, mordacisſima, greſſu tardior, ſed ad ſaltum compoſita canis perſequentis ſuperans velocitatem, hieme præſertim venatoris labores pelle compenſat frequentior 15). *Viverræ*

---

mida & depresſa (*Myror.*) vagabunda *Vacciniorum*, *Myrtilli*, *Uliginoſi*, cæt. *Rubi Chamæmori Empetrique* baccis famem reſtinxerit.

13) Anno 1776 in parœcia *Hjelmſeryd*, venatione publica media ſub hieme inſtituta, duo occiſi ſunt lupi, mas & fœmina, cute nigra, ita nudata prorſus, ut ne unici quidem pili veſtigium detegi potuerit, forſitan ex impotenti veneno deglutito, alopeciam, nec tamen necem, inferente. Lanugo, quæ pone auriculas tenuis cæperat egredi, nivea fuit, colore, ſi temporis ulterior permiſisſet mora, animalis, ut opinor, futuro integri. Quid, ut catuli, prædæ nondum pares, domi adſueſcant lanienæ, faciat mater, diſcitur exemplo, heic, quod inſeratur, forte non indigno: A:o 1764 in parœcia *Nydala*, venator quidam miſero mugitu allectus conſpexit lupam vitulum vivum ad ſuos pertrahentem, prehenſa numella lignea, ad collum, uti mos eſt, ſuſpenſa. Inſequitur furtim donec ad oſtium antri ſubſtiterit illa, ubi ſigno voce data erumpunt catuli exanime fere animal dilaceraturi; quæ & ſcena peracta fuisſet, niſi ſclopeti juſto momento facta exoneratio matri ademisſet vitam filiisque propoſiti conſtantiam. Posſesſore dein detecto compertum eſt, ex parœcia *Fryeled* ſupra milliaris ſpatium ita adactum fuiſſe vitulum.

14) Quam numeroſa ſit *Vulpium* ubique diſperſarum copia, eo diſcitur, quod una eademque hieme a LXXII aut plumbo aut forcipe, parœciæ quidam Barkerydenſis incola viciniam liberarit.

15) Nasſas interdum ingreditur piſces habendi cauſſa; at vero ſi difficiliori exitu retardetur, quam reſpirandi necesſitas permiſerit, ſub aqua ſuffocatus perit; cujus rei bina mihi cognita ſunt exempla.

ræ Martis utramque varietatem idoneo nec raro hoſpitio excipiunt Finetorum & fagetorum ſpiſſæ latebræ 16). *Viverram Putorium*, rariſſimum certe Smolandiæ animal, ad Wexioniæ lacum prope littora prædii *Kampen* piſce ineſcatam & inſidioſe captam novimus unicam. *Viverra Vulgaris*, ab *Erminea* ſpecie diſtincta, ædes ruricolarum interea habitat hospes felici ut creditur omine, atque adeo pace fruens domeſtica 17). *Viverram Ermineam* majorem longe, atque cauda ab apice ad dimidiam fere partem nigerrima, colore e fuſco ferrugineo, in paroecia *Barkeryd* occiſam novimus. *Leporis timidi* ubicunque obvia veſtigia præſentiam indicant uberiorem, cujus & varietatem nigram rariſſimam habuit Smolandia Occidentalis. *Erinaceum Europæum*, ſpiniferum haud raro, & quidem interdiu, inter pratorum gramina convolutum deliteſcere vidimus. *Urſus Meles*, imbellis, pacato cavernarum domicilio hinc inde utitur nemini noxius; *Agiles Sciuros*, 18) *Rattos* & *Muſculos* domi foriſque moleſte ſedulos 19), *Sorices* & *Talpas* hisque tenebrarum amore adfines *Veſpertiliones*, per brevitatem temporis ut prætermittam.

Campus, per quem ſi exſpatiari permitteret arcta, qua teneor, temporis anguſtia, ſuperesſet utique latisſimus. At vero, prolixiorem, quam, quæ præſentis eſt conditionis, operam requireret, *Aquilarum* & *Falconum* ex frequentia bellorum celebris turma; *Strigum* certe non parva familia, *Laniorum* parcior nu-

 me-

16) Cava arborum perquirit, &, ſi apes ſilveſtres adſint, earum mel atque larvas deprædatur haud ſecus ac *Viverra* (Ratel) Mellivora.

17) *Viv. Vulgaris*; LINN. Syſt. animalium ex Ed. GMELINI. Gallinarum ovis infeſtus, ut creditur; ita adfini *Viverræ Ichneumoni* Egyptiacæ, cujus eosdem mores deſcripſit SONNINI, ſimilis. Reſa i Öfra och Nedra Egypten. p. 63. Murium venator dexterrimus.

18) *Sciuri*, ne quidem ad rigidas brumas, cineraſcunt, medio excepto dorſo. Cicures carne veſcuntur & lardo.

19) *Muris terreſtris* deprædationes *Talpæ* adſcribuntur immerito: *Amphibii*, anatum pullis infeſtæ interdum. *Avellanarius* & *Sylvaticus Viverris* in eſcam cedunt.

merus; *Picarum* ſui disſimilis ordo, quos inter nomino *Cornicem* & *Monedulam* apud nos perraro hiemantem, *Coraciamque Garrulam*, Cronobergenſibus *Drottning Kerſtins kråka*, appellatam, quod hæc imperante Regina, ut vulgo fama fert, viſa ſit prima; *Anſerum* longe lateque diſtributa copia, in quibus *Anatem Anſerem feram* ad Wiſlanda ova poſuisſe novimus quotannis, cui & jungenda eſt *Glaucion*, prima ex fuga hiemali rediens, *Clangulaque* humi apud nos cubans ſemper; *Grallarum*, *Scolopacum* in primis, cohortes abundanter diſperſæ per numeroſa Provinciæ, lacuſtria olim, nunc *Sphagno Caricumque* Cæſpitibus obducta paludoſa; quas inter ſilere nefas putarem *Ardeam Ciconiam*, ſupra Wexioniam non hoſpitantem, *nigram*, Smol. *Hafreröt*, tranſeuntem, nubeculæ inſtar ſumma ætheris permeantem, *Stellarem*, arundineta præamantem, & *Cineream*, quam e diurna piſcatione ad cujusvis veſperæ horam VII reducem, ſupra lapidem eundem Lacu *Barkerydenſi* cinctum, integram æſtatem pernoctare vidimus; *Tetraonum* omnium, *Lagopo* excepta, amabilis ſocietas, *Pasſerumque* innumera progenies 20). Inter Piſces *Salmonem Alpinum* Lacum Wettern habitantem indicare oportet, ut & inter Floræ delicias *Trapam natantem*, *Theſium Alpinum*, *Talictrum Simplex*, *Ericam tetralicem*, *Dracocephalum Ruiſchianam*, *Linum Radiolam*, *Ophrydem ovatam*, quas Botanicis ſubminiſtrat Smolandia aut ſola, aut paucisſimis Patriæ Provinciis ſociata.

---

20) Qui per ſabuloſa Provinciæ iter inſtituunt, in prærupta collium arenoſarum conſpiciunt frequentia foramina, baculo veluti 2 pollicum diametro intruſo formata. Sunt hæc meatus ad nidos *hirundinis ripariæ*, quæ citacisſimo volatu, ſagittæ inſtar, intrat, & quaſi per incantationem oculo ſubducitur.

D. D.

DISSERTATIO BOTANICA

DE

BLÆRIA

QUAM

CONSENSU EXPERIENT. FACULT. MED. UPS.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICÆ CENSURÆ SUBMITTIT

PETRUS ELMSTEDT,

STOCKHOLMIENSIS, STIP. STIEGLER.

IN AUDIT. BOTAN. D. X DEC. MDCCCII.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,

Litteris *Joh. Fredr. Edman*, Reg. Acad. Typogr.

No. 231

§. I.

Prodiit ſeculo proxime præterlapſo, ſub Præſidio Cel. D. Præſidis, Disſertatio de ampliſſimo Genere Ericæ, cum quo cognatione proxima jungitur illud *Blæriæ*, utut ſimillimum. Credidi, non omnino infructuoſam fore meam operam, nec ſumtus omnino deperditos & vanos, ſi ſpecimen editurus academicum, hocce Blæriæ Genus, Ericæ proximum, examinandum & deſcribendum in me ſuſciperem.

Separaverat dudum Princeps ſuo tempore Botanicorum Ill. Linné Blæriæ Genus a vaſtisſimo Genere Ericæ, vix niſi numero Staminum discrepans. Hanc quidem Ego Legem violare tanto minus volui, debui, quod perceperim, plures dudum alios laudatos & laude dignos Botanicos illam ſancte ſervatam esſe ſecutos, licet ſatis obſervaverim, affinia hæc duo Genera æque parum invicem differre ac Cotyledon a Crasſula, Rhexiam a Melaſtoma, Rheum a Rumice, Atraphaxidem a Polygono, Boerhaviam a Valeriana, alia ſexcenta ut reticeam.

Blæriæ, quotquot huc usque innotuerunt, omnes & ſingulæ tota facie & habitu, caulibus fruticoſis, foliis verticillatis, florum figura, ſtaminum ſtructura, piſtillo, fructu, ceteris etiam Patria ac Solo cum Ericis non conveniunt modo, ſed ut ovum unquam ovo adeo ſunt ſimiles, ut primo intuitu non ſeparandæ obveniant.

 Sed

Sed ambo hæc Genera, numero ſtaminum, adeoque & Claſſe, differentia, ne invicem confundantur iis, qui ſeparare discupiunt, axamini accuratiori ſubjicere atque Synonyma, loca natalia, florendi tempus. Deſcriptiones & notas characteriſticas Blæriæ publici juris facere volui, dum pro Exercitio ſpecimen edendum jubent Leges Academicæ.

E quindecim ſpeciebus B. *ericoides*, alio licet ſub nomine, innotuit Petiverio, *paniculata* Plukenetio, Sebæ vero *paniculata* & *glabella*. Reliquæ omnes recentioribus temporibus indagatæ ſunt, pleræquæ vix ante adventum Cel. Præſidis in Caput bonæ ſpei, ut *articulata* & *puſilla* ab Houttuynio commemoratæ; *purpurea* & *plumoſa* in Supplemento Linnæi filii deſcriptæ. B. *ſcabra*, *faſciculata* & *albida* in Prodromo Plantarum Capenſium, a Cel. Præſide, charactere tantum indicantur, quibus addere posſumus B. *ſerratam*, *hirſutam*, *plumoſam*, *glabram* atque *caducam*.

§. II.

Character Generis:

Artificialis: Cal. 4-partitus: *laciniæ* adpreſſæ, corolla breviores.

Corolla 1-petala, 4-fida.

Stam. *Filamenta* quatuor, rarius plura, capillaria, germini inſerta.

Antheræ oblongæ, pertuſæ poro, bifidæ vel bipartitæ.

Pist. *Germen* ſuperum.

Stylus filiformis, corolla longior.

Stigma ſimplex, capitatum.

Peric. *Capſula* 4-locularis, polyſperma.

Es-

Eſſentialis; *Stam.* 4. Cal. 4-partit.
Cor. 4-fida. *Capſ.* 4-locularis.

Differt ab Erica tantum numero Staminum, quæ variant.

Corona variat ut in Ericis: cylindrica, clavata, ovata; villoſa, glabra; alba, incarnata.

§ III.

Characteres Specierum.

* *Floribus capitatis terminalibus:*

1. B: *ſerrata*: capitulis terminalibus erectis, foliis ternis ovatis ſerrulatis imbricatis.
2. B. *nudiflora*: capitulis terminalibus erectis, foliis ternis linearibus ciliatis imbricatis.
3. B. *ſcabra*: capitulis terminalibus erectis, foliis quaternis lanceolatis hiſpidis imbricatis.
4. B. *faſciculata*: capitulis terminalibus erectis, foliis quaternis lanceolatis patentibus ciliatis.
5. B. *ericoides*: capitulis terminalibus erectis, foliis quaternis ovatis imbricatis villoſis.
6. B. *articulata*: capitulis terminalibus cernuis, foliis quaternis ovatis imbricatis glabris.

* * *Floribus umbellatis terminalibus:*

7. B. *purpurea*: umbellis terminalibus, foliis ternis ovatis glabris, calyce glabro.
8. B. *hirſuta*: umbellis terminalibus, foliis quaternis lanceolatis hirſutis, calyce villoſo.
9. B. *glabella*: umbellis terminalibus, foliis quaternis ovatis villoſis, calyce lacero-ciliato.
10. B. *plumoſa*: umbellis terminalibus, foliis quaternis ovatis glabris, calyce ciliato.

* * * *Floribus lateralibus, in axilis foliorum:*

11. B. *albida*: floribus axillaribus ſeſſilibus, foliis ternis linearibus patentibus piloſis.

12. B. *puſilla:* floribus axillaribus pedunculatis, foliis ternis oblongis patentibus villoſis.
13. B. *glabra:* floribus axillaribus ſeſſilibus, foliis ternis lanceolatis imbricatis glabris.
14. B. *paniculata:* floribus lateralibus pedunculatis, foliis ternis trigonis imbricatis glabris.
15. B. *caduca:* floribus lateralibus, foliis quaternis lanceolatis patentibus glabris.

§. IV.

Deſcriptiones Specierum.

Caulis fruticoſus, ramoſiſſimus.
Rami & *Ramuli* ſparſi vel verticillati.
Folia verticillata, petiolata petiolis adpreſſis; ſupra plana; ſubtus convexa ſulcata.

1. B. SERRATA: *Caulis* erectus, cinereus.
Rami & *Ramuli* ſparſi, a caſu foliorum tuberculato-ſcabri, cinerei, ſuperiores tomentoſi.
Folia terna. ovata, obtuſa, margine ſerrulata, glabra, imbricata, lineam longa.
Flores in ramulis terminales, aggregati, ſeſſiles.
Corolla globoſa, cinerea.
Antheræ muticæ, ſeſſiles, didymæ, flavæ, incluſæ.
Singularis margine calycis nigro punctato.

2. B. NUDIFLORA: *Caulis* erectus.
Rami & *Ramuli* ſparſi, hiſpido-tomentoſi, cinerei.
Folia terna, linearia, obtuſa; lævia, glabra, ciliata, incurva, imbricata.
Calycis Laciniæ glabræ, ſubciliatæ.

3. B.

3. B. SCABRA: *Caulis* purpuraſcens, glaber, erectus.
Rami teretes, flexuoſi, cauli ſimiles.
Ramuli capillares, ſubfaſtigiati, piloſo-hiſpidi.
Folia quaterna, lanceolata, obtuſa, margine revoluto undique piloſo-hiſpida, imbricata.
Corolla tubuloſo-campanulata, alba, glabra.
Antheræ bifidæ, rufæ, exſertæ.
Stylus exſertus.

4. B. FASCICULATA: *Caulis* erectus, cinereus, glaber.
Rami ſparſi, flexuoſo-erecti, glabri.
Ramuli ſparſi & verticillati, villoſi, tomentoſi, flexuoſi, ſubfaſtigiati.
Folia quaterna, ovato-lanceolata, obtuſa; margine ſcabra & ciliata, patentia, lineam longa.
Calyx & *Corolla* albæ, glabræ.
Antheræ purpuraſcentes, incluſæ.

5. B. ERICOIDES: *Caulis* erectus, fuſco-cinereus.
Rami & *Ramuli* ſparſi & ſubverticillati, cinereo-tomentoſi, virgati; ultimi filiformes, valde tomentoſi & villoſi.
Folia quaterna, ovata, obtuſa, adpreſſa, undique ſcabra & villoſa, vix lineam longa.
Calyx albo-hirſutus.
Corolla purpurea.
Antheræ ovatæ, exſertæ.

6. B. ARTICULATA: *Caulis* erectus, fuſco-cinereus.
Rami ſparſi & *Ramuli* filiformes, aggregati, virgati, cinereo-tomentoſi, erecti apice cernuo.

Fo-

Folia quaterna, ovata, obtuſa, ſulco albo, margine integra vel tenuisſime villoſa, imbricata.
Flores terminales, copioſi capitulis cernuis.
Corollæ cylindricæ, incurvæ, albo-incarnatæ, glabræ.
Filamenta purpurea, corolla longiora.
Antheræ oblongæ, ſesſiles, purpureæ, exſertæ.

7. B. PURPUREA: *Caulis* fuſcus, pedalis & ultra.
Rami alterni, flexuoſi, divaricati, fuſci.
Ramuli ſparſi, frequentisſimi, filiformes, flexuoſi, fuſco cinerei, folioſi.
Folia terna, ovata. obtuſa, margine tenuisſime ſubciliata, imbricata, glabra.
Pedunculi capillares, purpuraſcentes.
Corolla cylidrica, purpurea.
Antheræ purpuraſcentes, ſubexſertæ.

8. B. HIRSUTA: *Rami* & *Ramuli* ſparſi, cinerei, tomentoſi, flexuoſo-erecti.
Folia quaterna, lanceolata, obtuſa, incurva, imbricata, ſcabrida & pilis albis laxis villoſa.
Calyces hirſutisſimi pilis longis albis.
Corolla campanulata, purpuraſcens, glabra.
Antheræ purpureæ, exſertæ, bipartibiles.

9. B. GLABELLA: *Ramuli* filiformes, glabri.
Folia quaterna, ovato-oblonga, obtuſa, utrinque glabra, margine ſcabrida, imbricata, apice patulo.
Calyx glaber.
Corolla ſubcylindrica, albida, glabra.
Antheræ purpureæ, erſertæ, ariſtatæ.

10.

10. B. PLUMOSA: *Caulis* rigidus, fuſco-cinereus.
Rami ſparſi, uti & *Ramuli* cinerei, glabri, flexuoſi, divaricati, diffuſi, ultimi filiformes.
Folia quaterna, ovata, obtuſa, integra, glabra, imbricata, inconſpicue villoſa.
Flores cernui.
Calyx albidus, glaber, lacero-ciliatus.
Antheræ ſubtetragonæ, purpuraſcentes, incluſæ, ariſtatæ.
Stylus exſertus.

11. B. ALBIDA: *Caulis* fleuxoſo-erectus, fuſcus, palmaris & ultra.
Rami ſparſi, frequentes, parum ramuloſi, erecti, cinereo-tomentoſi.
Folia terna, trigona, obtuſa, vix conſpirue villoſa, patentia.
Flores in ramis & ramulis ſparſi, laterales, aggregati, ſesſiles vel brevisſime pedunculati.
Calyx villoſus, corolla paulo brevior.
Corolla campanulata, alba.
Antheræ purpuraſcentes, pertuſæ, bifidæ, exſertæ.

12. B. PUSILLA: *Caulis* flexuoſo-erectus, fuſco-cinereus.
Rami ſparſi & ſubverticillati, curvato-erecti, cinereo-tomentoſi.
Ramuli filiformes, ſubfaſtigiati.
Folia terna, oblonga, obtuſa, ſcabra & piloſo-hispida, incurvato-imbricata.
Pedunculi capillares, nutantes, tenuisſime villoſi, purpuraſcentes, ebracteati, foliis longiores.

Calyx villoſus, *Corolla* purpurea.
Antheræ purpuraſcentes, pertuſæ, bifidæ, exſertæ, ſæpius quatuor, rarius octo vel novem.
Stylus ſtaminibus longior.

13. B. GLABRA: *Caulis* flexuoſo-erectus.
Rami & *Ramuli* ſparſi, flexuoſi, cinerei, filiformes.
Folia terna, lanceolata, acuta, glabra, imbricata.
Flores verſus ſummitatem ramulorum ex axillis foliorum racemoſi.
Calyx glaber, brevis.
Corolla cylindrica, alba, glabra.
Antheræ oblongæ, purpuraſcentes, exſertæ.

14. B. PANICULATA: *Caulis* erectus, bipedalis & ultra.
Rami, ſparſi, flexuoſo-erecti, cinereo-fuſci, per ſpatia tomentoſi.
Ramuli filiformes, paniculati, virgati, cinerei.
Folia terna, trigono-lanceolata, obtuſa, integra, glabra, imbricata.
Flores verſus apices ramulorum laterales, aggregati, cernui.
Calyx glaber, minutisſimus.
Corolla ovata, albo-incarnata.
Antheræ ariſtatæ, purpureæ, exſertæ.
Stylus corolla duplo fere longior.

15. B. CADUCA: *Tota* glabra.
Caulis baſi decumbens & flexuoſus apice erecto, incurvus, rufeſcens.
Rami & *Ramuli* filiformes, elongati, flexuoſi, ſtriato-ſubangulati, rufeſcentes.
Folia quaterna, lanceolata, patentia.
Corollæ cylindricæ, caducæ.

§. V.

§. V.

Synonyma

ex Præfatione facile patent. Antiquis Botanicis paucæ innotuerunt; plurimæ ſpecies recentiori ævo detectæ ſunt. Cumque in Cel. Wildenowii Speciebus Synonyma hæc recenſeantur, ſat fore credidimus Ejus citasſe paginas, ubi ad Blærias relatæ fuerunt: Tom. I. P. II. p. 629. 630. 631. *ericoides*, *ſcabra*, *faſciculata*, *articulata*, *purpurea*, *albida* Blæria muſcoſa & albens dicta, *puſilla*, *glabella* & *plumoſa* ciliaris ſub nomine. Atque ad Ericas fuit relata: Tom. II. p. 357. *paniculata*. Præterea occurrunt in Prodromo Plantarum Capenſium Cel. Præſidis p. 188 *nudiflora*; p. 69. *ſerrata*, *glabra*, *caduca*, *hirſuta*.

§. VI.

Locus:

Creſcunt omnes in Promontorio bonæ ſpei; ſpeciatim
Ericoides in collibus prope & extra urbem, vulgaris.
faſciculata in ſummitate montis Tabularis.
articulata in Franſche Hoek, Bay falſo & alibi rarior.
purpurea in monte Tabulari, vulgatisſima.
plumoſa in Regionibus Bockland.
albida in monte Tabulari.
caduca in monte Tabulari Ejusque fosſis humectatis.

§. VII.

Florendi Tempus.

Ericoides per plures menſes florere ſolet;
faſciculata Auguſto;
articulata Januario & ſequentibus menſibus;
purpurea Auguſto & ſequentibus menſibus;

 plu-

plumoſa Octobri, Novembri & ſequentibus usque ad Februarium;
albida Aprili;
caduca Februario.

§. VIII.

Uſus

harum fruticum in Oeconomia adhuc nullus innotuit; at elegantisſimis ſuis floribus eorumque inſigni copia oculos non minus oblectant, quam quidem affines Ericæ.

OBSERVATIONES
IN
PHARMACOPOEAM SUECICAM,

QUAS
VENIA EXPER. ORD. MED. UPSAL.
PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU MEDICO
PUBLICE PROPONIT

LAURENTIUS PETRUS BERG,

STIP. AHLLÖFV. VESTMANNUS.

IN AUDIT. GUST. MAJ. D. XI DEC. MDCCCII.
H. A. & P. M. S.

UPSALIÆ,
Litteris *Joh. Fredr. Edman*, Reg. Acad. Typogr.

IN

SACRAM REGIAM MAJESTATEM

SPECTATÆ FIDEI VIRO,

AMPLISSIMO ET CELEBERRIMO DOMINO

CAROLO MAGNO BLOM,

M. D. ADSESSORI, PROV. DALEK. MEDICO ORDINARIO,

REG. ACAD. SCIENT. HOLM. ACAD. CÆSAR. NAT. CURIOS.

ET SOCIETAT. MED. PARIS. MEMBRO,

PATRONO SUO PROPENSISSIMO,

SACRUM

voluit

L. P. BERG.

Jam ſexennium eſt, ex quo, auſpiciis Cel. D. Præsidis in lucem prodiit *Diſſertatio*, *Obſervationes in Pharmacopœam Svecicam exhibens.* Materiam Medicam, *Simplicia* vocant, illa perluſtravit. Multis locum inter *Præparata* & *Compoſita* accommodatiorem deſignavit, plurima juſtas ob rationes eliminanda cenſuit, nova tandem, digna quæ in Pharmacopoeam inferantur, attulit. Videretur iſto opere res eo perducta, quo venire potuit; attamen, nova quotidie luce Diſciplinis affulgente, quas, in hisce rebus dijudicandis, reſpicere debes, uſu quoque atque conſuetudine, in remediorum fama ſtabilienda, multum ſibi vindicantibus, deesſe non posſunt, quæ pro ratione temporum materiæ huic locupletandæ inſerviant. Quæ vero jam, Speciminis loco, non tam exponere quam attingere propoſitum eſt mihi, in ſpem lætisſimam adducto, fore, ut L. B. opuſculum viribus meis, non rei pondere, metiatur. Ordinem in Disſertatione nominata ſervatum, quo nullus melior, ſequar, & primum quidem Simplicia, quæ adhuc ſunt excludenda, tum vero quæ addenda exhibebo. Poſtremum alias quoque obſervationes, ab argumento non alienas, adferre liceat.

SIMPLICIA ELIMINANDA E REGNO MINERALI.

Auripigmentum ad Liquorem vini probatorium præparandum adhibetur, quem quidem alia ratione meliorem conſequi licet.

A Au-

AURUM FOLIAT. vitiationi obnoxium rejiciatur hoc luxus medici proprium.

PLUMBI oxida in Officinis non parantur, quas itaque illi præcludi jubeatur.

SIMPLICIA ELIMINANDA
E
REGNO VEGETABILI.

RADICES.

ARISTOLOCHIÆ ROTUNDÆ R. Uſus ejus exolevit.

BRITANNICÆ R. laudes, quibus antea elata fuit, jure amiſiſſe videtur.

BRYONIÆ R. recens eſt maxime draſtica, nullam vero vel ſaltim incertam habet vim arefacta.

CALUMBÆ Radice ſine dubio carere poſſumus, cum & carius venditur & ceteris amaris palmam non præripit.

CICHOREI Radicem minus neceſſariam faciunt aliæ radices amaræ.

ESULÆ R. draſtica eſt, ſed longe certiora habemus.

GENTIANÆ ALBÆ R. aliis efficacioribus remediis ſuperflua redditur.

IREOS NOSTR. R. arefacta nulla gaudet vi.

LEVISTICI R. longe infra Rad. *Angelicæ* eſt reputanda.

ONONIDIS R. laudes ſibi additas in Hydrocele, Sarcocele cet. non merere videtur.

POLYGALÆ R. non multum præſtat, excludenda igitur cenſeatur.

POLYPODII Radicem ſupervacaneam reddit *Glycyrrhizæ* Radix.

RAPHANI R. bonum ſit remedium diæteticum, Pharmacopoeam vero minus commode occupat.

SAR-

Sarsaparillæ Radice, inefficaci, cara & tam multis adulterationibus obnoxia, facile caremus, præſertim cum locum ejus implere poſſit *Rad. Saponariæ.*

Sassafras R. cortici ejusdem multum cedit.

CORTICES et LIGNA.

Cinnamomi ind. C. minus gratus & efficax quam *Cinnamomum Ceylan.* ex Officinis proſcribatur.

Ebuli radicis C. in oblivione jacet.

Granat. fruct. C. merito excludatur, præſtantiora cum habemus adſtringentia.

Guajaci L. eliminandum non judicaremus, niſi Cort. quoque *Guajaci* in Pharmacopœam esſet adſumtus, qui quidem ad Decocta multo eſt aptior.

Rhodium L. Turis loco tantummodo adhibetur.

Visci L. nemo jam habebit pro ſpecifico in Epilepſia.

HERBÆ et FOLIA.

Abrotani Herbæ uſus medicus obolevit.

Acetosæ H. recens ut remedium diæteticum æſtimetur, ſiccatione vero omnis vis perit medica.

Artemisiæ H. inter Emmenagoga non referenda videtur.

Asari Foliorum doſis nondum eſt definita, nec aliam quam Radix ejusdem posſident vim.

Belladonnæ Folia recentia Radice ſunt infirmiora, arefacta vero tantum non inefficacia.

Fungum Melitensem aliis adſtringentibus non præferendum cenſemus, præſertim cum magni venditur.

Linariæ H, virtutes, quas antiqui illi attribuerunt, deſiderare videtur.

Pulegii Herbam *Mentha Piperita* multo minoris æſtimandam

dam putamus; hæc itaque in ejus locum ſubſtituatur.

Ranunculi albi H. cum ad Aquam Ranunculi parandam ſola adhibetur, quæ nullum in Medicina habet uſum, vacare poſſunt Officinæ.

Salicariæ Folia Materiam medicam non adgravent, cum præſtantiora mucilaginoſo-adſtringentia non deſunt.

Serpylli H. ceteras plantas verticillatas, in Officinam inductas, virtute non æquiparat.

Tussilaginis Foliorum vices multo melius implet *Althæa*.

Verbasci Folia præcedentium digna ſunt judicio.

Veronicæ Herbæ an Medicus quidam adhuc confidat, dubitamus.

SUMMITATES et FLORES.

Acaciæ nostr. Flores in Praxi domeſtica alvo infantum ducendo inſervient; non vero a Medicis, quantum nos quidem novimus, præſcribuntur.

Centaurii min. Summitates florentes jure proſcribantur, cum Herba *Centaurii* multo ſunt infirmiores.

Chamom. rom. Floribus, magni pretii remedio, vacare poſſumus, cum *Chamomillam Noſtr.* habemus.

Lilii albi conv. Flores in Pharmacopoliis ſervare operæ non pretium erit.

Verbasci Flores eandem ob rationem eliminentur ac Folia.

SEMINA et FRUCTUS.

Anethi Semina aliam vim quam Semina *Carvi & Fœniculi* non poſſident.

Apii Semina multis aliis ex ordine umbellatarum ſeminibus vi ſunt inferiora.

Cas-

CASSIÆ FISTULÆ Fructus. Omnes fere noſtræ ætatis Pharmacologiæ Scriptores Pulpam fructus hujus condemnant, ſiquidem & carus & corruptioni adulterationique eſt obnoxius.

COCCULI IND. Fructus locum in Officina non merere videtur.

CORIANDRI Seminum uſus obſoleſcere cœpit.

CUCUMERIS ASIN. Fructu non opus eſt Pharmacopolis, cum jam cecidisſe videtur Elaterii exiſtimatio.

CYMINI Semina affinium Seminibus non ſunt præponenda,

EBULI Baccæ nihil habent præ Baccis *Sambuci*.

FRAGA (Fructus recentes) extra Pharmaciæ limites poſita videntur, aqua vero inde deſtillata ſola eſt cosmetica.

HYOSCYAMI Semina jam nullus Medicorum ſuffimenti loco in Odontalgia commendabit; oleum vero expresſum non plus valet quam cetera Olea pinguia.

MEZEREI Baccarum uſus, periculo plenus, merito deſuevit.

ORYZÆ grana potius ad culinam quam officinam ſunt referenda.

PASSULÆ MINORES Mercatoribus relinquendæ videntur.

PASTINACÆ Semina ſupra cetera ejusdem ordinis ſemina non ſunt æſtimanda.

PETROSELINI Semina multis aliis Diureticis cedunt.

PIPERE ALBO ut infirmiori quam *Pipere nigro* careamus.

RICINI Semina Oleo exprimendo inſerviunt. Quod ſi cetera Olea pinguia vi ſuperaret, qua de re multum fuit disputatum *), uſus tamen ejus apud nos eſt tam rarus quam incertus. SPI-

*) Disſentientes forſan reconciliari posſunt, alter cum altero, ſi in memoriam revocamus, quod illis in officinis ante expresſionem Olei ſemina epidermide liberantur, in his vero non; vis nempe purgans reſidet in principio acri epidermidis.

Spinæ cervinæ Baccæ ſaporis ſunt ingrati & tormina ſitimque gravem facile movent.

Staphisagriæ Seminum uſus tam exiguus eſt, ut omnino Materia Medica ſecludantur.

Vanillæ Siliquæ cum ſolum ad Chocolatam præparandam adhibeantur, Pharmacopœa emigrare posſunt.

SUCCI SPISSATI.

Aloë Socotrina. Ejus loco inſeritur Aloë lucida ob rationes infra allatas.

Aloë Caballina, impura Aloës ſpecie, carere posſumus.

Spinæ Cervinæ Succum ſpisſatum jamdudum exoletum credimus.

RESINÆ et GUMMI-RESINÆ.

Euphorbii Gummi-reſina, pro vi ſua maxime irritanti, rarisſime uſurpari poteſt.

Ladani Reſinæ uſus conſenuit.

Opopanax, Gummi-reſina, longe eſt infirmior *Gummi Ammoniaco.*

Pix Burgundica Emplaſtris olim admixta fuit.

Sanguis Draconis nullam adfert in Medicina utilitatem.

SIMPLICIA ELIMINANDA
E
REGNO ANIMALI.

Bili Ursinæ Spissatæ non alia ineſt vis quam Bili bubulæ ſpisſatæ.

Coccinella jam ſolum ad tingenda liquida adhibetur, cui fini multa alia minus cara inſerviant.

Mel Narbonense qua re *Melli Suecico* bonæ indolis antecellat non perſpicimus.

Co-

Corallium Rubrum,
Lapides & Chelas Cancrorum,
Os Sepiæ &
Ostrearum Testas, quæ impuram continent terram calcaream, eliminare religioni non habemus.

SIMPLICIA ADDENDA.

BISMUTHUM.

Cum teſtimoniis multorum noſtri temporis Medicorum magnam adferat utilitatem Oxidum Bismuthi in Gaſtrodynia & Cardialgia pertinaci atque interdum etiam in Hyſteria, Materiam Medicam hocce Metallo esſe locupletandam, ſtatuere non dubitamus. In uſu Oxidi hujus teneatur, quod initio ſolum detur granum unum, ſenſim vero deinde ad grana 6 vel 12 adſcendas.

LIGNI MAHAGONI CORTEX.

Corticem hunc *Swieteniæ Mahagoni* debemus, arbori, quæ Americæ Auſtrali & in primis Inſulis Caraibicis eſt indigena. Europæ advectus conſtat planis, canaliculatis fragmentis, pedem fere longis, extus epidermide ſpongioſa obductis, intus vero colore fuſco & lamelloſa tenacique textura, ſapore adſtringenti atque ita amaro, ut Kinkinæ amaritiem fere ſuperet. Quæ in America & Anglia facta ſunt pericula vim ejus in Febribus intermittentibus Kinkinæ æqualem demonſtrarunt. Quod in lætam ſpem nos inducit, in aliis morbis idem illum esſe præſtiturum atque Kinkinam, qua multo vilius emitur. Datur a Scrupulo ad Drachmam pluries de die.

ILICIS AQUIFOLII FOLIA.

Folia Fruticis hujus, qui in Europa Auſtrali, pasſim etiam in Germania, copioſius vero in America ſeptentrionali viget, ſunt ovata, acuminata, mucrone parvo ad apicem

picem inſtructa, nitentia, obſcure viridia & ſicca, ad inſtar corii, odore nullo, ſapore vero mucilaginoſi atque amaro-adſtringentis quid prodente. In Weſtphalia diu in Praxi domeſtica contra Arthritidem adhibita jam quoque a Medicis, in primis a Cel. Fritze, eodem nomine commendantur. Nec in Febribus intermittentibus, Colica & Debili ventriculo contemnenda feruntur. Infuſi vel, quod melius, Decocti forma adhibentur usque ad Unciam.

FOENICULI AQUATICI SEMINA.

Quæ *Phellandrii Aquatici* Semina eam ſibi pepererunt exiſtimationem, ut hic ſilentio non ſint prætermittenda. Sunt ovalia, ſulcata, luteo-viridia, 2 lineas longa & ſupra dimidiam lineam lata, odore aromatico, ſapore vero acri. Magnum ſæpisſime levamen, quid quod, ſanationem in Hyſteria, Hypochondriaſi, Phthiſi & Febribus intermittentibus præſtiterunt. Cel. Richter & alii non pauci vim eorum in ulceribus laude quoque extollunt. Detur Scrupulus unus vel duo pluries de die. Potius tamen minori doſi incipias; majori enim ebrietatem quandam atque vertiginem creant.

QUERCUS GLANDES.

Nemini mirum videbitur, quod hosce *Quercus Roboris* Fructus hic quoque adferamus. Frequentem eorum, nunc temporis, uſum, utilitatem dicam, in omnibus cum infirmitate corporis conjunctis morbis, Materiam Medicam illis diutius carere non permittere, cenſemus. Modum, quo adhibentur, perbene cognitum ſuſpicamur.

ALOË LUCIDA.

Quum hæc perfecte æquiparet *Aloën ſocotrinam*, multo vero minoris ematur, inter additamenta illa quoque referenda videtur.

HI-

HIRUDO MEDICA.

Non opus eſt de uſu animalculi hujus diſſerere. Multis quidem in Officinis ſervatur; ſunt tamen adhuc, quæ illud deſiderant. Optandum itaque, ut in Pharmacopœam inferatur, cum ſit ſumme neceſſarium.

AXUNGIA PEDUM TAURI.

Omni attentione digna videtur hæcce axungia, cum totum per annum a rancedine libera ſervari poſſit atque forma fluida ſemper gaudeat. Hinc optimam facit baſin Unguentorum ad oculos præſcriptorum. Cel. BELL vehementer eam quoque laudat contra rigiditatem membrorum; nec ſilentio prætereundum, quod partibus exulceratis levamen adferret, cum aliæ pinguedines nimis forſan illas irritarent.

Ut Pharmacologiæ Therapeuticæ hodierno ſtatui convenire fas eſt Pharmacopœam noſtram, ita etiam, quos Pharmacologia Hiſtorica fecerit progreſſus, ſibi vindicet. Jam vero nonnulla, quæ Pharmacopœa adfert in definiendis Vegetabilibus, quibus Simplicia debentur, omnino falſa ſunt; in aliis partim certa pro dubiis, partim dubia pro certis ponit, & denique collectioni Simplicium nimis anguſtos ſtatuit limites, cum plures ejusdem generis plantas ad medicamina æque bona proficere conſtet. Quæ hac in re ſint obſervanda, paucis demonſtrare juvabit.

Aconiti Herbam ſumi debere ex *Aconito Cammaro* Pharmacopœa jubet; jam vero expertum eſt, omnes Aconiti ſpecies flore cæruleo gaudentes, eandem habere vim. Adhiberi itaque poſſunt *Aconitum Napellus*, *Neomontanum*, *Tauricum & Cammarum.*

Canella alba ne cum *cortice Vinterano* confundatur, *Cacellæ albæ* MURR. adſcribi debet.

Caſcarillæ Corticem non deſumi a *Crotone Caſcarilla*

L. Cel. Wright demonſtravit. Cortex enim hujus in Officinis ſervato disſimilis eſt. Quem *Clutiæ Eluteriæ* L. adſignat, & cum planta hæc ad genus *Croton* ſit referenda, *Croton Eluteria* merito habeatur Corticis noſtri matrix.

Cinæ Summitates, minus recte in Pharmacopæa dictæ Semina, non ſolum decerpuntur ex *Artemiſia Contra* ſed etiam ex *Artemiſia Judaica & Santonica.*

Gambogiæ Succum falſo attribui *Gambogiæ Guttæ*, cum *Guttaferæ veræ* eſt proles, conſtat.

Jalappæ Radicem non *Mirabili dichotomæ* ſed *Convolvulo Jalappæ* esſe adjudicandam, jam argumentis probatum eſt certisſimis, & novisſime a Cel. Houstoun & Menonville.

Ipecacuanhæ Radicem an *Pſychotriæ emeticæ* acceptam referamus, in dubium vocari poteſt.

Mannam non ſolum e *Fraxino Orno* ſed etiam, & quidem maximam ad partem, e *Fraxino rotundifolio* exſtillare, jamdudum compertum eſt.

Pechurim Faba an *Lauri* ſpeciei adſcribenda incertum, nam *Laurus* non habet fructum dispermum.

Rhabarbari Radicem a *Rheo palmato* nobis esſe donatam, diu pro certo habitum fuit; jam vero Dom. Sievers validis comprobavit rationibus, veram Radicis hujus originem adhuc esſe incognitam. V. *die neue Nordiſche Beytrdge 7. B. p.* 368.

Sabadillæ Semina quod a *Veratro Sabadilla* ſumuntur annon indubitatum?

Saleb Radicem plures Orchides porrigunt: nempe *O. Morio, maſcula, militaris & latifolia.*

Salicis Corticem ſumere quoque posſumus a *Salice pentandra, alba, vitellina & capræa.*

Tragacanthæ Gummi non *Aſtragalo Tragacanthæ* ſed *A. Cretico* esſe adſignandum, jam certisſimis evictum eſt teſtimoniis. Mul-

Multa Pharmacopoeæ noſtræ Simplicia ejusmodi ſunt, ut ſingularem, ſi vim optatam præſtiterint, in eis colligendis conſervandisque, curam adhibere debeat Pharmacopola. Regulas quasdam, hoc nomine ſervandas, ſi adpoſitas haberet ſuas cuique Simplici Pharmacopœa, finem ſuum propius forſan attingeret. Noſtro quidem judicio ſequentia hac in re ſunt obſervanda.

Althææ Folia tempore vernali adhuc tenerrima ſunt colligenda.

Ari Radix, niſi ſpem noſtram fallet, magnam requirit curam. Optime forſan egeris, ſi arena obrutam in cella conſervaveris, quo eam tantum portionem ſiccare liceat, quam uſus, breve per tempus, poſtulare videtur.

Caryophyllatæ Radix, tres ſaltim annos nata, primo vere locis altioribus effoſſa, filamentis libera, conſciſſa, in loco umbroſo, flatui aëris pervio, ſiccari debet; poſtea vero cribro impoſita, in fornace calida perfecte indureſcat, in pulverem comminuatur atque vaſe vitreo probe ſervetur.

Conii Herbâ in calore modico fornacis arefacta, ſtatim fiat pulvis adcurate conſervandus.

Digitalis Herba ante efflorefcentiam collecta ſollicite ſiccari atque ſervari debet. Sponte enatæ palmam quoque deferre videtur in hortis culta.

Dulcamaræ Stipitum illi tantum ſunt colligendi, qui anno proxime præcedente egerminarunt.

Fraxini Corticem ſumere debes ex trunco vel ramis ſenioribus.

Hellebori nigri Radicis Fibræ tantummodo in pulveverem terantur & juſto modo adſerventur.

Salicis Cortex ex ramulis eodem anno enatis eſt delibrandus.

Valerianæ Radicem plantæ locis ſiccis creſcentes Officinis ſuppeditent.

Tan-

Tandem ad unamquamque Vegetabilium prolem, uſui medico deſtinatam, adcuratius indicare oportuit Pharmacopœam, an recens adhiberi debeat. Quo nomine adferenda: *Herba Aconiti*, *Rad. Allii*, *Folia Betulæ*, *Rad. Cepæ*, *Herba Cerefolii*, *Herba Conii*, *Herba Fumariæ*, *Folia Hyoſcyami*, *Herba Hyſſopi*, *Folia Lauroceraſi*, *Herba Menthæ criſpæ & Piperitidis*, *Baccæ Myrtilli*, *Radices Populi*, *Rad. Taraxaci & Folia Stramonii.* Quibus omnibus vocabulum *recens* adponatur.

Dissertatio
de
Antholyza.
Praes.
Carol. Petr. Thunberg
auct.
Johannes Ek.


Ex libris
Dr. J. M. W. Bath
Natura doceri.

DISSERTATIO

DE

ANTHOLYZA

QUAM

VENIA EXPER. ORD. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PETR. THUNBERG

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. NANCIENS. MED. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU MEDICO

P. P.

JOHANNES EK

ROSLAGUS

IN AUDIT. BOTAN. D. X JUNII MDCCCIII

H. A. ET P. M. S.

UPSALIÆ,

TYPIS EDMANNIANIS.

LIBRARY NEW YORK BOTANICAL GARDEN

1803

§. I.

Plantas inter Bulboſas, quæ florum quadam elegantia ſuperbiunt, non infimum certe locum meretur Antholyza. Hæc promontorii bonæ ſpei incola, ejusque depresſiorum locorum ornamentum vernale, Europeis innotuit quidem ante ſeculum, ſed recentiori ævo pluribus novis ſpeciebus ditata fuit. Sic RUDBECKIO notæ fuerunt Antholyza *æthiopica* & *ringens;* MORISONIO, CORNUTI & PLUKENETIO *æthiopica*; BÜTTNERO *cunonia;* MILLERO *cunonia* & *ringens*; COMMELINO, BREYNIO *ringens*, omnes a LINNÆO in Speciebus plantarum recenſitæ. Reliquæ ſpecies, Antholyza ſcilicet *lucidor*, *nervoſa* & *plicata* a Cel. Præſide in loco natali lectæ Botanicis ante triginta circiter annos innotuerunt. Cumque hæ ſpecies minus hucusque complete ſint deſcriptæ, hanc operam in nos ſuſcipere voluimus.

Inter Triandras Liliaceas proxime accedit Antholyza ad Gladiolum; differt vero ab illo prolixiori genere, corollæ laciniis inæqualibus, ut ex charactere inſequenti patet.

§. II.

Character Genericus:

CAL. *ſpatha* bivalvis, perſiſtens.
COROLLA monopetala, ringens: *Tubus* baſi filiformis; dein latior, ſenſim dilatatus, curvatus. *Limbus* 6-fidus:

 La-

Labium ſuperius majus & longius; *inferioris* laciniæ breviores, reflexæ.

STAM. *Filamenta* tria elongata.
Antheræ oblongæ, erectæ.

PIST. *Germen* inferum.
Stylus filiformis, *Stigmate* trifido.

PERIC. *Capſula* trigona, trilocularis.
Semina plura.

Character Eſſentialis: corolla ringens, laciniis inferioribus minoribus reflexis.

§. III.

Character Specierum:

Spica ſimplici 1. *A. lucidor:* foliis baſi filiformibus apice linearibus nervoſis, ſpica diſticha.

2. *A. æthiopica:* foliis elliptico-enſiformibus nervoſis, ſpica diſticha.

3. *A. nervoſa:* foliis enſiformibus glabris, quadrinervoſis, ſpica diſticha.

4. *A. cunonia:* foliis enſiformibus glabris ſtriatis, ſpica diſticha.

5. *A. ringens:* foliis enſiformibus plicatis, ſpica ſecunda, ſpathis lanceolatis glabris.

6. *A. plicata:* foliis enſiformibus plicatis, ſpicis ſecundis, ſpathis ovatis villoſis.

§. IV.

Deſcriptio Specierum.

ANTHOLYZA.

lucidor. Radix profunde inſidens, ſcapo baſi ſquamato.

Scapus teres, articulatus, flexuoſo-erectus, glaber, lævis, pedalis.

Fo-

Folia radicalia circiter tria, baſi filiformia, inde lineari-enſiformia, nervoſa, flaccida, glabra, longitudine ſcapi.

Bracteæ in ſcapo ad ſingulum articulum ſolitariæ, foliaceæ, baſi latæ, inde filiformi-ſetaceæ, convolutæ, palmares.

Flores terminales, ſpicati, purpurei.

Spica oblonga, diſticha, imbricata floribus approximatis plurimis.

Spatha ovata, brunnea, glabra, longitudine dimidia tubi.

Corolla 1-petala, ringens, purpurea: Tubus duplex, inferne filiformis, ſupra genu cylindricus, curvus, limbi labium inferius paullo brevius, reflexum.

Obſ. valde affinis Gladiolis ob limbum ſubæqualem.

A. æthiopica. *Scapus* teres absque articulis, glaber, erectus, pedalis, usque bipedalis.

Folia elliptico-enſiformia, ſeu baſi attenuata, & verſus apicem anguſtata, nervoſa, erecto-patula, circiter quatuor, longitudine fere ſcapi.

Bracteæ in ſcapo paucæ, lanceolato-ſetaceæ, breves.

Flores terminales, ſpicati, purpurei.

Spica ſæpe pauciflora, diſticha, floribus remotis.

Spatha oblonga, acuta, tubo brevior.

Corolla 1-petala, ringens, purpurea.

Tubus baſi filiformis, dein cylindricus, curvatus. Limbi labium ſuperius fornicatum, erecto patens; inferius longe brevius, reflexum.

Diſtincta 1:o a *cunonia* foliis enſiformibus, utrinque attenuatis, ſed baſi tamen non filiformibus;

2:o a *lucidor:* a. ſcapo non articulato.
b. bracteis paucis, brevibus.
c. foliis baſi non filiformibus.

d. ſpica minus denſe imbricata.
e. corolla magis ringenti & inæquali.

A. *nervoſa.* *Folia* radicalia, circiter tria vel quatuor, enſiformia, acuta, glabra, integra, nervis quatuor flaveſcentibus, exſtantibus notata, erecta, longitudine fere ſcapi.

Scapus teres flexuoſus, erectus, glaber, pedalis & ultra.

Flores diſtichi, approximati, incarnati, cernui in ſpica ovata, ſubfaſtigiata.

Spathæ ovatæ, brunneæ, tubo multo breviores.

Tubus corollæ baſi filiformis, dein cylindricus, curvatus. Limbus bilabiatus, labio inferiori, paulo breviori, reflexo.

Differt foliorum nervis exſtantibus, elevatis.

A. *cunonia.* *Scapus* ſimplex, foliis fere totus vaginatus, teres, erectus, glaber, pedalis & ultra.

Folia ſcapum obverſo margine vaginantia, alternantia, enſiformia, acuta, glabra, erecta tenuisſime ſtriata interjectis plurimis nervis, flaveſcentibus tenuisſimis, linea media majori in carina, pollicem fere lata, ſcapo breviora, ſuperioribus ſenſim brevioribus.

Flores disſtichi vel ſecundi, purpurei, cernui, remoti in ſpica digitali.

Spatha bivalvis, oblonga, acuta, viridis, margine ruſeſcente, concava, glabra tubi, filo brevior.

Corolla monopetala, ſupera, purpurea ſtriis flavis. Tubus cylindricus, ſtriato-angulatus, baſi filiformis, curvatus. Limbus baſi prope tubum inflatus, curvatus, inferne compresſo-carinatus, apice ringens 6-partitus: lacinia ſuprema longisſima, curvata, fornicata obtuſa; duæ laterales ſuperiores patentes, inferiores tres, profundius diviſæ, reflexæ.

Fi-

Filamenta tria, adſcendentia, curvata, baſi limbi inſerta, filiformia, ſenſim attenuata, ſulco longitudinali exarata, corolla longiora, alba.
Antheræ oblongæ, erectæ.
Germen inferum, 6-angulatum, glabrum.
Stylus filiformis, longitudine ſtaminum, eisque tenuior.
Stigma ſimplex.
Capſula obovata, obſolete trigona, 6-ſtriata glabra, obtuſa, trivalvis, trilocularis.
Semina plurima, ovata, glabra.

A. *ringens*. *Bulbus* profunde inſidens, magnitudine juglandis.
Scapus profundus ſub arena, ſupra brevisſimus, ſæpe vix pollicaris, totus foliis veſtitus, villoſus, dichotomus flexuoſus.
Folia plura, usque decem, obverſe vaginantia, enſiformia, acuta, plicata, ſulcis interjectis profundis, lineis elevatis flaveſcentibus, pluribus notata, erecta, glabra, longitudine totius plantæ ſeu a vaginis ſpithamæa.
Flores plurimi, approximati, ſecundi, erecti, purpurei, magni & ſpecioſi.
Rachis flexuoſa, hirſuta.
Bracteæ lanceolatæ, acutæ cum cuspide, ſtriatæ, glabræ, baſi villoſæ, erectæ, ſesquipollicares.
Corolla monopetala, ringens, incarnata. Labium ſuperius longius, erectum; inferius horizontale. Rictus amplisſimus.
Stamina erecta, intra labium ſuperius incluſa.

A. plicata. *Bulbus* profunde inſidens.
Scapus ſub terra profundus, ſupra flexuoſus, ſubangulatus, hirſutus, polyſtachyus, erectus, pedalis.
Folia vaginantia, equitantia, enſiformia, acuta plicata, nervis flaveſcentibus, exſtantibus, notata, tenuisſime villoſa, erecta, ſcapo breviora.

Flo-

Flores ſpicati, ſecundi, erecti purpurei.

Spicæ plurimæ, ſex vel ſeptem, alternæ, patenti-erectæ, multifloræ, imbricatæ, rachide villoſa.

Spathæ ovatæ, apice ferrugineæ, ſublaceræ, tenuiſſime ſtriatæ, villoſæ, tubo paullo breviores, ungviculares.

Corollæ tubus curvatus, cylindricus. Labium ſuperius erecto-patens, longius; inferius paullo brevius. Rictus mediocris.

Differt a *A. ringente* cui valde ſimilis & affinis:

1. ſcapo multo altiore.
2. ſpicis florum longe pluribus.
3. corollis anguſtioribus, fauce minus divaricata.
4. foliis & ſpathis villoſis.

§. V.

Synonymia.

Patet ex Spec. Plant. Wildenow — T. 1. p. 221, 222, & 223 atque Syſt. veget. per Gmelinum.

§. VI.

Locus.

Creſcunt omnes in Africæ auſtralis promontorio, bonæ ſpei dicto, ſæpe locis arenoſis depresſis & vere inundatis. Imprimis vero occurrit

lucidor in campis ſabuloſis prope Conſtantiam;

æthiopica ad latera rivulorum in ſylvis Hauteniquis & alibi.

cunonia in regionibus circum urbem, ad latera Fosſarum.

ria-

ringens vulgatisſima in dunis extra urbem, in Swartland, prope Conſtantiam & alibi.
plicata rarior occurrit in dunis prope littus maris infra verloren valley.

§. VII.

Florendi tempus

Incidit verno tempore poſt pluvias; ſic floret *æthiopica* menſibus Novembri & Decembri;
eunonia a Septembri usque in Majum;
lucidor usque in Aprilis & ſequentes Menſes;
ringens Julio Auguſto & Septembri;
plicata inprimis Octobri.

§. VIII.

Uſus.

Inter rariora & ſplendidiora Hortorum ornamenta merito numerari poteſt, hoc genus, aridisſimos & ſabuloſos campos Africæ non parum decorans, non florum modo ſingulari ſtructura, ſed colore ſanguineo ſpicæ elongatæ longe ſplendidisſimo.

THESES

I.

Nimiam, vel ſaltem illi vicinam, qua gaudent feminæ, tum animi tum corporis mobilitatem, ſexualibus illarum, quæ ceteris prævalent, functionibus tribuendam esſe ſuſpicamur.

II.

Eadem videlicet, tantum abeſt, ut nociva in ſe ſit habenda, ut potius conceptioni, partui, aliisque ſexualibus levandis auxilietur.

III.

Vitiari autem eandem, ſuosque, noſtra inprimis ætate, ſæpius excedere limites, frequentiores docent morbi, nimiæ mobilitalis propagines, *ſpasmus*, *convulſio*, *hyſteria* & variæ mentales neuroſes.

IV.

Fortuita ſcilicet morum legumque vincula, quo magis naturæ adverſantur, eo infeſtiora ſanitati ſunt; namque exuere naturam, ut honeſtati ſervias, vano ſæpius experieris conatu, eventu ſemper periculoſisſimo; illa enim numquam inulta, ſive nimia in abſtinentia, ſive in luxuria peccaveris, ſua ludibria patietur.

V.

Mobilitati vero exagitatæ etiam hoc tribuendum videtur, quod *Opium* certisſimum ſexui alteri ſomniferum, optatos feminis vix præſtet effectus, niſi aliis mixtum antiſpasmodicis propinetur.

VI.

Feliciori temporis audaciæ id acceptum referimus, quod *Argentum Nitratum*, medicamentum jam præbeat internum; quod vero, etiamſi merito inter validisſima numeretur antiſpasmodica, vix tamen niſi roborando, vim ſedandi exſerere posſe, contendere auſi ſumus.

VII.

Specioſa magis, quam ut valde ad rem pertineret, nobis viſa eſt quæſtio: fuerint *variolæ vaccinæ* ante noſtram ætatem cognitæ, nec ne; quod vero hoc jamdudum affirmare posſumus, eorum tribuendum eſt laboribus, qui ſollicite omnia pertentant, ut utilisſimæ rei fidem favoremque hominum concilient; horum tamen conatus, licet maximi ſint æſtimandi, vix aut ne vix quidem ſufficient, niſi temporis ſuccesſu victrix accedat experientia, judicia naturæ confirmatura; dum vero ſæculum, novitatum ferax, ſuo invento gloriatur, non bene parta uteremur victoria, ſi inertiam illis, qui, factis probe cognitis, uſum eorum neglexerunt, tanto non verteremus dedecori, quantos meritisſimo honores tribuimus Jennero, quem ſummis laudibus ſeram poſteritatem proſecuturam esſe, perſvaſisſimum habemus.

No. 25

HORTI UPSALIENSIS
PLANTÆ CULTÆ 1780-1800.

QUAS

VENIA EXPER. ORD. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. JENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. MED. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICE PROPONIT

CAROLUS FREDR. HOFVERBERG,
BOTHNIENSIS.

IN AUDIT. BOTAN. D. XXVI. MARTII MDCCCIII.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,
Litteris *Joh. Fredr. Edman*, Reg. Acad. Typogr.

VIRO

ADMODUM REVERENDO ET PRÆCLARISSIMO

DOMINO

MAG. FREDR. HOFVERBERG,

PAST. ET PRÆP. IN UMEÅ.

PATER INDULGENTISSIME!

Non unum me filium crediderim, quem ſolari pias parentum curas fata vetuere. Quos a filio poſcis, honeſtos mores, quæ optas, honeſta ſtudia, ſecuturum me confidas, quamdiu tui ſuperſtes erit apud animum ſanctisſima memoria.

PERMANSURUS

filius obedientisſimus
CAROL.FREDR. HOFVERBERG.

ADMODUM REVERENDO ET PRÆCLARISSIMO

DOMINO

MAG. ERICO SELLIN,

PAST. ET PRÆP. IN ANUNDSJÖ;

NEC NON

PLURIMUM REVERENDO ET CLARISSIMO

DOMINO

CLEMENTI JOH. THELAO,

COMM. IN NÅTRA.

AVUNCULIS OPTIMIS!

In teſtimonium grati animi ob benevolentiam in ſe collatam, paternamque ſimul tutelam, diſſertationem hanc

SACRATAM

voluit, debuit
C. F. HOFVERBERG.

PLURIMUM REVERENDO ET CLARISSIMO

DOMINO

JOHANNI RUTH,

V. D. M.

ET

PRÆCLARISSIMO DOMINO MAGISTRO

PETRO WATTRANG,

ADJUNCT. PRÆP. IN UMEÅ.

Ut teſtatior ſit memoria ante-acti temporis, quo duplici vobiscum vinculo, ut diſcipulus & amicus conjunctus fuit, ſpecimen hoc Vobis dicavit.

obſtrictisſimus

C. F. HOFVERBERG.

HORTI UPSALIENSIS
PLANTÆ CULTÆ 1780—1800.

Ante centum & quinquaginta circiter annos prima Horti Botanici Upſalienſis, ab *Olao* RUDBECKIO jacta fuerunt fundamenta. Aream primam hujus dono dedit Illuſtris & vere magnus Vir, variis inſtructam Plantarum Generibus. Poſt incendium, quod Urbem & Hortum omnino deſolavit, non prius hic e cineribus ſuis ſe erigere valuit, quam circa annum 1742, dum curæ ſummi ſuo tempore Botanici, illuſtris LINNÆI commisſus fuit, qui exſtructa hybernacula plurimis ſenſim ſenſimque auxit & ditavit plantarum ſpeciebus. Quas aluit Seculo RUDBECKII *Senioris* Hic Hortus plantas, colligere licet e triplici Catalogo, Annis 1658 — 1685 evulgato. Quænam vero fuere Theſauri Ejusdem Horti ab Anno 1742 usque in Annum 1753, videre licet ex Horto Upſalienſi LINNÆI, Anno 1748 publici juris facto & Demonſtrationibus Plantarum in Horto Upſalienſi Anno 1753 inſtitutis.

Poſt hoc tempus non parum increvit numerus herbarum in Horto botanico cultarum, tam opera indefesſa Celeb. Præſidis, per ſemina collecta & transmisſa, ſub plurium Annorum in remotis terris peregrinationibus, quam imprimis ab Anno 1780 poſt reditum, per amplisſimum cum Celeberrimis Europæ & Indiarum Botanicis commercium litterarium, nunquam omnino interruptum. Sic non modo *Semina*, ſed & *Radices* & *plantas* vivas, liberali & benigna manu miſerunt:

Japonicas: Interpretes Japonenſes.
Sinenſes: EKEBERG, BLADH, alii.
Javanicas: RADERMACHER, Baron van WURMB, LEBECK, HORNSTEDT.
Malabaricas & Coromandelicas: LEBECK, ROTTLER.
Capenſes: BRATT, MASSON.
Africanas: SPARRMAN, AFZELIUS, BROUSSONET, SCHOUSBOE.
Americanas: SWARTZ, FAHLBERG, EUPHRASEN, COLLIN, MICHEAUX, BOSC & SMITH BARTON.
Sibericas: PALLAS, MOUSSIN POUSKIN, STEPHAN, STEVEN, LAXMAN.
Ex *Helvetia:* Rœmer.
Gallia: THOUIN, POURRET JUSSIEU, GOUAN, LAPEIROUSE.
Anglia: SMITH, SALISBURY, LEE, AITON, FORSTER.
Hollandia: BURMANNUS, van ROYEN, van GEUNS, MARUM.
Hiſpania: CAVANILLES.
Italia: PETAGNA, BELLARDI, SCOPOLI, BRUSSATI, ZUCCAGNI.
Dania: VAHL, VIBORG.
Boruſſia: WILDENOW.
Germania: JACQUIN, GMELIN, BOERNER, SCHVEGRICHEN, HEDVIG, GISEKE, EHRHART, BATSCH, MEYER, WEIGEL, QUISTORP, BUEK, HOFMANN, ceteri.
in *Suecia:* Com. OXENSTJERNA, OSBECK, RETZIUS, Bar. ALSTROEMER, PENTZ, HELLENIUS, WALLBERG, ACHARIUS, WESTRING, LILJEBLAD, WAHLENBERG, alii,

Omnes, ſingulari ſua amicitia & benignitate non modo de Cel. Præſide, ſed etiam hocce Lyceo, Patria & Studioſa juventute optime meriti.

Ut promoveatur & increſcat Studium Botanices; ut incrementa majora capiat Oeconomia practica: ut ſimplicia & vera remedia diſcernere diſcant Medicinæ alumni: ut regionum diſſitarum Vegetabilia examinari poſſint: ut una ſpecies cum ceteris commode poſſit conferri: ut ex-

experimenta debita cum plantis medicis & œconomicis facile inſtituantur: ut inde ſemina, radices & plantæ per Patriam divulgentur, atque quantum fieri poſſit, cicurentur: Non ſine inſigni & maximo fructu inſtituti fuerunt Horti Botanici.

In hisce quaſi Paradiſis, intra ſpatium exiguum, congregata omnium fere Regionum & Climatum Vegetabilia, opera & impenſis minimis contemplari, cognoſci & in uſus varios converti posſunt; & Scientiæ Cultores invenient apud Penates domi, quæ olim apud Exteros, cum ſummo pecuniarum, temporis ſanitatisque diſpendio, quærere neceſſum habuerint.

Ex Horto hujus Academiæ botanico, in varias Provincias, a littore *Scaniæ* usque in *Herdaliam* emigrarunt plures *Rhei* ſpecies, *Hyacinthi*, *Tulipæ*, *Narcisſi*, *Lilia*, *Pæoniæ*, *Irides*, *Dipſacus*, *Primulæ*, *Saxifragæ*, *Fumariæ*, *Solanum tuberoſum*, *Jalappa*, *Nicotianæ*, *Allia*, *Fritillariæ*, *Ornithogala*, *Tropæolum*, *Polygona*, *Ceraſa*, *Spireæ*, *Roſæ*, *Delphinia*, *Adonides*, *Trollii*, *Hellebori*, *Hysſopus*, *Lavandulæ*, *Menthæ*, *Digitalis*, *Sinapes*, *Raphani*, *Althææ*, *Malvæ*, *Lavateræ*, *Phaſeoli*, *Robiniæ*, TRIFOLIA, MEDICAGINES, LACTUCA, SENECIONES, ASTERES. *Solidagines*, *Tagetes*, *Calendulæ*, *Amaranthi*, *Juglans*, *Fagi*, *Aceres*, *Fraxini*, *Tulipifera* & Sexcentæ aliæ, quæ vel in Medicina, vel Oeconomia multum præſtant utilitatis, vel Hortos ſuperbis ſuis floribus exornant.

Altero quovis Anno, Lectionibus publicis, Curſum Botanicum abſolvere ſolet Celeber. D. Præſes, in uſum non modo Medicinæ Studioſorum, ſed etiam illorum, qui vel Oeconomiæ practicæ curam agunt, vel Commerciorum & Artificum Materias, e regno vegetabili depromendas, cognoſcere velint. Præterea vero, quolibet Men-

ſe Majo & Junio, Octobri & Novembri quotannis in Auditorio Horti publice demonſtrantur & diſtribuuntur plantæ florentes, earumque uſus explicatur.

Non ingratam fore Tibi, B. L. noſtram operam, credidimus, ſi in ſequentibus paginis enumeratas ſiſteremus nomina illarum plantarum, quas ab Anno 1780 usque ad Seculi finem aluit Hortus Academicus, ut inde perſpicias, quot & quænam fuerint Floræ divitiæ, ſub cœlo minus faventi & rigidiori Poli arctici climate, non ſine cura & moleſtia cultæ.

Canna anguſtifolia.
indica.
glauca.
Amomum paradiſi.
curcuma.
Zingiber.
Zerumbet.
Coſtus ſpecioſus.
Kæmpferia galanga.
rotundifolia.
Boerhavia erecta.
ſcandens.
diffuſa.
Blitum Chenopodioides.
capitatum.
virgatum.
Coriſpermum hyſſopifolium.
ſquarroſum.
Liguſtrum vulgare.
Olea europæa.
fragrans.
Nyctanthes Sambac.
Jasminum officinale.
odoratum.
humile.
fruticans.
Phillyrea media.
Syringa vulgaris: flore albo
— cerùleo.
perſica: α. β.
Eranthemum anguſtifolium.
Circæa lutetiana.
Veronica ſibirica.
virginica.
marittima.
longifolia.
ſpicata. α. β.
hybrida.
incana.
ſpuria.
pinnata.
officinalis.
fruticuloſa.
ſerpyllifolia.

Ve-

Veronica teucrium.
chamædrys.
decuſſata.
agreſtis.
arvenſis.
hederacea.
romana.
Pæderota bonarota.
Juſticia Ecbolium.
adhatoda.
hyſſopifolia.
verticillaris.
japonica.
Gratiola Officinalis.
Calceolaria pinnata.
Verbena indica.
jamaicenſis.
Aubletia.
bonarienſis.
ſpuria.
haſtata.
urticæfolia.
nodiflora.
officinalis.
ſupina.
Lycopus europæus.
Amethyſtæa cærulea.
Ziziphora capitata.
tenuior.
Monarda didyma.
fiſtuloſa.
Salvia viridis.
officinalis.
Salvia pratenſis.
ceratophylla
Sclarea.
canarienſis.
glutinoſa.
verticillata.
viſcoſa.
horminum.
ſylveſtris.
nemoroſa.
indica.
nilotica.
clandeſtina.
hiſpanica.
leonuroides.
africana.
aurea.
Æthiopis.
ceratophylloides.
nutans.
Rosmarinus officinalis.
Collinſonia præcox.
Limodorum enſatum.
tankervillea.
Cypripedium bulboſum.
Salix pentandra.
babylonica.
herbacea.
reticulata.
rosmarinifolia.
capræa.
viminalis.
cinerea,

Salix alba.
Fraxinus excelſa.
Piper reflexum.
pellucidum.
verticillatum.
Valeriana dioica.
ſibirica.
cornuopiæ.
calcitrapa.
rubra.
locuſta.
officinalis.
ſibirica.
ruthenica.
Oxybaphys viſcoſus.
Ortegia hiſpanica.
dichotoma
Lœflingia hiſpanica.
Tamarindus indica.
Melothria pendula.
Crocus ſativus. α. β.
Ixia bulbocodium.
ſecunda.
hirta.
criſpa
cinnamomea.
corymboſa.
longiflora.
ariſtata.
bulbifera.
erecta.
maculata.
crocata.
Gladiolus triſtis.
communis.
carneus.
alatus.
anguſtus.
undulatus.
tubiflorus.
plicatus.
Antholyza Cunonia
ringens.
æthiopica.
Iris criſtata.
Suſiana.
florentina.
germanica.
variegata.
biflora. α. β.
ſibirica.
ſpuria.
graminea.
xiphium.
ſambucina.
pſeudacorus.
virginica.
Siſyrinchium.
verna.
perſica.
Moræa africana.
chinenſis.
Siſyrinchium bermudiana.
Wachendorfia thyrſiflora.
Commelina africana.
communis

Com-

Commelina erecta.
tuberoſa.
Schoenus ferrugineus.
Cyperus minimus.
monti.
pulcher.
Scirpus romanus.
Nardus ariſtata.
Lygeum ſpartum.
Cenchrus ciliaris.
Cornucopiæ cucullatum.
Saccharum cylindricum.
Leerſia oryzoides.
Phalaris capenſis.
canarienſis.
phleoides.
aſpera.
paradoxa.
minor.
Paſpalum disſectum.
ſtoloniferum.
Panicum belvolum.
glaucum
viride.
galli.
colonum.
ſanguinale.
dactylon.
miliaceum.
italicum.
lineare.
coloratum.
capillare.

Phleum pratenſe.
Alopecurus pratenſis.
geniculatus.
agreſtis.
Milium effuſum.
lendigerum.
Agroſtis ſpica venti.
bromoides
arundinacea. α. β.
tenacisſima.
Aira ceſpitoſa.
flexuoſa.
cariophyllea.
Melica ciliata.
altisſima.
nutans.
uniflora.
cærulea.
Lagurus ovatus.
Poa trivialis.
anguſtifolia.
annua.
pratenſis.
eragroſtis.
nemoralis.
diſtans.
Briza virens.
media.
maxima.
Dactylis glomerata.
cynoſuroides.
Cynoſurus criſtatus.
erucæformis.

Cy-

Cynoſurus *cæruleus.*
uniolæ.
coracanus.
Ægyptius.
indicus.
aureus.
Feſtuca *ovina.*
myurus.
fuſca.
Bromus *ſecalinus.*
multiflorus.
mollis.
purgans.
inermis.
ſterilis.
arvenſis.
tectorum.
giganteus.
pinnatus.
diſtachyos.
Stipa *pennata.*
juncea.
capillata.
Avena *elatior.*
ſativa.
ſtrigoſa.
orientalis.
nuda.
fatua.
ſeſquitertia.
pubeſcens.
ſterilis.
fragilis.
pratenſis.

Arundo *donax.*
Lolium *perenne.*
temulentum.
Elymus *Philadelphicus.*
virginicus.
ſibiricus.
canadenſis.
caninus.
europæus.
hyſtrix.
Secale *cereale.*
Hordeum *jubatum.*
vulgare. α. β.
diſtichum.
hexaſticum.
zeocriton.
Triticum *compoſitum.*
æſtivum.
hybernum.
turgidum.
ſpelta.
polonicum.
Monococcum.
repens.
unioloides.
Lappago *racemoſa.*
Holoſteum *umbellatum.*
cordatum.
Polycarpon *tetraphyllum.*
Mollugo *verticillata.*
Dipſacus *laciniatus.*
fullonum.
ſylveſtris.

Pi-

Dipſacus piloſus.
Scabioſa amplexicaulis.
alpina.
atropurpurea.
Knautia propontica.
orientalis.
Sherardia arvenſis.
Aſperula odorata.
arvenſis.
taurina.
tinctoria.
cynanchica.
Galium trifidum.
glaucum.
ſpurium.
verum.
mollugo.
ariſtatum.
uliginoſum.
boreale.
aparine.
Rubia tinctorum.
Crucianella marittima.
latifolia.
anguſtifolia.
monſpeliaca.
Plantago major. α. β.
indica.
craſſa.
media.
virginica.
altiſſima.
lanceolata.
lagopus
luſitanica.
Plantago ſerraria.
coronopus.
ſquarroſa.
cynops.
pſyllium.
afra.
Sanguiſorba officinalis.
media.
canadenſis.
Epimedium alpinum.
Ciſſus quadrangularis.
Cornus ſanguinea.
florida.
alba.
ſericea.
alternifolia.
Iſnardia paluſtris.
Evonymus europæus.
latifolius.
leproſus.
Dorſtenia contrajerva.
Ptelea trifoliata.
Ludvigia alternifolia.
Ammannia latifolia.
Hypecoum procumbens.
pendulum.
erectum.
Rivina humilis.
braſilienſis.
lævis.
Alchemilla vulgaris.
alpina.
Buffonia tenuifolia.
Ilex aquifolium. α. β.
Coldenia procumbens.

Helio-

THESES RESPONDENTIS.

Th. I:ma.

Non manet diu ſtudium cognoſcendi naturam, ſi ejusdem cognitio ſic comparatur, ut a majori minorivè Memoriæ facultate pendeat omnis. Hiſtoriæ Naturalis quoque ſtudium, ut eſt jucundisſimum, ſi rite inſtituatur, ſic neſcimus an esſet aliud odioſius, ſi amplam nominum rerum naturalium in memoria congeriem ſolummodo conſtitueret.

Th. II:da

Hoc autem quadantenus in Botanices ſcientia obtinuisſe, antequam Sexuum Syſtema inventum fuit, negare haud valemus.

Th. III:tia.

Si quis negaret plantarum ſcrutationem aliquid Phyſico hominum uſui præſtare; tamen huic ſcientiæ ſuum ſtaret pretium; nam illud ſcrutamen ſemper eſt homine dignisſimum.

Th. IV:ta.

Hiſtoriæ eſt narrare & explicare geneſin rei, omnesque quas pasſa eſt mutationes, earundemque causſas, quod minime hiſtoriæ naturali quadrat.

Th. V:ta.

In Univerſum haud falſam deprehendimus eam obſervationem, plantas, quæ examinatu ſunt difficiliores, continere majorem numerum maxime utilium.

HORTI UPSALIENSIS
PLANTÆ CULTÆ 1780-1800.

QUARUM

Part. II.

VENIA EXPER. ORD. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. MED. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; nec non ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICE EXAMINANDAM SISTIT

JOHANNES HELIN,

SMOLANDUS.

LIBRARY NEW YORK BOTANICAL GARDEN

IN AUDIT. BOTAN. D. XXI MAJI MDCCCIII.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,

Litteris *Joh. Fredr. Edman*, Reg. Acad. Typogr.

KONUNGENS

TROTJENARE OCH ASSESSOR

UTI

KONGL. MAJ:TS OCH RIKETS HÖGLOFL. KAMMAR-RÅTT

HÖGÅDLE HERR

MAGNUS LIMNELL,

SAMT

ASSESSORSKAN

HÖGÅDLA FRU

SOPHIA ULRICA LIMNELL

FÖDD **UNGE,**

MIN VÖRDADE MORBROR OCH MOSTER!

Ej för att godtgöra EDERT *välgörande, — ſjelfva förſöket vore en förmåtenhet; — Ej för att få anledning att åter utbedja det — det vore att ockra på* EDER *vålvilja, — prydde jag denna lilla afhandling med* EDERT *Namn: — upmårkſam på ſkyldighetens röſt, har jag blott velat offentligen betyga min tackſamhet och den högagtning, hvarmed jag har äran förblifva*

EDER

ödmjukaſte tjenare

JOHANNES HELIN.

PROSTEN OCH KYRKOHERDEN

HÖGÅREVÖRDIGE OCH HÖGLÄRDE

HERR MAGISTER

CLEMENS HELIN,

SANT

PROSTINNAN

HÖGÅDLA FRU

S. CHRISTINA HELIN

FÖDD UNGE,

MINE HULDASTE FÖRÄLDRAR!

Öfvertygad, att, hos Eder, *tackſamhetens fordringar ej äro annat än kärlekens, vågade jag räcka* Eder *detta ringa offer af min vördnad och ärkänſla. — Måtte himlen ſå belöna* Eder *huldhet och nit att bereda min ſällhet, ſom jag anſer mig lycklig, då jag haſtar, att bära en frivillig ſkörd åt mina pligter!*

Förblifver med barnslig vördnad och tillgifvenhet

MINE HULDASTE FÖRÄLDRARS

Lydigaſte Son

JOHANNES HELIN.

THESES.

I.

Admirabilis rerum omnium ſtructura, quam, ſi vel fugitiſſimis oculis mundum contemplamur, ubicumque conſpicimus, ſummam cuilibet de Creatoris excellentia adferre valet opinionem.

II.

Hanc quoque in natura animalium, quæ exigua putantur & leviſſima, tam claram elucere intelligimus, ut dictu haud facile ſit, an Creator major conſpiciatur in toto Syſtemate mundano vaſtiſſimo & pæne immenſo, an in animalculis minimis.

III.

Si uſum, quem Vegetabilia præſtant animalibus, conſideramus, inter omnes Hiſtoriæ Naturalis partes, eam omnino primarium locum mereri, quæ Regni Vegetabilis notitia nos inſtruit, haud inique contendimus.

IV.

Quod vero ad uſum plantarum in Oeconomia & arte Medica pertinet, omnia hodie tam cognita eſſe negamus, ut ne multa quidem adhuc ulteriori experientiæ ſuperſint & disquiſitioni.

V.

Vitam Plantarum multa habere, quæ naturæ animalium aſſimilent, certiſſimis conſtat argumentis.

HORTI UPSALIENSIS
PLANTÆ CULTÆ 1780 — 1800.

Heliotropium indicum.
europæum.
curasſavicum.
peruvianum.
parviflorum.
Hyoſotis ſquatroſa.
virginiana.
ſcorpioides.
Lithoſpermum officinale.
purpureo cæruleum.
diſpermum.
Anchuſa officinalis α. β.
capenſis.
italica.
undulata.
ſempervirens.
Cynoglosſum officinale.
appenninum.
linifolium.
cheirifolium.
omphalodes.
Pulmonaria officinalis α. β.
anguſtifolia.
virginica.
ſibirica.
Symphytum officinale α. β.
Cerinthe major.
minor.
Onoſma ſimplicisſima.
Borago africana.
officinalis.
indica.
Aſperugo procumbens.
Lycopſis pulla.
veſicaria.
arvenſis.
variegata.
Echium candicans.
giganteum.
italicum.
creticum.
ſtrictum.
plantagineum.
vulgare.
violaceum.
luſitanicum.
Mesſerſchmidia fructicoſa.
arguzia.
Tournefortia volubilis.
Nolana proſtrata.
Androſace elongata.

Androſace maxima.
ſeptentrionalis.
Primula veris α. β.
auricula. var. plur.
farinoſa.
cortuſoides.
Soldanella alpina.
Dodecatheon meadia.
Cyclamen coum.
europæum.
hederæfolium.
Hydrophyllum virginicum.
canadenſe.
Elliſia Nyctelea.
Lyſimachia Ephemerum.
quadrifolia.
nemorum.
nummularia.
atropurpurea.
linum ſtellatum.
Anagallis monelli.
arvenſis.
latifolia.
linifolia.
tenella.
Spigelia anthelmia.
marilandica.
Plumbago zeylanica.
capenſis.
roſea.
Phlox paniculata.
maculata.
Phlox carolina.
glaberrima.
divaricata.
Convolvulus arvenſis.
hederaceus.
tricolor.
ſepium.
ſcammonia.
ſibiricus.
farinoſus.
nil.
purpureus.
obſcurus.
canarienſis.
althæoides.
ſiculus.
Ipomoea coccinea.
quamoclit.
Campanula rotundifolia.
perſicifolia.
pyramidalis.
latifolia.
rapunculus.
rapunculoides.
trachelium.
perfoliata.
ſpeculum.
lilifolia.
glomerata.
cervicaria.
thyrſoidea.
medium.
hybrida.

Cam-

Campanula elatines.
hederacea.
erinus.
Polemoninm cæruleum.
Trachelium cæruleum.
Samolus valerandi.
Lobelia longiflora.
ſiphilitica.
cliffortiana.
pubeſcens.
Coffea arabica.
Lonicera caprifolium.
grata.
diervilla.
nigra.
periclymenum.
Xyloſteum.
pyrenaica.
tatarica.
alpigena.
cærulea.
Mirabilis longiflora.
jalappa.
dichotoma.
Verbaſcum thapſus.
compartum.
thapſoides.
blattaria.
phlomoides.
lychnitis.
ſinuatum.
Datura ferox.
Datura ſtramonium.
faſtuoſa.
tatula.
metel.
lævis.
Hyoſcyamus niger.
puſillus.
phyſaloides.
muticus.
albus.
aureus.
ſcopolia.
Nicotiana paniculata.
tabacum.
fruticoſa.
glutinoſa.
Atropa phyſaloides.
mandragota.
belladonna.
Phyſalis ſomnifera.
peruviana.
alkekengi.
pubeſcens.
chenopodifolia.
augulata.
pruinoſa.
proſtrata.
Solanum diphyllum.
pſeudocaſpicum.
nigrum.
tuberoſum. α. β.
lycoperſicum.
ſodomeum.

Solanum inſanum.
dulcamara.
radicans.
peruvianum.
melongena.
aculeatiſſimum.
marginatum.
ſtramonifolium.
tomentoſum.
igeneum.
Caſpicum annuum.
baccatum.
ſinenſe.
groſſum.
fruteſcens.
Ceſtrum nocturnum.
purqui.
veſpertinum.
diurnum.
latifolium.
Lycium afrum.
barbarum.
Chironia linoides.
Tectona grandis.
Sideroxylon decandrum.
Coris monſpelienſis.
Rhamnus catharticus.
frangula.
Phylica ericoides.
Aijenia puſilla.
Hyrſine africana.
Celaſtrus myrtifolius.
Celuſtrus buxifolius.
Vitis vinifera.
Ribes nigrum.
rubrum α. β. γ.
diacantha.
reclinatum.
alpinum.
uva criſpa. α. β.
groſſularia.
Viola hirta.
odorata.
tricolor. α. β.
paluſtris.
canina.
Impatiens balſamina.
noli tangere.
Lagecia cuminoides.
Hedera helix.
Claytonia perfoliata.
ſibirica.
Strelizia reginæ.
auguſta.
Celoſia argentea.
criſtata.
caſtrenſis.
tisgyna.
gnaphaloides.
Illecebrum ſanguinolentum.
lanatum.
paronychia.
Gardenia florida.
Thunbergia.

Gar-

Gardenia *rothmannica.*
raudia.
Nerium *oleander. α. β.*
Vinca *major.*
roſea.
minor.
Periploca *græca.*
Cynanchum *acutum.*
monſpeliacum.
erectum.
Apocynum *androſæmifolium.*
cannabinum.
venetum.
Aſclepias *ſyriaca.*
curasſavica.
incarnata.
fruticoſa.
Stapelia *hirſuta.*
mammilaris.
incarnata.
variegata.
Chenopodium *Henricus.*
urbicum.
atriplicis.
rubrum.
murale.
album.
viride.
hybridum.
ſcoparia.
ariſtatum.
botrys.
ambroſioides.

Chenopodium *vulvaria.*
polyſpermum.
Herniaria *glabra.*
hirſuta.
Beta *vulgaris.*
cicla.
maritima.
Salſola *ſativa.*
altisſima.
hysſopifolia.
Gomphrena *globoſa. α. β.*
braſilienſis.
interrupta.
Boſea *yervamora.*
Ulmus *campeſtris.*
pumila.
Heuchera *americana.*
Svertia *perennis.*
dichotoma.
corniculata.
Gentiana *aſclepiadea.*
cruciata.
ſaponaria.
amarella.
campeſtris. α. β.
(decumbens).
Dichondra *ſericea.*
Phyllis *nobla.*
Eryngeum *planum.*
maritimum.
campeſtre.
alpinum.

Eryn-

Eryngeum Purgati.
Spananthe paniculata.
Sanicula europæa.
canadenſis.
Aſtrantia major.
Rupleurum rotundifolium.
falcatum.
odontites.
ſemicompoſitum.
fruticoſum.
Echinophora ſpinoſa.
Haſſelquiſtia ægyptiaca.
cordata.
Tordyleum ſyriacum.
officinale.
maximum.
Caucalis grandiflora.
daucoides.
latifolia.
platycarpos.
antbiſeus.
nodoſa.
Artedia ſquamata.
Daucus carota.
mauritanicus.
lucidus.
viſnaga.
muricatus.
Amni majus.
Conium muculatum.
Selinum ſylveſtre.
carvifolia.
Athamantha libanotis.
cervaria.
ſibirica.
condenſata.
ſicula.
cretenſis.
Peucedanum officinale.
ſilaus.
Crithmum maritimum.
Cachrys libanotis.
Ferula tingitana.
Laſerpitium litifolium.
gallicum.
Heracleum ſphondylium.
anguſtifolium.
ſibiricum.
panaces.
Liguſticum leviſticum.
aquilegifolium.
Angelica ſylveſtris.
archangelica.
atropurpurea.
Sium nodiflorum.
ſiſarum.
Siſon ſegetum.
canadenſe.
amni.
Bubon macedonicum.
galbanum.
Oenanthe prolifera.
Phellandrium aquaticum.
Aethuſa cynapium.

Co-

Coriandrum *ſativum.*
teſticulatum.
Scandix *odorata.*
pecten.
cerefolium.
anthriſcus.
nodoſa.
infeſta.
Chærophyllum *ſylveſtre.*
bulboſum.
temulum.
hirſutum.
aromaticum.
Imperatoria *oſtruthium.*
Thapſia *villoſa.*
Paſtinaca *ſativa.*
lucida.
opopanax.
Smyrnium *oluſatrum.*
Anethum *graveolens.*
fœniculum.
Carum *carvi.* α. γ.
Pimpinella *ſaxifraga.*
magna.
diſſecta.
aniſum.
Apium *petroſelinum.*
graveolens.
Aegopodium *podagraria.*
Rhus *coriaria.*
toxicodendrum.
viminale.
Rhus *Lucidum.*
Viburnum *tinus.*
prunifolium.
lantana.
opulus. α. β.
lentago.
Sambucus *nigra.* α. β.
ebulus.
racemoſa.
Staphylea *pinnata.*
trifolia.
Tamarix *gallica.*
Turnera *ulmifolia.*
ciſtoides.
Telephium *imperati.*
Pharnaceum *cerviana.*
Alſine *media.*
Drypis *ſpinoſa.*
Baſella *rubra.*
alba.
lucida.
cordifolia.
Portulacacia *afra.*
Aralia *racemoſa.*
Statice *limonium.*
armeria.
ſinuata.
mucronata.
Linum *uſitatiſſimum.*
perenne.
ſuffruticoſum.
Craſſula *coccinea.*

Craſ-

Craſſula coccinea.
perfoliata.
tetragona.
ſpinoſa.
glomerata.
ciliata.
rubens.
vecticillaris.
nudicaulis.
Maherna *pinnata.*
Myoſurus *minimus.*
Zanthochiza *apifolia.*
Bromelia *ananas.*
karatas.
Tradeſcantia *virginiana.*
zanonia.
diſcolor.
criſtata.
Hæmanthus *coccineus.*
puniceus.
toxicarius.
ſpiralis.
Maſſonia *latifolia.*
auguſtifolia.
Galanthus *nivalis α. γ.*
Leucojum *vernum. α. γ.*
Talbagia *alliacea.*
cepacea.
Narciſſus *poëticus. α. β.*
pſeudonarciſſus.
bicolor.
orientalis.
Narciſſus *odorus.*
tazetta.
jonquilla.
Pancratium *caribæum.*
maritimum.
illyricum.
Crinum *aſiaticum.*
americanum.
Mahulia *umbellata.*
Cyetanthus *auguſtifolius.*
Amaryllis *lutea.*
atamaſca.
formoſa.
reginæ.
belladonna.
ſarnienſis.
undulata.
Bulbocodium *vernum.*
Allium *porrum.*
tataricum.
ſativum.
ſcorodopraſum.
deſcendens.
oleraceum.
ſeneſcens.
urſinum.
cepa.
moly
ſchoenopraſum.
tenuiſſimum.
Lilium *candidum.*
bulbiferum.

Li-

HORTI UPSALIENSIS
PLANTÆ CULTÆ 1780-1800.

QUARUM

Part. III.

VENIA EXPER. ORD. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. NANCIENS. MED. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICE EXAMINANDAM SISTIT

JOHANNES WETTERLING,

STIP. KÅHR. SMOLANDUS.

IN AUDIT. BOTAN. D. I JUNII MDCCCIII.

H. A. M. S.

U P S A L I Æ ,

Litteris *Joh. Fredr. Edman*, Reg. Acad. Typogr.

PROSTEN OCH KYRKOHERDEN

ÖFVER NOTTEBECKS OCH GRANHULTS FÖRSAMLINGAR

HÖGÄREVÖRDIGE OCH HÖGLÄRDE

HERR **JONAS WETTERLING,**

MIN VÖRDADE MORBROR!

Min pligt och mitt hjerta bjuda lika att helga EDER *deſſa blad; ſvagt är detta offer — men* EDER *godhet ſkall visſerligen ej miſskänna deſs rena affigt.*

Med vördnad framhärdar

MIN HULDASTE MORBRORS

ödmjukaſte tjenare.

JOH. WETTERLING.

HORTI UPSALIENSIS

PLANTÆ CULTÆ 1780 — 1800.

Lilium pomponicum.
chalcedonicum.
martagon.
canadenſe.
philadelphicum.
Fritillaria imperialis. α. β.
perſica.
pyrenaica.
meleagris. α. β.
Eucomis nana.
undulata.
punctata.
Glorioſa ſuperba.
Erythronium canis.
Tylipa ſylveſtris.
geſneriana.
Albuca major.
minor.
Hypoxis erecta.
ſtellata.
Ornithogalum luteum.
minimum.
umbellatum.
arabicum.
thyrſoides.
nutans.

Scilla maritima.
italica.
peruviana.
amoena.
bifolia.
luſitanica.
Aſphodelus luteus.
ramoſus.
tauricus.
Anthericum ramoſum.
falcatum.
liliago.
liliaſtrum.
alooides.!
latifolium.
aſphodeloides.
annuum.
ciliatum.
oſſifragum.
Aſparagus officinalis.
verticillatus.
declinatus.
retrofractus.
aphyllus.
Dracæna draco.
Sanſevieria guineenſis.

Sanſevieria ceilanica.
Convallaria majalis.
verticillata.
polygonatum.
multiflora.
racemoſa.
ſtellata.
bifolia.
Polyanthes tuberoſa.
Hyacinthus non ſcriptus.
cernuus.
amethyſtinus.
orientalis. var. pl.
romanus.
muſcari.
botryoides.
racemoſus.
Lachenalia orchioides.
contaminata.
tricolor.
Ve...imia viridifolia.
uvaria.
Aletris farinoſa.
Yucca glorioſa.
aloifolia.
draconis.
filamentoſa.
Aloë perfoliata.
picta.
ſinuata.
humilis.
arachnoides.
Aloë margaritifera.
verrucoſa.
maculata.
lingua.
variegata.
viſcoſa.
ſpiralis.
retuſa.
Agave americana.
vivipara.
virginica.
Alſtroemeria pelegrina.
ligta.
Hemerocallis flava.
fulva.
Juncus effuſus.
bulboſus.
bufonius.
campeſtris.
Berberis vulgaris. α. β.
cretica.
ſibirica.
Canarina campanula.
Frankenia lævis.
hirſuta.
Peplis portula.
Ehrharta cartilaginea.
panicea.
calycina.
Oryza ſativa.
Atraphaxis ſpinoſa.
undulata.

Ru-

Rumex patientia.
ſanguineus.
britannicus.
hydrolapathum.
criſpus.
nemolapathum.
perſicarioides.
ægyptiacus.
acutus.
obtuſifolius.
pulcher.
bucephalophorus.
aquaticus.
lunaria.
veſicarius.
ſcutatus.
ſpinoſus.
acetoſa.
acetoſella.
arifolius.
bipinnatus.
Triglochin *paluſtre.*
maritimum.
Melanthium *virginicum.*
triquetrum.
Medeola *aſparagoides.*
Colchicum *autumnale.*
Helonias *aſphodeloides.*
Aliſma plantago.
Diſandra proſtrata.
Petiveria *alliacea.*
Æſculus hippocaſtanum.
Dracontium *pertuſum.*

Calla *æthiopica.*
Saururus *cernuus.*
Tropæolum *majus.*
minus.
hybridum.
Oenothera *biennis.*
grandiflora.
parviflora.
muricata.
longiflora.
mollisſima.
ſinuata.
fruticoſa.
pumila.
roſea.
Gaura biennis.
Epilobium *anguſtifolium.*
latifolium.
hirſutum.
montanum.
tetragonum.
paluſtre.
Antichorus depresſus.
Fuchſia coccinea.
Chlora *perfoliata.*
Vaccinium uliginoſum.
vitis idæa.
Erica vulgaris.
tetralix.
ciliaris.
cerinthoides.
Daphne *mezereum.*

C 2 *Psa-*

Paſſerina filiformis.
capitata.
Galenia africana.
Polygonum fruteſcens.
biſtorta.
viviparum.
virginianum.
amphibium.
hydropiper.
filiforme.
minus.
orientale.
penſilvanicum.
maritimum.
aviculare.
articulatum.
divaricatum.
undulatum.
chinenſe.
ſagittatum.
tataricum.
fagopyrum.
convolvulus.
Coccoloba uvifera.
Paulinia polyphylla.
Cardioſpermum halicacabum.
Sapindus ſaponaria.
Paris quadrifolia. α. β.
Adoxa moſchatellina.
Forſkohlea tenacisſima.
candida.
anguſtifolia.
Laurus cinnamomum.
casſia.
camphora.
indica.
ſasſafras.
Rheum rhaponticum.
undulatum.
palmatum.
compactum.
ribes.
Butomus umbellatus.
Sophora microphylla.
japonica.
occidentalis.
tinctoria.
alba.
Bauhinia divaricata.
tomentoſa.
acuminata.
Casſia tora.
occidentalis.
ſenna.
biflora.
chinenſis.
liguſtrina.
alata.
marilandica.
chamæcriſta.
nictitans.
procumbens.
Cæſalpinia pulcherrima.
Dictamnus albus.

Ruta

Ruta graveolens.
chalepenſis.
linifolia.
Melia azedarach.
Zygophyllum fabago.
album.
morgſana.
ſesſilifolium.
Fagonia cretica.
Tribulus terreſtris.
ciſtoides.
Quasſia amara.
Jusſiæa repens.
erecta.
Kalmia latifolia.
anguſtifolia.
glauca.
Ledum paluſtre.
latifolium.
Rhodora canadenſis.
Rhododendron ponticum.
Andromeda tetragona.
hypnoides.
mariana.
polifolia.
racemoſa.
Arbutus unedo.
uva urſi.
Clethra alnifolia.
Trianthema monogyna.
Chryſoſplenium alternifolium.
oppoſitifolium.
Saxifraga cotyledon.
crasſifolia.
nivalis.
ſarmentoſa.
geum.
granulata.
bulbifera.
cordifolia.
tridactylites.
ceſpitoſa.
hypnoides.
Tiarella cordifolia.
Mitella diphylla.
Scleranthus annuus.
perennis.
polycarpos.
Gypſophila repens.
proſtrata.
paniculata.
altisſima.
faſtigiata.
perfoliata.
muralis.
rigida.
ſaxifraga.
Saponaria officinalis.
vaccaria.
porrigens.
ocymoides.
Dianthus barbatus.
carthuſianorum.
armeria.
prolifer.

Dian-

Dianthus caryophyllus var. pl.
deltoides.
chinenſis.
plumarius.
ſuperbus.
arenarius.
Cucubalus *behen.*
fabarius.
viſcoſus.
tataricus.
catholicus.
otites.
Silene *anglica.*
luſitanica.
quinquevulnera.
nocturna.
gallica.
chlorantha.
nutans.
amœna.
fruticoſa.
craſſifolia.
viridiflora.
conoidea.
conica.
bellidifolia.
baccifera.
maritima.
noctiflora.
antirrhina.
rubella.
inaperta.
portenſis.
Silene *cretica.*
armeria.
orchidea.
rupeſtris.
ſaxifraga.
acaulis.
Stellaria *nemorum.*
dichotoma.
holoſtea.
graminea.
craſſifolia.
heraſtoides.
Arenaria *peploides.*
tetraquetra.
trinervia.
balearica.
ſerpyllifolia.
rubra.
tenuifolia.
laricifolia.
faſciculata.
grandiflora.
Garidella *nigellaſtrum.*
Malpighia *glabra.*
urens.
Cotyledon *orbiculata.*
umbilicus.
laciniata.
hiſpanica.
Sedum *telephium.*
anacampſeros.
aizoon.

Se-

Sedun populifolium.
ſtellatum.
reflexum.
rupeſtre.
hiſpanicum.
cæruleum.
album.
acre.
ſexangulare.
anglicum.
annuum.
Grielum *tenuifolium.*
Oxalis *monophylla.*
purpurea.
ſpecioſa.
acetoſella.
glabra.
verſicolor.
hirta.
repens.
ſtricta.
corniculata.
Agroſtema *githago.*
coronaria.
flos jovis.
cæli roſa.

Lychnis *chalcedonica.*
flos cuculi.
coronata.
viſcaria.
alpina.
dioica.
Ceraſtium *perfoliatum.*
vulgatum.
viſcoſum.
ſemidecandrum.
pentandrium.
arvenſe.
dichotomum.
alpinum.
aquaticum.
tomentoſum.
manticum.
Spergula *arvenſis.*
pentandra.
nodoſa.
ſubulata.
Neurada *procumbens.*
Phytolacca *octandra.*
decandra.
icoſandra.
dioica.

I.

Studium Hiſtoriæ Naturalis non propter commoda tantum, quæ ad vitam communem inde profluunt, ſed ob inſignem etiam qua eſt in varias diſciplinas utilitatem, maximopere eſt commendandum.

II.

Inſecta numero individuorum & ſpecierum cetera animalia terreſtria longe ſuperant.

III.

Magnam morborum partem, quibus vexati infantes pereunt, neglectæ educationi phyſicæ debere originem, contendimus.

IV.

Motum licet omnem plantis non denegaverit natura, nihilo tamen minus ab animalibus eo in primis differunt, quod ſenſu careant & motu voluntario.

V.

Varietatem colorum, quæ in corollis cernitur plantatarum, ex effectibus lucis & aëris, nec non varia earum textura oriri, credimus.

VI.

Inſtante difficultate annonæ, ſi uſus Lichenis Islandici cognitus esſet, utilitati quam maxime inſerviret communi.

HORTI UPSALIENSIS
PLANTÆ CULTÆ 1780-1800.

QUARUM
Part. IV.
VENIA EXPER. ORD. MED. UPSAL.
PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG

Equit. Aurat. Reg. Ord. de Vasa,
Med. Doct. Prof. Med. et Bot. Reg. et Ord. Acad. Cæsar. Petropol. et Nat. Curios. Reg. Scient. Lond. Holm. Societ. Scient. Ups. Philad. Patr. Holm. et Civ. Oecon. Finl. Berol. Nat. Scrut. Paris. Hafn. et Halens. Hist. Nat. Lund. Harlem. Amsteld. Zeland. Nidrosiens. Ticinens. Ienens. Linn. Londin. Phys. et Phytograph. Göttingens. Nanciens. Med. Monspel. Med. Matritens. Medic. et Nat. Studios. Edimburg. Membro nec non Acad. Scient. Paris. Monspeliens. Agricult. Paris. Medic. Londin. Scandinav. Florentin. et Batavin. Ind. Or. Correspond.

PUBLICE EXAMINANDAM SISTIT

N. F. FRÉESE,
STOCKHOLMENSIS.

IN AUDIT. BOTAN. D. VIII JUNII MDCCCIII
H. A. M. S.

UPSALIÆ,
TYPIS EDMANNIANIS.

HORTI UPSALIENSIS

PLANTÆ CULTÆ 1780 — 1800.

Aſarum europæum.
Bocconia fruteſcens.
Decumaria barbara.
Peganum harmala.
Nitraria ſchoberi.
Portulaca oleracea.
piloſa.
meridiana.
Talinum patens.
fruticoſum.
Lythrum ſalicaria.
virgatum.
hyſſopifolium.
Cuphea viſcoſa.
Agrimonia eupatoria.
Reſeda luteola.
glauca.
ſeſamoides.
alba.
undata.
lutea.
phyteuma.
odorata.
Euphorbia antiquorum.
canarienſis.
Euphorbia officinarum.
nereifolia.
meduſæ.
tirucalli.
tithymaloides.
heterophylla.
cotinifolia.
origanoides.
hypericifolia.
maculata.
hirta.
pilulifera.
hyſſopifolia.
thymifolia.
chamæſyce.
peplis.
polygonifolia.
ipecacuanhæ.
portulacoides.
peplus.
falcata.
exigua.
lathyris.
geniſtoides.
ſpinoſa.
epithymoides.

Euphorbia dulcis.
pithyuſa.
portlandica.
ſaxatilis.
paralias.
pinea.
ſegetalis.
helioſcopia.
ſerrata.
corollata.
piloſa.
platyphyllos.
eſula.
cypariſſias.
myrſinites.
paluſtris.
amygdaloides.
ſylvatica.
characias.
Calligonum pallaſia.
Glinus lotoides.
Sempervivum arboreum.
canarienſe.
tectorum.
globiferum.
ſtellatum.
arachnoideum.
Cactus mammillaris.
melocactus.
heptagonus.
hexagonus.
pentagonus.
peruvianus.

Cactus Royeni.
grandiflorus.
flagelliformis.
triangularis.
opuntia.
ficus.
tuna.
coccinellifer.
curaſſavicus.
phyllanthus.
pereſkia.
Philadelphus coronarius.
Eugenia uniflora.
Myrtus communis.
Punica granatum.
Amygdalus perſica.
communis.
pumila.
nana.
Prunus padus.
virginiana.
canadenſis.
luſitanica.
lauro-ceraſus.
mahaleb.
armeniaca.
pumila.
ceraſus.
avium.
penſilvanica.
domeſtica.
inſititia.
ſpinoſa.

Cra-

Cratægus coccinea.
crus galli.
oxyacantha.
monogyna.
azarolus.
Sorbus aucuparia.
hybrida.
domeſtica
Meſpilus germanica.
pyracantha.
chamæmeſpilus.
cotoneaſter.
Pyrus amelanchier.
communis.
polliveria.
malus.
baccata.
coronaria.
cydonia.
ſalicifolia.
aria.
Tetragonia fruticoſa.
herbacea.
expanſa.
Meſembryant. criniflorum.
linguæforme.
felinum.
bellidiflorum.
tripolium.
dolabriforme.
pinnatifidum.
cordifolium.
Meſembryant. cryſtallinum.
papuloſum.
ſeſſiliflorum.
pomeridianum.
tortuoſum.
copticum.
geniculiflorum.
noctiflorum.
tricolorum.
tenuifolium.
loreum.
verruculatum
ſplendens.
micans.
nodiflorum.
hiſpidum.
barbatum.
falcatum.
glaucum.
aureum.
ſcabrum.
uncinatum
pugioniforme.
acinaciforme.
edule.
deltoides.
Aizoon canarienſe.
hiſpanicum.
Spiræa lævigata.
ſalicifolia.
hypericifolia.
chamædrifolia.

Spiræa crenata.
aruncus.
filipendula.
ulmaria.
trifoliata.
Roſa lutea.
cinnamomea.
arvenſis.
pimpinellifolia.
ſpinoſisſima.
parviflora.
carolina.
villoſa.
provincialis.
centifolia.
gallica.
ſempervirens.
rubiginoſa.
moſchata.
canina.
parvifolia.
alba.
Rubus idæus.
jamaicenſis.
cæſius.
odoratus.
ſaxatilis.
arcticus.
Fragaria veſca.
ſterilis.
Potentilla fruticoſa.
anſerina.
rupeſtris.
Potentilla penſylvanica.
ſupina.
recta.
argentea.
hirta.
verna.
aurea.
canadenſis.
alba.
reptans.
monſpelienſis.
norvegica.
Tormentilla erecta.
Geum virginianum.
urbanum.
rivale.
Calycanthus floridus.
Actæa ſpicata.
racemoſa.
Podophyllum peltatum.
Chelidonium majus α. β.
glaucium.
corniculatum.
hybridum.
Papaver hybridum.
argemone.
nudicaule.
rhoeas.
dubium.
ſomniferum.
cambricum.
orientale.
Argemone mexicana.

Nym-

Nymphæa lutea.
Tilia europæa.
Grewia occidentalis.
Thea bobea
viridis.
Ciſtus populifolius.
laurifolius.
ladaniferus.
ſalvifolius.
formoſus.
ægyptiacus.
racemoſus.
helianthemum.
Corchorus olitorius.
trilocularis.
tridens.
capſularis.
ſiliquoſus.
Pæonia officinalis.
albiflora.
humilis.
anomala.
hybrida.
tenuifolia.
Delphinium conſolida.
ajacis.
aconiti.
ambiguum.
peregrinum.
grandiflorum.
elatum.
puniceum.
ſtaphiſagria.
Aconitum lycoctonum.
Aconitum pyrenaicum.
anthora.
napellus.
tauricum.
volubile.
variegatum.
cammarum.
Cimicifuga fœtida.
Aquilegia vulgaris.
canadenſis.
viridiflora.
alpina.
Nigella damaſcena.
ſativa.
hiſpanica.
arvenſis.
orientalis.
Illicium aniſatum.
Liriodendron tulipifera.
Magnolia glauca.
Anemone hepatica.
vernalis.
pulſatilla.
pratenſis.
coronaria.
ſylveſtris.
virginiana.
dichotoma.
nemoroſa.
ranunculoides.
Clematis viticella.
viorna.
virginiana.

Tha-

Clematis vitalba.
flammula.
erecta.
integrifolia.
Thalictrum ſœtidum.
dioicum.
majus.
minus.
anguſtifolium.
flavum.
ſimplex.
aquilegifolium.
petaloideum.
Adonis æſtivalis.
autumnalis.
vernalis.
apennina.
Ranunculus flammula.
gramineus.
amplexicaulis.
ficaria.
thora.
casſubicus.
auricomus.
abortivus.
ſceleratus.
aconitifolius.
illyricus.
aſiaticus.
bulboſus.
repens.
polyanthemos.
acris.
Ranunculus lanuginoſus.
arvenſis.
muricatus.
orientalis.
falcatus.
hederaceus.
Trollius europæus.
aſiaticus.
Iſopyrum fumarioides.
thalictroides.
Helleborus hyemalis.
niger.
viridis.
fœtidus.
trifolius.
Caltha paluſtris.
Ajuga pyramidalis.
reptans.
Teucrium campanulatum.
botrys.
pſevdochamæpithys.
fruticans α. β.
creticum.
marum.
aſiaticum.
virginicum.
ſcorodonia.
betonicum.
masſilienſe.
ſcordium.
chamædrys.
flavum.

[Teu-

Teucrium *montanum.*
capitatum.
Satureja *juliana.*
thymbra.
montana.
hortenſis.
Thymbra *ſpicata.*
verticillata.
Hyſſopus *officinalis α. β.*
lophantus.
nepetoides.
Nepeta *cataria.*
pannonica.
violacea.
ucranica.
nepetella.
nuda.
hirſuta.
italica.
tuberoſa.
ſcordotis.
virginica.
multifida.
Elzholtzia *criſtata.*
Lavandula *ſpica.*
ſtoechas.
dentata.
pinnata.
multifida.
carnoſa.
Sideritis *canarienſis.*
montana.
elegans.
Sideritis *romana.*
ſyriaca.
incana.
hyſſopifolia.
ſcordioides.
hirſuta.
Byſtropogon *pectinatum.*
plumoſum.
canarienſe.
Mentha *ſylveſtris.*
nemoroſa.
niliaca.
viridis.
rotundifolia.
criſpa.
hirſuta.
aquatica.
piperita.
ſativa.
gentilis.
arvenſis.
pulegium.
cervina.
Perilla *ocymoides.*
Hyptis *radiata.*
Glechoma *hederacea.*
Lamium *orvala.*
garganicum.
maculatum.
album.
purpureum.
amplexicaule.
Galeopſis *ladanum.*

Ga-

Galeopſis tetrabit.
Betonica officinalis.
alopecurus.
hirſuta.
Stachys ſylvatica.
paluſtris.
alpina.
germanica.
cretica.
palæſtina.
maritima.
æthiopica.
recta.
annua.
arvenſis.
Ballota nigra.
Marrubium alysſum.
aſtracanicum.
creticum.
candidisſimum.
ſupinum.
vulgare.
criſpum.
hispanicum.
pſevdodictamnus.
Leonurus cardiaca.
glaleobdolon.
tataricus.
ſibiricus.
Phlomis fruticoſa.
lychnitis.
ſamia.
venti.

Phlomis tuberoſa.
zeylamica.
leonurus.
leonotis.
Mollucella ſpinoſa.
lævis.
Clinopodium vulgare.
Origanum dictamnus.
ſipyleum.
creticum.
vulgare.
maru.
majorana.
Thymus ſerpyllum.
vulgaris.
zygis.
acinos.
patavinus.
alpinus.
maſtichinus.
virginicus.
Melisſa officinalis.
grandiflora.
calamintha.
nepeta.
Dracocephalum virginianum.
canarienſe.
pinnatum.
peregrinum.
auſtriacum.
rhyſchiana.
grandiflorum.
altajenſe.

Dra-

Dracocephalum *ſibiricum.*
moldavicum.
caneſcens.
peltatum.
nutans.
thymiflorum.
Melittis *mellisſophyllum.*
Ocimum *thyrſiflorum.*
monachorum.
gratisſimum.
album.
baſilicum.
criſpum.
americanum.
Plectranthus *fruticoſus.*
Trichoſtema *brachiata.*
Scutellaria *orientalis.*
alpina.
lupulina.
lateriflora.
galericulata.
haſtifolia.
minor.
integrifolia.
hysſopifolia.
peregrina.
cretica.
Prunella *vulgaris α. β.*
grandiflora α. β.
hysſopifolia.
Cleonia *luſitanica.*
Praſium *majus.*
Phryma *leptoſtachya.*
Selago *corymboſa.*
ſpuria.
Bartſia *alpina.*
Rhinanthus *criſta.*
Euphraſia *officinalis.*
odontites.
lutea.
Melampyrum *arvenſe.*
nemoroſum.
pratenſe.
ſylvaticum.
Lathræa *ſquamaria.*
Pedicularis *paluſtris.*
ſylvatica.
ſceptrum.
Chelone *obliqua.*
glabra.
Cyrilla *pulchella.*
Gloxinia *maculata.*
Geſneria *tomentoſa.*
Antirrhinum *cymbalaria.*
elatine.
ſpurium.
cirrhoſum.
ægyptiacum.
triphyllum.
triornothophorum.
purpureum.
verſicolor.
repens.
monſpesſulanum.
bipunctatum.
triſte.
ſupinum.
arvenſe.
pelisſerianum.
ſaxatile.
glaucum.
bicorne.

Antirrhinum minus.
linaria.
peloria.
linifolium.
chalepenſe.
majus.
orontium.
aſarina.
Anarrhinum bellidifolium.
Martynia diandra.
Scrophularia marilandica.
nodoſa.
aquatica.
auriculata.
ſcorodonia.
orientalis.
altaica.
vernalis.
trifoliata.
ſambucifolia.
lucida.
Celſia orientalis.
arcturus.
coromandeliana.
cretica.
Hemimeris diffuſa.
Digitalis purpurea.
minor.
thapſi.
lutea.
ambigua.
ferruginea.
canarienſis.
Bignonia catalpa.
Bignonia radicans.
Citharexylon quadrangulare.
Lantana trifolia.
annua.
camara.
ſalvifolia.
aculeata.
Cornutia pyramidata.
Capraria biflora.
Lindernia pyxidaria.
Hebenſtretia dentata.
integrifolia.
Buchnera capenſis.
Browallia demiſſa.
elata.
Linnæa borealis.
Sibthorpia europæa.
Limoſelia aquatica.
diandra.
Vandellia diffuſa.
Stemodia durantifolia.
Dodartia indica.
Seſamum orientale.
Mimulus ringens.
Ruellia blecbnum.
ſtrepens.
clandeſtina.
Barleria prionitis.
criſtata.
Thunbergia capenſis.
Vitex agnus caſtus.
Melianthus major.

THESES RESPONDENTIS.

I.

Unamquamque terræ regionem ad incolas ſuos alendos multis gaudere nutrimenti generibus, non vero ſemper medelis ad ſanitatem amisſam recuperandam, contendimus.

II.

Nec plaga noſtra culturam admittit medicaminum regni vegetabilis, ut omnia necesſaria hauriamus.

III.

Plantæ venenatæ in œconomia naturæ maximi ſæpe ſunt momenti.

IV.

Quod morbi contagioſi in gentes antea illis immunes ortu ſuo pejus ſæviant, quam poſt annorum ſeriem, ubi mitiorem induunt naturam, causſam non in minori contagii vi, ſed in ipſa diſpoſitione hominum quærendam credimus.

V.

Limites inter regnum animale & vegetabile in motu voluntario illis proprio potisſimum & ſenſu poni debent.

34.

HORTI UPSALIENSIS
PLANTÆ CULTÆ 1780-1800.

QUARUM

Part. V.

VENIA EXPER. ORD. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR, HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. NANCIENS. MED. MONSPÉL. MED. MATRITENS MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICE EXAMINANDAM SISTIT

HUGO HERMAN BÖCKER.
Stip. Wred. Gothob.

LIBRARY NEW YORK BOTANICAL GARDEN

IN AUDIT. BOTAN. D. X DEC. MDCCCIII

H. A. M. S.

UPSALIÆ,

TYPIS EDMANNIANIS.

Myagrum perenne.
orientale.
rugoſum.
perfoliatum.
ſativum.
paniculatum.
ſaxatile.
Bunias Erucago.
orientalis.
ægyptiaca
balearica.
Cakile maritima.
Crambe maritima.
orientalis.
hiſpanica.
filiformis.
Iſatis tinctoria.
luſitanica.
Vella annua.
pſeudocytiſus.
Anaſtatica hierochuntica.
Subularia aqvatica.
Draba alpina.
verna.
muralis.
nemoralis.
hirta.
incana: α β.

Lepidium perfoliatum.
petræum.
cardamines.
ſativum.
latifolium.
amplexicaule.
oleraceum.
graminifolium.
ruderale.
virginicum.
iberis.
Thlaſpi arvenſe.
ſaxatile.
campeſtre.
montanum.
perfoliatum.
burſa.
ceratocarpon.
Cochlearia officinalis.
danica.
anglica.
grœnlandica.
coronopus.
armoracia.
glaſtifolia.
draba.

Iberis ſemperflorens.
ſempervirens.
gibraltarica
umbellata.
amara.
linifolia.
nudicaulis.
pinnata.
Alysſum ſpinoſum.
maritimum.
halimifolium.
incanum.
calycinum.
montanum.
campeſtre.
ſinuatum.
creticum.
Clypeola jonthlaſpi.
Peltaria alliacea.
Biſcutella auriculata.
apula.
lævigata.
Lunaria rediviva.
annua.
Ricotia ægyptiaca.
Dentaria bulbifera.
Cardamine bellidifolia.
trifolia.
africana.
impatiens.
parviflora.
græca.
hirſuta.
Cardamine pratenſis.
amara.
Siſymbrium Naſturtium.
ſylveſtre.
amphibium.
pyrenaicum.
ſupinum.
polyceratium.
murale.
monenſe.
barrelieri.
arenoſum.
Parra.
aſperum.
millefolium.
Sophia.
altisſimum.
iris.
Loeſelii.
barbareæ.
ſtrictisſimum.
ſalſuginoſum.
integrifolium.
Eryſimum officinale.
barbarea.
alliaria.
cheiranthoides.
hieracifolium.
Cheiranthus eryſimoides.
helveticus.
alpinus.
cheiri.
fruticuloſus.
maritimus. Chei-

Cheiranthus ſalinus.
incanus.
feneſtralis.
annuus.
littoreus.
triſtis.
trilobus.
tricuſpidatus.
ſinuatus.
Heliophila intregrifolia.
incana.
Heſperis triſtis.
matronalis: α, β.
africana.
Arabis alpina.
thaliana.
Halleri.
canadenſis.
pendula.
turrita.
Turritis glabra.
hirſuta.
Braſſica orientalis.
campeſtris.
arvenſis.
napus.
rapa.
oleracea: variet.
chinenſis.
violacea.
erucaſtcum.
Eruca.
Sinapis arvenſis.
orientalis.
alba.
nigra.
pyrenaica.
chinenſis.
juncea.
hiſpanica.
Raphanus ſativus.
caudatus.
Cleome pentaphylla.
icoſandra.
dodecandra.
gigantea.
aculeata.
violacea.
arabica.
tenella.
Waltheria americana.
Hermannia althæifolia.
candicans.
ſalvifolia.
denudata.
alnifolia.
hyſſopifolia.
lavendulifolia.
Paſſiflora murucuja.
veſpertilio.
minima.
hirſuta.
fœtida.
incarnata.
cærulea.

Erodium

Erodium ciconium.
cicutarium.
moſchatum.
gruinum.
chium.
hymenodes.
glaucuophyllum.
incarnatum.
malacoides.

Pelargonium *triſte.*
tabulare.
alchimilloïdes.
odoratisſimum.
althæoides.
columbinum.
coriandrifolium.
acetoſum.
zonale: α. β.
inquinans.
tetragonum.
cordatum.
cucullatum.
acerifolium.
papilionaceum.
echinatum.
vitifolium.
capitatum.
glutinoſum.
quercifolium.
graveolens.
radula.
criſpum.
hermannifolium.
fulgidum.

Pelargonium *gibboſum.*
carnoſum.

Geranium *ſpinoſum.*
ſibiricum.
ſangvineum.
tuberoſum.
anemonefolium.
macrorhizon.
phæum.
fuſcum.
reflexum.
ſtriatum.
ſylvaticum.
paluſtre.
pratenſe.
maculatum.
pyrenaicum.
bohemicum.
lucidum.
molle.
columbinum.
disſectum.
rotundifolium.
puſillum.
robertianum.

Monſonia *ſpecioſa.*
lobata.

Pentapetes *phœnicea.*

Adanſonia *digitata.*

Lagunea *lobata.*
ternata.

Sida *ſpinoſa.*
carpinifolia.

Sida

Sida orientalis.
capenſis.
rhombifolia.
retuſa.
alnifolia.
periplocifolia.
triquetra.
criſpa.
occidentalis.
abutilon.
aſiatica.
populifolia.
indica.
haſtata.
criſtata.
dioica.
napæa.

Althæa officinalis.
narbonenſis.
cannabina.
hirſuta.
Ludwigii.
roſea.
ficifolia.

Malva ſpicata.
coromandeliana.
americana.
peruviana.
limenſis.
bryonifolia.
capenſis.
virgata.
caroliniana.
rotundifolia.
ſherardiana.
ſylveſtris.
mauritiana.

Malva hiſpanica.
verticillata.
criſpa.
moſchata.
elegans.
tournefortiana.
ægyptia.

Lavatera arborea.
micans.
olbia.
triloba.
luſitanica.
maritima.
thuringiaca.
cretica.
trimeſtris.

Malope malacoides.

Urena lobata.

Goſſypium herbaceum.

Hibiſcus moſcheutos.
populneus.
roſa ſinenſis.
æthiopicus.
mutabilis.
ſyriacus.
ficulneus.
ſabdariffa.
cannabinus.
manihot.
abelmoſchus.
trionum.

Achania malvaviſcus.

Stuartia malacodendron.

Gordonia laſianthus.

Camellia japonica.

THESES.

I.

Prudenti utuntur conſilio, qui Hiſtoriæ Naturalis ſtudium pueris commendant: hæc enim ad ſeveriores diſciplinas accesſuris propædeuticum præſtabit uſum, adoleſcentulos a teneris in ſe docendo in obſervando diligentiam et acumen, in naturalibus diſponendis ſyſtematicam methodum, in deſcriptionibus qvæ apte rei competant, ab iis quæ minus, diſcernendi perſpicaciam. Temperamento tamen providendum eſt, ne juvenilis animus, ſui impotens, in naturalium congerendam farraginem totus effuſus, tempus, non ita datum, temere disperdat, ac circa ſcientiæ tantum primas lineas ludens ad altiora nunquam asſurgat.

II.

Cur Hiſtoria Naturalis coram multis, iisdemque cordatis, viris male audiat, in causſa esſe credimus, haud paucos hujus ſcientiæ cultores circa meram naturalium collectionem, jejunosque conſuendos catalogos, nimium hærere, poſthabitis geologicis, phyſiologicis, chemicis, ceteris, inveſtigationibus.

III.

Licet vero ad perfectiorem hiſtoriæ natur. ideam abſolvendam multorum felix in ſingulis ejus partibus elaborandis impenſa conſpiraverit opera, Regnum tamen Minerale ſcrutatorum, recentisſimo hoc tempore, præ ceteris in ſe contraxit tenuitque attentionem.

IV.

Corporibus hujus regni penitiori examini ſubjectis, illorumque ſumma, novis detectis, indies aucta, Materiam Medicam haud leve capturam fore incrementum, eo fidentius convenit ſperare, quo certius conſtet, in morbis, qui pertinaciter omnem Medici curam detrectare viſi ſunt, ceteris ſæpius prævaluisſe e mineralium clasſe petita remedia.

V.

Nemini ſaltim hucusque ullum in vegetabili regno invenire contigit medicamen, quod, noſtro quidem immitiori cælo, ad Siphilin radicitus tollendam valeat.

HORTI UPSALIENSIS
PLANTÆ CULTÆ 1780-1800.

QUARUM

Part. VI.

VENIA EXP. FAC. MEDICÆ UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. REG. SCIENT. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. NANCIENS. MED. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT. NATION. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICE EXAMINANDAM SISTIT

FREDR. CHRISTOPH. PSILANDER.
Uplandus.

IN AUDIT. GUSTAV. MAJ. D. XXIX MAJI MDCCCV.

H. A. M. S.

Upſaliæ, Typis Edmannianis.

HORTI UPSALIENSIS
PLANTÆ CULTÆ 1780—1800.

Fumaria Cucullaria.
fungoſa.
nobilis.
bulboſa. α. β.
ſempervirens.
Capnoides.
officinalis.
capreolata.
ſpicata.
veſicaria.
Polygala Amara.
vulgaris.
monſpeliaca.
ſibirica.
bracteolata.
Chamæbuxus.
Abrus precatorius.
Erythrina corallodendrum.
picta.
Borbonia cordata.
Spartium junceum.
monoſpermum.
virgatum.
purgans.
ſcorpius.
ſcoparium.
ſpinoſum.
Geniſta canarienſis.
candicans.
Geniſta ſagittalis.
tridentata.
tinctoria.
ſiberica.
florida.
piloſa.
anglica.
germanica.
luſitanica.
Lebeckia cytiſoides.
Aſpalathus ericifolia.
araneoſa.
anthylloides.
Ulex europæus.
Amorpha fruticoſa.
Crotalaria juncea.
biflora.
lunaris.
laburnifolia.
incana.
Ononis ſpinoſa.
minutisſima.
mitisſima.
alopecuroides.
pingvis.
natrix.
fruticoſa.
rotundifolia.
Anthyllis tetraphylla.

Anthyllis vulneraria.
barba jovis.
Hermanniæ.
Arachis hypogæa.
Lupinus perennis.
albus.
varius.
hirſutus.
anguſtifolius.
luteus.
Phaſeolus vulgaris.
nanus.
radiatus.
Dolichos Lablab.
unguiculatus.
ſeſquipedalis.
minimus.
Glycine bituminoſa.
apios.
Clitoria ternatea. α. β.
Piſum ſativum.
arvenſe.
maritimum.
ochrus.
Orobus lathyroides.
hirſutus.
luteus.
vernus.
tuberoſus.
niger.
Lathyrus Aphaca.
niſſolia.
amphicarpos.
Cicera.
Lathyrus ſativus.
ſetifolius.
angulatus.
monanthos.
articulatus.
odoratus.
annuus.
tingitanus.
Clymenum.
hirſutus.
tuberoſus.
pratenſis.
ſylveſtris.
latifolius.
heterophyllus.
paluſtris.
Vicia piſiformis.
dumetorum.
ſylvatica.
caſſubica.
cracca.
biennis.
niſſoliana.
benghalenſis.
Ervilia.
ſativa.
lathyroides.
ſepium.
narbonenſis.
faba.
ſerratifolia.
Ervum tetraſpermum.
hirſutum.
Lens.

Ci-

Cicer arietinum.
Cytiſus Laburnum.
nigricans.
Cajan.
hirſutus.
capitatus.
Robinia Caragana.
ſpinoſa.
fruteſcens.
pygmæa.
Colutea arboreſcens.
fruteſcens.
herbacea.
Glycyrhiza echinata.
glabra.
Coronilla Emerus.
juncea.
valentina.
glauca.
coronata.
ſecuridaca.
varia.
cretica.
Ornithopus perpuſillus.
compresſus.
ſcorpioides.
Hippocrepis uniſiliquoſa.
multiſiliquoſa.
comoſa.
Scorpiurus vermiculata.
ſulcata.
muricata.
Hedyſarum Alhagi.
maculatum.
Hedyſarum vaginale.
veſpertilionis.
diphyllum.
pulchellum.
gyrans.
canadenſe.
alpinum.
coronarium.
onobrychis.
caput galli.
criſta galli.
Indigofera Anil.
tinctoria.
Galega officinalis.
virginica.
Phaca ſalſula.
alpina.
Aſtragalus Alopecuroides.
piloſus.
galegiformis.
uliginoſus.
Cicer.
glycyphyllus.
hamoſus.
bœticus.
ſeſameus.
pentaglottis.
epiglottis.
hypoglottis.
glaux.
alpinus.
uralenſis.
monſpesſulanus.
tragacantha.

Aſtragalus poterium.
Biſerrula pelecinus.
Pſoralea Aphylla.
bituminoſa.
corylifolia.
Trifolium cæruleum.
indicum.
polonicum.
officinale.
italicum.
creticum.
ornithopodioides.
lupinaſter.
hybridum.
repens.
ſubterraneum.
cherleri.
glomeratum.
lappaceum.
rubens.
pratenſe.
alpeſtre.
incarnatum.
anguſtifolium.
arvenſe.
ſtellatum.
clypeatum.
ſcabrum.
ſtriatum.
ſpumoſum.
reſupinatum.
tomentoſum.
fragiferum.
montanum.
Trifolium agrarium.
ſpadiceum.
procumbens.
filiforme.
Lotus maritimus.
ſiliquoſus.
tetragonolobus.
conjugatus.
jacobæus.
creticus.
hirſutus.
rectus.
corniculatus.
Dorycnium monſpelienſe.
Trigonella platycarpos.
polycerata.
ſpinoſa.
corniculata.
monſpeliaca.
foenugræcum.
Medicago arborea.
radiata.
circinnata.
ſativa.
falcata.
lupulina.
orbicularis.
ſcutellata.
tornata.
turbinata.
tuberculata.
aculeata.
intertexta.
ciliaris.

Me-

Medicago coronata.
muricata.
marina.
minima.
laciniata.
Abroma auguſta.
Citrus medica.
aurantium.
Hypericum monogynum.
calycinum.
aſcyron.
androſæmum.
hircinum.
quadrangulare.
perforatum.
hirſutum.
elodes.
tomentoſum.
coris.
Geropogon glabrum.
Tragopogon pratenſis.
undulatus.
orientalis.
porrifolius.
crocifolius.
Arropogon Dalechampii.
picroides.
capenſis.
Scorzonera humilis.
hiſpannica.
anguſtifolia.
laciniata.
Sonchus paluſtris.
arvenſis.
oleraceus.]
tenerrimus.
tingitanus.
picroides.
floridanus.
ſibiricus.
Lactuca ſativa.
criſpa.
quercina.
viroſa.
ſaligna.
perennis.
Chondrilla juncea.
Prenanthes hieracifolia.
muralis.
Leontodon taraxacum.
Apargia tuberoſa.
autumnalis.
hiſpida.
Thrinica hirta.
hiſpida.
Picris hieracioides.
Hieracium aureum.
piloſella.
dubium.
auricula.
præmorſum.
aurantiacum.
murorum.
paludoſum.
cerinthoides.
amplexicaule.
pyrenaicum.
ſibiricum.

Hi-

Hieracium ſabaudum.
umbellatum.
Crepis veſicaria.
alpina.
rubra.
foetida.
tectorum
biennis.
Dioſcoridis.
Helmintia echioides.
Tolpis barbata.
Andryala cheiranthifolia.
pinnatifida.
lanata.
Rothia cheirantifolia.
runcinata.
Hyoſeris radiata.
lucida.
ſcabra.
Hedypnois monſpelienſis.
rhagadioloides.
cretica.
Krigia virginica.
Seriola æthuenſis.
urens.
Hypochæris maculata.
glabra.
radicata.
Lapſana puſilla.
communis.
criſpa.
Zazintha verrucoſa.
Rhagadiolus ſtellatus.
edulis.

Catananche cærulea.
lutea.
Cichorium intybus.
endivia.
ſpinoſum.
Scolymus maculatus.
hiſpanicus.
Arctium lappa.
bardana.
Vernonia anthelmintica.
Serratula tinctoria.
arvenſis.
Carduus arabicus.
nutans.
acanthoides.
criſpus.
polyanthemus.
pycnocephalus.
defloratus.
marianus.
Cnicus pyrenaicus.
monſpesſulanus.
lanceolatus.
ferox
eriophoros.
heterophyllus.
helinioides.
ſerratuloides.
oleraceus.
Eriſithalis.
tuberoſus.
acaulis.
Caſabonæ.
ſyriacus.

Cni-

Cnicus ſpinoſisſimus.
cernuus.
Onopordon acantium.
macranthum.
illyricum.
arabicum.
Cynara ſcolymus.
humilis.
Carlina acaulis.
vulgaris.
Atractylis humilis.
Carthamus tinctorius.
lanatus.
cœruleus.
carduncellus.
arboreſcens.
Spilanthes pſeudoacmella.
acmella.
oleracea.
urens.
Bidens tripartita.
cernua.
leucantha.
chinenſis.
piloſa.
nivea.
Lavenia erecta.
Cacalia anteuphorbium.
kleinia.
ficoides.
articulata.
ſonchifolia.
haſtata.
ſuaveolens.

Cacalia alpina.
Kleinia porophyllum.
Ethulia conyzoides.
Eupatorium album.
altisſimum.
trifoliatum.
cannabinum.
purpureum.
maculatum.
perfoliatum.
cœleſtinum.
ageratoides.
ivæfolium.
Kuhnia eupatorioides.
Ageratum conyzoides.
Pteronia camphorata.
Chryſocoma coma aurea.
cernua.
ciliaris.
linoſyris.
Tarchonanthus camphoratus.
Santolina chamæcyparisſus.
rosmarinifolia.
maritima.
Balſamita ageratifolia.
vulgaris.
Athanaſia annua.
trifurcata.
critmifolia.
Tanacetum vulgare. α. β.
Artemiſia judaica.
abrotanum.
abſinthium.
campeſtris.

Artemiſia pontica.
annua.
ſiverſiana.
integrifolia.
dr acunculus.
Gnaphalium ericoides.
ſtœchas.
orientale.
arenarium.
luteoalbum.
ſangvineum.
fœtidum.
margaritaceum.
dioicum.
alpinum.
ſylvaticum.
uliginoſum.
arvenſe.
montanum.
pyramidatum.
gallicum.
germanicum.
Xeranthemum annuum.
Elichryſum fulgidum.
Carpeſium cernuum.
Baccharis ivæfolia.
neriifolia.
Conyza bifrons.
cinerea.
Ægyptiaca.
gouani.
fœtida.
ſaxatilis.
Erigeron graveolens.
Erigeron glutinoſum.
canadenſe.
bonarienſe.
philadelphicum.
villarſii.
acre.
uniflorum.
Tusſilago Anandria.
lyrata.
farfara.
nivea.
petaſites.
ſpuria.
Jacobæa reclinata.
vulgaris.
Senecio triflorus.
ægyptius.
aureus.
roſmarinifolius.
paludoſus.
nemorenſis.
ſarracenicus.
Doria.
ilicifolius.
rigidus.
viſcoſus.
Aſter cymbalariæ.
tenellus.
hysſopifolius.
linifolius.
linariifolius.
ericoides.
amellus.

Aſter

Aſter novæ Angliæ.
novi Belgii.
undulatus.
paniculatus.
cordifolius.
macrophyllus.
chinenſis.
tripolium.
annuus.
ſibiricus.
tradeſcanti.
tardiflorus.
miſer.
Solidago canadenſis.
lateriflora.
altisſima.
ſempervirens.
lanceolata.
mexicana.
flexicaulis.
virgaurea.
minuta.
rigida.
Doria ſonchifolia.
Cineraria Geifolia.
cymbalarifolia.
lobata.
paluſtris.
alpina.
marittima.
Amelloides.
Inula helenium.
oculus chriſti.
britannica.
Inula dyſenterica.
pulicaria.
viſcoſa.
ſalicina.
hlrta.
germanica.
bifrons.
Arnica montana.
Ximeneſia encelioides.
Helenium autumnale.
Bellis perennis.
annua.
Bellium bellidioides.
minutum.
Tagetes patula.
erecta.
lucida.
tenuifolia.
Heteroſpermum pinnatum.
Schkuhria abrotanoides.
Pectis punctata.
Zinnia pauciflora.
multiflora.
verticillata.
elegans.
tenuiflora.
Chryſanthemum pinnatifidum.
leucanthemam.
carinatum.
indicum.
ſegetum.
myconis.
coronarium.

THESES

I.

Optime etiam armato atque perſpicacisſimo oculo, tam in Botanica, quam Phyſiologia plantarum, multa ſecreta fere impenetrabilia occurrunt.

II.

Vix magni quid in morborum ſanatione præſtabit Medicus, niſi cognitioni Botanices qualicunque, adjunxerit cognitionem virium plantarum.

III.

Summe igitur Medico necesſarium ducimus, plantarum vires accurate noſcere; ad hæc vero cognitionem ordinum naturalium præcipue conferre, merito ſane contendimus.

IV.

Tam ex olfactu & guſtu, quam colore, textura & fructificationis ſtructura, ad vires plantarum colligere posſumus.

V.

Veriſimile eſt, nullam dari plantarum ſpeciem, quæ fructificatione non ſit inſtructa, licet cæteræ partes interdum deſiderarentur.

HORTI UPSALIENSIS PLANTÆ CULTÆ 1780-1800.

QUARUM

Part. VII. et Ultim.

VENIA EXP. FAC. MEDICÆ UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. MOSCOU. ET HALENS. HIST. NAT. GORENKENS. LUND. HARLEM. AMSTELD. OEcon. ET INST. LITT. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. REG. SCIENT. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. WETTERAW. NANCIENS. MED. PARIS. EMUL. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. ET PETROP. MEDICO-CHIR. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT. NATION. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICÆ SUBMITTIT CENSURÆ

PETRUS MAGNUS PETERSON
Smolandus.

IN AUDIT. BOTANICO D. I JUN. MDCCCXI.

H. A. M. C.

UPSALIÆ,
EXCUDEBANT STENHAMMAR ET PALMBLAD,
REGIÆ ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

VIRO

MAXIME REVERENDO ET PRÆCLARISSIMO

DOMINO MAGISTRO

JONÆ CHRYSANDER

ECCLESIARUM CARLSTORP ET KRÅXHULT

PASTORI ET PRÆPOSITO

FAUTORI OPTIMO,

Quem a teneris inde venerari contigit

SACRUM!

ENKEFRU KAPTENSKAN

SIGRID CATHAR. PETERSON

FÖDD **ÖDMAN,**

MIN HULDASTE MODER!

Då i min barndoms sköna drömmar säll
Min Hembygds dalar och mitt Fädertjäll
Och DIG, min ömma MOR, jag famnen sträckte,
Då jag din hulda omsorg röna fick
Och först DU tacksamhetens känsla väckte;
Och jag med DIG bland ängens blommor gick
Och bröt den skönaste, och tacksamt räckte
Åt DIG — DU skänkte mig din bifallsblick:
Så, Hulda, tag ock nu min enkla gärd!
Den blomsterkrans till offer jag DIG sänder
Från Floras park, som pryder Salas stränder,
Är flätad utaf tacksamhetens händer
Och derigenom endast bifallsvärd!

P. M. PETERSON.

HORTI UPSALIENSIS
PLANTÆ CULTÆ 1780—1800.

Pyrethrum frutеſcens.
ſerotinum.
balſamita.
corymboſum.
parthenium.
Matricaria ſvaveolens.
chamomilla.
capenſis.
Boltonia aſteroides.
Lidbeckia turbinata.
Cotula anthemoides.
coronopifolia.
ſpilanthus.
Anacyclus creticus.
orientalis.
valentinus.
Anthemis cota.
altisſima.
maritima.
nobilis.
arvenſis.
cotula.
pyrethrum.
valentina.
tinctoria.
arabica.
Achillæa ptarmica.
Achillæa criſtata.
ageratum.
ſantolina.
macrophylla.
magna.
millefolium.
nobilis.
Amellus lychnitis.
Ecclipta erecta.
proſtrata.
Sigesbeckia orientalis.
floſculoſa.
Verbeſina alata.
Buphtalmum aquaticum.
ſalicifolium.
grandiflorum.
helianthoides.
Helianthus annuus.
indicus,
multiflorus.
tuberoſus.
decapetalus.
frondoſus.
Rudbeckia laciniata.
triloba
hirta
amplexifolia.

Rud-

Rudbeckia purpurea.
Coſmea bipinnata.
Coreopſis verticillata.
coronata.
tripteris.
auriculata.
alternifolia.
Oſmites bellidiaſtum.
camphorina,
Choriſtea carnoſa.
Gorteria perſonata.
rigens.
Rohria incana.
Zœgea leptaurea.
Centaurea crupina.
moſchata.
erucifolia.
lippii.
phrygia.
nigra.
montana.
cyanus.
paniculata.
raguſina.
ſcabioſa.
tatarica.
orientalis.
jacea.
glaſtifolia.
conifera.
ſonchifolia.
ſeridis.
romana.
Centaurea ſolſtitialis.
melitenſis.
ſicula.
iſnardi.
pullata.
napifolia.
benedicta.
eriophora.
calcitrapa.
verutum.
ſalmantica.
crocodylium.
galactites.
Milleria quinqueflora.
biflora.
Baltimora erecta.
Polymnia uvedalia.
Silphium perfoliatum.
connatum.
trifoliatum.
Calendula arvenſis.
ſtellata.
officinalis.
pluvialis.
hybrida.
Stevia dentata.
linearis.
Arctotis calendulacea.
hypochondriaca.
Oſteoſpermum ilicifolium.
Othonna tagetes.
athanaſiæ.
abrotanifolia.

Othon-

Othonna cheirifolia.
tenuisſima.
fruteſcens.
Hippia fruteſcens.
Eriocephalus africanus.
Parthenium hyſterophorus.
Iva annua.
Filago pygmæa.
Micropus ſupinus.
erectus.
Elephantopus ſcaber.
Oedera prolifera.
Sphæranthus indicus.
africanus.
Echinops ſphærocephalus.
ritro.
Orchis maculata.
Ariſtolochia clematitis.
Typha latifolia.
Zea mais.
Tripſacum dactyloides.
hermaphroditum.
Coix lacryma.
Axyris amaranthoides.
Alnus incana.
ſerrulata?
Urtica urens.
dioica.
dodartii.
pilulifera.
canadenſis.
cannabina.
balearica.
Urtica æſtuans.
Morus alba.
rubra.
nigra.
Xanthium orientale.
ſtrumarium.
ſpinoſum.
Ambroſia trifida.
artemiſifolia.
maritima.
Amaranthus albus.
græcizans.
melancholicus.
tricolor.
polygamus.
triſtis.
lividus.
blitum.
veridis.
polygonoides.
hybridus.
ſanguineus.
criſtatus.
hypochondriacus.
cruentus.
caudatus.
ſpinoſus.
Sagittaria ſagittæfolia.
Thetigonum cynocrambe.
Poterium ſanguiſorba.
ſpinoſum.
Quercus robur.
Juglans nigra.

Fagus

Fagus ſylvatica.
Betula alba.
excelſa.
nana.
Carpinus betulus.
Corylus avellana.
Arum dracontium.
maculatum.
tenuifolium.
nymphæifolium.
eſculentum.
auritum.
Pinus ſylveſtris.
ſtrobus.
larix.
abies.
Thuja occidentalis.
orientalis.
Cupreſſus ſempervirens.
Dalechampia ſcandens.
Acalypha virginica.
indica.
virgata.
Croton benzoë.
Ricinus communis.
Hura crepitans.
Trichoſanthes anguina.
cucumerina.
Momordica balſamina.
elaterium.
Cucurbita lagenaria.
aurantia.
pepo.
Cucurbita melopepo.
citrullus.
Cucumis colocynthis.
prophetarum.
melo.
ſativus.
Bryonia alba.
dioica.
Siſyos angulata.
Andrachne telephioides.
Salix fragilis.
purpurea.
Phoenix dactylifera.
Hippophae rhamnoides.
Myrica cordifolia.
quercifolia.
Spinacia oleracea.
Cannabis ſativa.
chinenſis.
Humulus lupulus.
Tamnus communis.
Smilax aspera.
herbacea.
Dioſcorea ſativa.
Elais guineenſis.
Populus alba.
nigra.
balſamifera.
tremula.
heterophylla.
Rhodiola roſea.
Mercurialis perennis.
annua.

Mer-

Mercurialis ambigua.
tomentoſa.
Coriaria myrtifolia.
Stratiotes aloides.
Datiſca cannabina.
Cliffortia ruſcifolia.
Cycas circinalis.
revoluta.
Zamia cycadis.
pumila.
Juniperus ſabina.
communis.
oxycedrus.
Taxus baccata
Ephedra diſtachya.
Ruſcus aculeatus.
hypophyllum.
androgynus.
Clutia polygonoides.
pulchella.
Muſa paradiſiaca.
Fraxinus excelſa.
ornus.
Ceratonia ſiliqua.
Ficus carica.
bengalenſis.
Chamerops humilis.
Veratrum album.
nigrum.
luteum.
Andropogon gryllus.
Chloris radiata.
barbata.
Holcus odoratus.
bicolor.
mollis.
lanatus.
ſorghum.
ſaccharatus.
Aegilops ovata.
triuncialis.
Maniſuris myurus.
Valantia apparine.
cruciata.
Parietaria officinalis.
judaica.
luſitanica.
Atriplex portulacoides.
glauca.
hortenſis.
Terminalia catappa.
Acer pſeudoplatanus.
rubrum.
ſaccharinum.
platanoides.
campeſtre.
negundo.
Celtis occidentalis.
orientalis.
Mimoſa ſenſitiva.
pudica.
virgata.
Gleditſchia triacantha.
Eqviſetum arvenſe.
Marſilea quadrifolia.
Osmunda lunaria.

Os-

Osmunda regalis.
Acroſtichum ilvenſe.
Pteris aquilina.
caudata.
criſpa.
decurrens.
longifolia.
Aſplenium murarium.
Polypodium aureum.
dryopteris.
femina.
Polypodium mas.
fragile.
phegopteris.
thelypteris.
trichomanoides.
vulgare.
Onoclea ſtruthiopteris.
Adianthum capillus.
Funarla hygrometrica.
Sphagnum paluſtre.
Buxbaumia aphyhylla.
folioſa.
Polyihrum commune.
Jungermannia nemoroſa.
ciliaris.
Dicranum ſcrparium.
Encalypta exſtinctoria
Tortula muralis.
ruralis.
Gymnoſtomum pyriforme.
Grimmia apocarpa.
Baſtramia pomiformis.
Bryum argenteum.
fontanum.
crudum.
Hypnum triqvetrum.
proliferum.
delicatulum.
parietinum.
criſta.
abietinum.
ſerpens.
Marchantia polymorpha.
Callicium capitellatum.
Lichen upſalienſis.
omphalodes.
olivaceus.
ſaxatilis.
parietinus.
ciliaris.
iſlandicus.
nivalis.
furfuraceus.
prunaſtis.
juniperinus.
aphthoſus.
caninus.
ſaccatus.
cocciferus.
rangiferinus.
paſcalis.

THE-

THESES.

I.

Causſas tardiorum Hiſtoriæ Naturalis progresſuum præcipuas esſe putamus, quod experientia priſci ævi, incerta nomenclatura innixa, ante noſtra perierit tempora, et quod ipſe numerus rerum naturalium memoriam et diligentiam Majorum ſuperare et reſpuere videretur.

II.

Inter omnes hiſtoriæ Naturalis partes, primum omnino locum illæ ſibi vindicant, quæ regnum vegetabile, hiſtoriamque Mammalium deſcribunt atque explanant.

III.

Syſtema quodcunque artificiale Plantarum ſemper, quousque fieri poteſt, ordinem Naturæ obſervare et ſervare debet.

IV.

Kuhnia ergo non eſt planta Pentandra, verum Eupatoriis asſocianda in clasſe Syngeneſiæ.

V.

Neque Cyphia, licet filamenta ſtaminum Monadelpha, a Lobeliis ſeparanda.

VI.

VI.

In duas potisſimum partes abierunt calorem plantarum proprium explicaturi, quorum ſententiis, qui eum fluidisſimum, per omnia vel denſisſima corpora æqualiter penetrantem, atque a materia luminis diverſum esſe contenderunt, lubentius adſtipulamur.

REFORMANDÆ
PHARMACOPOEÆ SVECICÆ

(Vo. 208)

SPECIMEN PRIMUM

QUOD

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. NANCIENS. MED. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

LIBRARY, NEW YORK BOTANICAL GARDEN

PRO GRADU MEDICO

EXHIBET

AUCTOR

LAURENTIUS GUILIELMUS ZETHELIUS,

PHIL. MAG. ALUMNUS FLODINIANUS STOCKHOLMIENSIS.

IN AUD. BOTANICO DIE XI APR. MDCCCIV

HOR. ANTE ET POST MERID. SOLIT.

UPSALIÆ,
TYPIS EDMANNIANIS.

Facultas Medica Upſalienſis Specimen hocce dignum judicat quod imprimatur & pro ſummis in Medicina Honoribus rite impetrandis publicæ disquiſitioni ſubjiciatur. Upſaliæ d. 26 Martii 1804.

P. AFZELIUS.
Facult. Medicæ h. t.
Decanus.

MATERIA PHARMACEUTICA.

Abſinthium vulgare. *Herba & Summitates.*

Artemiſia Abſinthium. Lin. Syſt. Veg. Ed. XV. 784.
Svecica perennis.

Folia compoſita, multifida, flores ſubgloboſi, penduli, receptaculum villoſum, odor ingratus, ſapor nauſeoſus & amarus.

Acetoſella. *Herba recens.*

Oxalis Acetoſella. Willd. Sp. Pl. II. 780.
Svecica perennis.

Herba ſcapo unifloro, foliis ternatis, foliolis obcordatis; ſaporis aciduli grati.

Acetum.

A quocumque liquore vinoſo parari poteſt. Unciæ duæ vim habeant, quanta ad ſaturandum Carbonatis Kali drachmam ſufficiat. Acido ſulphurico aliquando corrumpitur, quod adjecto Muriate Barytæ detegitur, Sulphate ſcilicet Barytæ ſeſe præcipitante, qui deinde combuſtus in aceto deſtillato haud ſolvitur. Capſico, Mezereo, aliisque plantis acribus adjectis, adulteratio nou niſi ſapore cognoſcitur. Acetum nempe ſuſpectum cum ſincero com-

paratum acriori quidem gaudet ſapore & minus grato, ſed ad majorem Kali portionem ſaturandam non ſufficit.

Acidum Sulphuricum.

Quod venale eſt ad Nordhauſen Saxoniæ deſtillatione ex Sulphate ferri facta, in Anglia vero combuſtione Sulphuris obtinetur. Sit odoris & coloris expers, gravitate ſpecifica 1,850 ad 1,900.

Aconitum *Herba & Folia recentia & ſiccata.*

Aconitum Neomontanum
— — *Tauricum*
— — *Napellus*
— — *Cammarum*
} Willd. Sp. Pl. II. 1236.

Gallica, Helvetica, Italica, Alpina, perennis.

Antequam effloruerit, colligatur; cognoſcitur petalis quinque absque calyce, nectariis duobus pedunculatis, recurvis.

Aconitum neomontanum. Labium corollæ revolutum, bifidum, folia nitida, digitato-quinquepartita: laciniis lanceolatis brevisſime dentatis, pedunculis glabris.

Aconitum tauricum. Labium corollæ revolutum, bifidum, folia nitida, digitato-quinquepartita, laciniis lanceolatis, trifido-inciſis, pedunculis pubeſcentibus.

Aconitum napellus. Labium corollæ adſcendens, folia nitida, quinquepartita: laciniis tripartitis inciſis linearibus.

Aconitum cammarum. Labium corollæ rectum emarginatum, folia opaca, quinquepartita: laciniis oblongo cuneiformibus, trifidis, dentatis.

Recentes odore vix ſenſibili, ſapore acri gaudent.

Adeps

Adeps Suilla.

Sus Scrofa Gmel. Syſt. Nat. II. 217.

Pinguedo abdominis; ſit recens & omnis odoris expers.

Allium. *Radix recens.*

Allium Sativum. Willd. Sp. Pl. II. 68.

Culta perennis.

Bulbus compoſitus, multipartitus, imbricatus, albus, odore gravi, nauſeoſo, penetranti & ſapore acerrimo.

Aloë Lucida.

Aloë Spicata. Willd. Sp. Pl. II. 185.

Frutex indigenus Cap. Bonæ Spei perennis.

Succus inſpiſſatus foliorum. Sit ſplendens, ſubpellucidus, ſaporis amaro-nauſeoſi, odoris ſubmyrrhini.

Althæa. *Radix.*

Althæa Officinalis. Willd. Sp. Pl. II. 773.

Culta perennis.

Radices fibroſæ, longæ, craſſitie interdum digiti, cuticula flaveſcente, interne alba, ſapore mucilaginoſo, omnis odoris expertes.

Alumen crudum. Sulphas Aluminæ acidus.

Sal triplex octaedricum, ex Argilla, Kali, interdum Ammonio, cum Acido Sulphurico ſuperſaturatum. Sit album, pellucidum, ferro non inquinatum. Solvitur in aquæ frigidæ partibus 34, fervidæ pars una cum dimidia ad Solutionem ſufficit.

Ammoniacum vulgo Gummi ammoniacum.

Planta obſcura, forſan umbellifera ex Abysſinia, Libya & præ-ſertim ex Deſerto Barca, Alexandriam venit, unde nobis adfertur.

Gummi Reſina, tenax, odore forti & ingrato, Galbani haud abhorrente, ſapore nauſeoſo & aliquantum acri prædita. Præſtat quæ in Granis albidis eſt, & eo melior, quo magis albida. Ammoniacum in masſis, colore fuſco, ut arena & ſcandulis inquinatum, rejiciatur. In calore molleſcit, nec tamen omnino liqueſcit. In frigore dureſcens ad pulverem triturari poteſt. Spiritus vini dimidiam fere partem ſolvit. Cum aqua ſolutio lacteſcit, unde poſtea reſinoſum deponitur. In acidis dulcificatis antea Carbonate Kali trituratum optime ſolvitur.

Amygdalæ.

Amygdalus Communis, Willd. Sp. Pl. II. 982.
Arbor Europæ Meridionalis.

Amygdalæ *dulces*, ſemina arboris, odore & ſapore grato dulcique.

Amygdalæ *amaræ* ex varietate Amygdali communis collectæ, ſeminibus minoribus, ſapore ſubamaro. Utræque ſint intus albæ, nullis maculis interſperſis, nec larvis punctatæ, nec rancidæ.

Amylum.

Pulvis albisſimus, ſubtilisſimus, poſt elutionem principii glutinoſi & ſaccharini ſeminum, fructuum & radicum farinoſarum reſiduus. Omni careat ſapore & odore. In aqua frigida & ſpiritu vini ſolvi non patiens. In aqua fervida ſolvitur. Radices Solani tuberoſi, ſemina Tritici hi-

hiberni magnam ipſius continent portionem. Radices Orchidum nullam prorſus niſi hanc materiam continent.

Angelica. *Radix.*

Angelica Archangelica. Willd. Sp. Pl. I. 1428.
Alpina, Pyrenæa, Laponica biennis.

Radix capite oblongo, craſſo, fibroſo, extrinſecus ex flavo fuſca, intus albida, tenax, maculis numeroſis flavis oleo æthereo repletis, interſperſis. Odore fragranti, aromatico, ſapore amaro aromatico. Sint radices hieme vel primo vere collectæ & loco ſicco conſervatæ.

Anguſtura. *Cortex.*

Magnoliæ Species?
Frutex Americæ Meridionalis in Inſula St. Trinidad frequens.

Cortex facie externa albidus, facie interna ex albido luteus, lineæ circiter craſſitiei, latitudinis circiter pollicis unius cum dimidio in fractura reſinoſus. Odore minus grato, ſapore amariſſimo, aromatico.

Aniſum ſtellatum.

Illicium Aniſatum. Willd. Sp. Pl. II. 1254.
Frutex in Japonia, Tartaria, & Sina frequens.

Pericarpia ſtellata, capſulis ſex vel octo coadunatis, coriaceis, fuſcis, intus glabris, ſeminibus ovatis, nitidis. Odore grato, ſapore dulci aromatico, inter Aniſum & Foeniculum medium tenente.

Antimonium crudum l. ſtibium ſulphuratum nigrum.

Minera Stibii Sulphurati per eliquationem in vaſis clauſis a matrice purgata, & cryſtallis nitentibus nigris

 aci-

acicularibus in fractura conſpicua. Quod ex Hungaria venit puriſſimum eſt. Præterea vero ex pluribus locis Germaniæ & Galliæ nobis adfertur.

Argentum.

Metallum album ductile Acido Azotico præcipue ſolubile, antea oxydatum cum Acido Muriatico connubium indisſolubile contrahens, vulgo *Luna cornea* dictum.

Armoracia. *Radix recens.*

Cochlearia Armoracia. Willd. Sp. Pl. III. 451.

Culta perennis.

Radix cylindrica, albida ſucculenta, odore & ſapore acri.

Arnica. *Flores.*

Arnica Montana. Lin. Syſt. Veg. Ed. XV 809.

Svecica perennis.

Flores compoſiti lutei, calyx communis, cujus ſquamulæ breviores petalis lanceolatis, apice purpureis; digitis confricati ſternutationem movent: Sapore ex acri amaro. Ab *Inulæ* ſpeciebus, quibus interdum adulterati reperiuntur, ex eo diſtinguuntur, quod Antheræ Inulæ bicornes ſint, quodque flores Arnicæ multo ſint majores. Cum *Hypochæride radiata* non facile confundi poteſt, in hacce nempe petalis omnibus ligulatis, in Arnica vero petalis radii tantum ligulatis, diſci floſculoſis. *Anthemis tinctoria* aliquando pro Arnica adhibita ab illa diſtingvitur receptaculo paleaceo & abſentia pappi, ſeu ſeminibus glabris.

Arſenicum album. Oxydum Arſenici album.

Sublimatione in officinis metallurgicis ſub fuſione aut uſtulatione aliorum metallorum obtinetur. Carbonibus

bus ignitis inſperſum fumi albi inſtar, odore alliaceo avolat. Aqua & Spiritu Vini ſolvitur, unde poſtea cryſtalli deponuntur pyramidales. In ſolutione ipſius papyrus Lacmo tincta rubeſcit. Liquore probatorio Hahnemanni ſolutioni adjecto maſſa præcipitatur flava. Aqua calcis præcipitatum efficit album. Antidotum optimum eſt Hydroſulphuretum Kali (vulgo Hepar Sulphuris) aqua ſolutum.

Aſſa Foetida.

Ferula Aſſa foetida. Willd. Sp. Pl. I. 1413.

Ferula Perſica. Hope Phil. Transact. 75. 1785. pag. 36. Tab. 3, 4.

Utraque Planta perennis, umbellifera, Perſica.

Gummi Reſina e radice ſauciata effluens, tunc lacteſcens, poſtea tenax ex flavo fuſca, interdum roſea, granis albidis ſæpe pellucidis interſperſis. Odor graviſſimus & nauſeoſus ab Allii non abhorrens, & quidem eo gravior, quo melior & recentior materia. Sapor ex acri amarus. Rejiciantur maſſæ nigræ, reſinoſæ, ſiccæ & fragiles.

Aſarum. *Folia.*

Aſarum Europæum. Willd. Sp. Pl. II. 838.

Svecica perennis.

Folia bina, reniformia, obtuſa, odore nauſeoſo, ſternutationem moventia.

Aurantium.

Citrus Aurantium. Willd. Sp. Pl. III. 1427.

Arbor Indiæ & Europæ meridionalis.

Flavedo corticis fructus maturi odore gratiſſimo, amaritie haud ingrata & oleo æthereo prædita.

Flo-

Flores recentes petala quinque oblonga, plana, patentia, alba, odore gratisſimo.

Oleum Æthereum, vulgo Bergamot dictum, aut expresſione aut deſtillatione obtentum; colore ex albo flaveſcente, odore gratisſimo. Cum Spiritu Vini & Oleis pinguibus interdum corrumpitur; prior adulteratio aqua adjecta, quæ integrum reſervare debet colorem, alias vero lacteſcit, detegitur; poſterior vero per guttam chartæ immisſam, quæ ſi oleum ſincerum ſit, ſiccata gutta, pura manet, oleo vero pingvi præſente, maculam ſuſcipit.

Fructus immaturi nigricantes, odore grato & ſapore amariori gaudentes.

Folia ovata, petiolata, acuminata, petiolis alatis.

Balſamum Copaivæ.

Copaifera Officinalis. Willd. Sp. Pl. II. 630.

Arbor Americæ meridionalis præſertim in Braſilia frequens.

Ex arbore ſauciata majori copia effluit pellucidum, ex albo flaveſcens, odore aromatico, ſapore ſubamaro grato præditum. Terebinthina inprimis inquinatur, quod tantum guſtu & olfactu explorare licet. Si cum oleo Amygdali vel alio oleo pingvi, quod interdum fit, ſit adulteratum, hoc adjecto ſpiritu vini balſamum ſolvente oleum reſpuente, detegitur.

Balſamum Peruvianum nigrum.

Myroxylon Peruiferum. Willd. Sp. Pl. II. 546.

Arbor Peru & Braſiliæ.

Obtinetur coctione ramulorum, dum aquam balſamum uti pellicula tegit, donec refrigerata fuerit aqua, quum ſubſidet. Solvitur in ætheribus & ſpiritu vini, ſed mix-

mixtionem cum oleis pingvibus reſpuit. Ad partem in oleis æthereis ſolvitur. Odor inter Styracem, Benzoin & Vanillam medium tenens, quem etiam carbonibus ignitis injectum diſpergit; ſapor acris amaro-aromaticus. Corrumpitur omni modo & ſæpius totum eſt artificiale. Balſami genuini aliquot guttulæ acido ſulphurico adjectæ colore id tingunt intenſe coccineo.

Belladonna. *Radix.*

Atropa Belladonna. Willd. Sp. Pl. I. 1017.

Planta Europæ meridionalis, hortis noſtris medicis culta.

Radix craſsitie pollicari, elongata, ſublignea, ramoſa, tuberculoſa, geniculata, repens, e cinereo flaveſcens.

Benzoë. Gummi Benzoë.

Styrax Benzoin. Willd. Sp. Pl. II. 623.

Arbor in Sumatra, Java & Siam frequens.

Reſina ex ramis exuberans granulis ex rubro fuſcis & flavis compoſita, nitens, fragilis. Odorem gratiſsimum, inprimis carbonibus injecta. ſpargit. Saporem præbet balſamicum ſubacrem. In ſpiritu vini ſolubilis inter reſinas numeratur; acidum vero proprium, Benzoicum ſic dictum, tenet, quod quidem in ceteris reſinis (excepto forſan Styrace ?) fruſtra quæritur.

Berberis. *Baccæ.*

Berberis Vulgaris. Willd. Sp. Pl. II. 227.

Svecica fruticoſa.

Baccæ recentes, oblongæ, rubræ, peracidæ.

Betula. *Folia recentia.*

Betula Alba. Lin. Syſt. Veg. Ed. XV. 893.

Arbor Svecica

Folia ovata, acuminata, ſerrata; ſint tenerrima & primo vere collecta.

Bilis Bubula recens.

Bos Taurus domeſticus Gmel. Syſt. Nat. I. 203.

Sit recens; colore nigricante, ſapore amarisſimo.

Bismuthum.

Metallum fragilisſimum, ex albo ſubrubicundum, lamellatum ad 460° Fahr. liqueſcens, in vaſe clauſo ſublimatur, in aperto flamma coerulea ardens, flores in igne poſtea fixos deponens flavos. In igne temperato e flavo fuſcum ſeſe oxidans. Acido Azotico præcipue ſolvitur.

Biſtorta. *Radix.*

Polygonum Biſtorta. Willd. Sp. Pl. II. 441.

Culta perennis.

Radix longa, crasſitie pollicari, extrinſecus fuſca, intus rubra. Odore carens, ſapore maxime adſtringenti gaudet. In aqua & ſpiritu vini ſolvitur pars adſtringens.

Boletus igniarius.

In Quercu Robore paraſiticus.

Fungus lævis, tenuisſime poroſus, ex fuſco cinereus.

Borax. Boras Natri alkalinus.

Sal nativum ex Natro cum Acido boracico haud ſaturatum conſiſtens. Sub nomine *Tinkal* ex media Aſia præſertim e regno Tibet in Europam venit, & heic per

cry-

cryſtalliſationem depuratur. Album ſit, cryſtallinum & levi igne fuſile.

Cajeput Oleum.

Melaleuca Leucadendron. Willd. Sp. Pl. III. 1428.

Arbor Indiæ orientalis inprimis in Banda frequens.

Oleum ex foliis deſtillatum, æthereum, fragrantisſimum, virideſcens, odore Camphoræ fere ſimili, ſapore acri a Cardamomorum non abhorrente. Vaſe vitreo rectificatum album præbet colorem. Sæpe aliis oleis æthereis inquinatur & rarius genuinum in Europam venit.

Calaminaris Lapis.

Lapis ex flavo cinereus, quo durior, eo melior. Zinci oxydati, a 0,30, ad 0,80, prætereaque Ferrum, Siliceam & Aluminam, quorum tamen variat quantitas, tenet. Uſta in officinis plerumqūe reperitur.

Calamus vulgaris l. aromaticus. *Radix.*

Acorus Calamus. Willd. Sp. Pl. II. 199.

Svecica perennis.

Radix digito fere crasſitie æqualis, geniculata, ſpongioſa, extrinſecus e viridi rubeſcens, intus albida. Odore gaudet ſvavi aromatico, ſapore amaro aromatico haud ingrato.

Calx Aërata l. Carbonas Calcis.

Terra alba, ſui generis, Acido Carbonico juncta, cujus 0,45 tenet. Amisſo acido in 680 partibus aquæ ſolvitur. Eligatur purisſima & albisſima, qualis in Marmore albo, Teſtis oſtrearum & Creta alba reperiatur.

 Cam-

Camphora.

Laurus Camphora. Willd. Sp. Pl. II. 478.
Arbor Indiæ orientalis præſertim in Japonia frequens.

Camphora Cruda ex trunco, ramis & radicibus arboris deſtillata, masſis globoſis, ſubflavis vel cinereis & ſtraminibus immixta Europam venit. Poſtea in Anglia, Venetiis, Amſtelodami, pluribusque locis deſtillatione rectificatur & ſic in masſis orbicularibus, convexo concavis, ſæpius in medio perforatis, duarum circiter librarum ponderis, nobis adfertur. Niveam habeat albedinem, ſit ſubpellucida, olei inſtar igni admota fluat & accenſa omnis deflagret flamma albida & odore fragrantisſimo. Gravitas ejus ſpecifica eſt o. 996. Solvitur ætheribus, oleis pingvibus & æthereis, Acido Sulphurico & Azotico. Pluribus etiam plantis extrahi queat & inter eas ex noſtra Junipero communi.

Cannabis. *Semina.*

Cannabis Sativa. Lin. Syſt. Veg. Ed. XIV. 1115.
Culta annua.

Semina ovata, glabra, cinerea, oleoſo-mucilaginoſa.

Cantharis.

Meloë veſicatorius Lin. Faun. Sv. Ed. II. 227.
Lytta veſicatoria Fabricii Entom. Syſt. I. pars 2:da pag. 83.
Svecicum.

Inſectum coleopterum, oblongum, ex viridi ſplendens, antennis nigris, filiformibus. Menſe Julii in Fraxino, Syringa & Liguſtro colligendum; leniter ſiccatum in vaſe clauſo, loco ſicco conſervandum.

Car-

Carbo ligni.

Carbones Pini vel alius arboris in crucibulo clauſo, cujus operculum foramine parvo eſt inſtructum, urantur, donec fumus omnino deſinit. Maſſa remanens, in pulverem trita, vaſe clauſo ſervetur.

Cardamomum minus.

Amomum Cardamomum. Lin.
Amomnm Compactum. Thunb.
Amomum Repens. Afz.
Plantæ Javæ, Malabariæ & Ceylonæ.

Capſula trilocularis, fragilis, flaveſceus, ſeminibus nigricantibus inſtructa. Odor eſt gratus aromaticus; ſapor aromaticus & penetrans.

Carex arenaria l. Gramen rubr. *Radix.*

Carex Arenaria. Lin. Syſt. Veg. Ed. XIV. 1046.
Gramen perenne locis arenoſis in Oelandia & Scania frequens.

Radix repens, filiformis, ſimplex, articulis inſtructa, extrinſecus ex fuſco rubens, intus alba. Odore a Terebenthinæ haud abhorrente; ſapore ex dulci aromatico.

Cariophyllata. *Radix.*

Geum Urbanum. Willd. Sp. Pl. II. 1113.
Svecica perennis.

Radix fibroſa, extrinſecus ex fuſco rubens, intus albida, odore & ſapore a Cariophyllorum haud abhorrente. Tres ſaltim annos ſit nata, primo vere locis altioribus effodiatur & caute ſiccetur.

Cariophylli.

Eugenia Cariophyllata. Willd. Sp. Pl. II. 965.

Arbor inprimis Amboinæ, nunc vero etiam Inſula Bourboniæ & Franciæ plantata.

Flores vix aperti cum calycibus. Caput exiguum ex petalis quatuor adhuc non explicatis conſtat. Ex fuſco nigricant, odorem ſpargunt aromaticum & ſaporem habent ex acri aromaticum nec tamen ingratum. Cum iis, e quibus dudum oleum æthereum eſt extractum, interdum commixti reperiuntur, quod non niſi ex ſapore minus acri & odore minus aromatico cognoſcitur.

Carvum. *Semina.*

Carum Carvi. Willd. Sp. Pl. I. 1470.

Svecica biennis.

Semina e fuſco cinerea, parva, oblonga, ſtriata, odore & ſapore aromatico.

Caſcarilla. *Cortex.*

Croton Eluteria. Thunberg.

Frutex in Peru & Florida frequens.

Cortex extrinſecus ex albido cinereus, intus ex nigro ferrugineus, plus minus convolutus, lineæ circiter craſſitiei, odorem carbonibus injectus Moſchi vel Ambræ ſimilem ſpargens, ſapore acri aromatico & amaro. Eo melior eſt cortex, quo magis in fractura reſinoſus.

Caſtoreum.

Caſtor Fiber Gmel. Syſt. Nat. I. 124.

Animal in Europæ Americæ & Aſiæ partibus ſeptentrionalibus etiam Svecia ad Littora ſylvoſa maris & fluminum vitam degens.

Humor in ſaccis, huic tantum fini adaptatis, juxta genitalia utriusque ſexus, ſebaceus. In ſaccis recentibus albidus & ſpisſus, in fumo, ut fieri ſolet, ſiccatus

tus colorem induit fuſcum. Caſtoreum Rusſicum, Borusſicum & Polonicum optimum eſt. Anglicum, quod ex Canada ivenit, minoris æſtimatur & in genere eo melius eſt, quo majores ſint ſacci, in quibus reperiatur. Odor nauſeoſus, ſapor ex acri amaricans. Cum Ammoniaco albo, ſcrotis Caprarum injecto, aliquando commutatum reperitur, quod ex ipſa ſaccorum indole cognoſcitur.

Catechu l. Succus Japonicus.

Mimoſa Catechu. Lin. Syſt. Veg. Ed. XIV. 1158.

Arbor in Hindoſtan & Bengalen frequens.

Extractum aquoſum ligni inſpisſatum. Odore careat ſapore ſit adſtringenti amaro, ſolvatur aqua ad $\frac{7}{8}$ partes & Carbonibus injectum, minima parte reſidua, conburatur.

Centaurium minus. *Herba*

Chironia Centaurium. Willd. Sp. Pl. I. 1068.

Svecica annua.

Herba foliis elipticis trinerveis, corollæ limbo plano, odoris expers, ſapore amarisſimo.

Cepa. *Radix recens.*

Allium Cepa. Willd. Sp. Pl. II. 80.

Svecica biennis.

Radix bulboſa, colore rubro, ſapore acri.

Cera flava.

Apis Mellifera. Fabr. Ent. Syſt. II. 327.

Inſectum Hymœnopterum ſvecicum.

Masſa e polline plantarum collecta. Sit oleis miſcibilis, ſpiritu vini haud ſolvatur, quo nempe in caſu cum reſina Colophonii eſt adulterata.

Ce-

Ceraſus. *Fructus.*

Prunus Ceraſus & Prunus Avium. Willd. Sp. Pl. II. 991.

Arbores ſuecicæ.

Drupæ rubræ vel nigræ, grata aciditate præditæ.

Cerefolium. *Herba.*

Scandix Cerefolium. Willd. Sp. Pl. I. 1450.

Svecica culta annua.

Herba umbellis ſeſſilibus, foliis glabris triplicatō-pinnatis. Odore haud ingrato; ſapore aromatico prædita.

Cerusſa alba. Carbonas Plumbi.

Vapore aceti paratur. Adulteratio ipſius cum Creta alba adjecto Acido ſulphurico, quod cum Plumbo connubium aqua non ſolubile, cum Calce vero in ſufficiente aquæ copia ſolubile contrahit, detegitur.

Cetaceum vulgo Sperma Ceti.

Phyſeter Macrocephalus. Gmel. Syſt. Nat. I. 227.

Oceani ſeptentrionalis incola.

In maſſis albisſimis, lamellatis, pellucidis, nitentibus nobis adfertur. Si cera, quod interdum ſit, ſit adulteratum, colorem induit minus nitentem, nec lamellatum reperitur. In ætheribus, oleis pingvibus, acido ſulphurico & ſpiritu vini calido ſolubile ſit.

Chamomilla. *Herba.*

Matricaria Chamomilla. Lin. Syſt. Veg. Ed. XIV. 967.

Svecica annua.

Herba cum floribus compoſitis radiatis, receptaculo conico, floſculis diſci flavis, radii albis. Odore minus grato; ſapore amaro aromatico.

Cheno-

OBSERVATIONES.

Abſinthii vulgaris ſummitates omitti quidem poſſent, quum nec gratioribus, nec æque efficacibus careamus amaris; verum eas retinere cenſuimus, partim ob vile pretium, partim quia in variis morbis externe adhibitæ egregios præſtant effectus. Infuſum & Tinctura repudianda; forma extracti optime ſubminiſtratur. Externe ut reſolventes, in Inflammationibus eryſipelaceis non ſine ſucceſſu ſunt adhibitæ, inprimis ſi Camphora & Carbonate Calcis junguntur. Principium eſt amarum oleo æthereo mixtum.

Acetoſellæ Herba. Oxalas Kali Acidulus, (ſal Acetaſellæ) qui ex ſucco expreſſo & inſpiſſato Acetoſellæ cryſtalliſatione obtinetur, ex Helvetia & Germania meridionali ad nos adfertur. Facili autem negotio in Patria parari poteſt, quum planta in ſilvis noſtris ſit frequentiſſima. Eam itaque expungere noluimus, tum ob hanc rationem, tum quoniam recens contuſa in ulceribus Scrophuloſis aliisque mali moris utilis nobis eſt viſa.

Acetum vini purius plerumque fortius reperitur illo, quod ex vino pomaceo, hydromeli, cereviſia, vel aliis quibuscunque liquoribus vinoſis conficitur, quammobrem uſus illius internus & pharmaceuticus ſolus ſit commendandus. In Febribus inflammatoriis, bilioſis & ſic dictis putridis, in Mania, Melancholia, Singultu & antidoti

doti loco contra venena narcotica uſu fuit receptum. Cum nitro junctum in Scorbuto ſalutare perhibetur. Externe adhibitum, forma vaporis, lotionis, fotus, enematis, injectionis. c. c. in Inflammationibus, Cynanche, Pneumonia, Phlegmone, Cephalalgia, Hæmorhagiis, Scirrhis, Ecchymoſi, Combuſtionibus levioribus & Ulceribus malignis ad effluvia corrigenda. Ut odoramentum in Hyſteria & Lipothymia. Vapor etiam in cubiculis ægrotorum utilis.

Acidum ſulphuricum inprimis deſtillatione rectificatum complura ingreditur pharmacopoeæ præparata. Quale proſtat venale, aliquando, ut cauſticum, a Chirurgis adhibetur. Cum Axungia in Scabie, Paralyſi & Rheumatismo chronico ſæpius fuit præſcriptum.

Aconiti Herba & Folia recentia & ſiccata. In Pharmacopoea Svecica præſcribitur Aconitum Cammarum. Quum vero æque ſint efficaces ceteræ Aconiti allatæ ſpecies, non dubitavimus eas etiam utendas præſcribere. Ex herba & foliis recentibus paratur extractum, quod tamen foliis ſiccatis minus efficax dicitur. In Febribus intermittentibus, Rheumatismo chronico, Arthritide, Exoſtoſibus & ante operationem Cataractæ ad pupillam dilatandam non ſine ſuccesſu præſcribitur. Acidis vegetabilibus optimum huic ſubminiſtratur antidotum. Principium tenet acre.

Adeps Suilla, plurimorum ungventorum baſis, a Pharmacopoea abesſe non debet.

Alcannæ radix, non niſi ad tingenda alia medicamenta uſitata, excludatur.

Ra-

Allii radix. In Febribus intermittentibus, Amenorrhoea, Aſthmate, Colica, Hyſteria, Anaſarca, Scorbuto, & contra vermes eſt uſitata; Hæmorrhoidariis vero, ſi adhibere umquam liceat, ſumma circumſpectione detur. Subſtantia optime ſubminiſtratur. Succus etiam expresſus, ſyrupo, vino, aceto lactique junctus, præſcribi poteſt. Externe Clyſmata contra Aſcarides Vermiculares ingreditur. Succus expresſus Herpetibus applicatur. Principium tenet acre olei ætherei minuta parte immixtum.

Aloë lucida. Socotrina forſan eſt optima, ſed tanto jam venditur pretio mercatoribus, ut, an genuinam umquam obtineamus, dubitare liceat. Aloë lucida præterea æque pura eadem gaudet vi, ſed multo minoris emitur pretii, quare eam Pharmacopoeæ intulimus. Inter cathartica numeratur reſinoſa. Ad excitanda Menſtrua & Hæmorrhoides interdum fuit præſcripta.

Althææ radix, mucilaginem multam tenens, in Tusſi catharrhali, Raucedine, Stranguria ex uſu Cantharidum orta, & ad venena involvenda forma decocti ſubminiſtratur. Externe adhibita Clyſmata emollientia, gargarismata, cataplasmata & ungventa ingreditur.

Folia althææ, dum habemus radicem, numerum medicamentorum absque ratione non augeant.

Alumen. l. Sulphas Aluminæ acidus. Interne ut adſtringens in Hæmorhagiis pasſivis, Fluore albo, Colica pictonum, Diarrhoeis, Diabete mellito & Paralyſi veſicæ urinariæ præſcribitur. Subſtantia detur, vel forma ſeri lactis aluminati ex lactis libra j & Aluminis dr. j parati. Externe forma injectionis, gargarismatis, collutorii, collyrii in Ulceribus venereis oris, Cynanche tonſillari & mucoſa,

 Ophtal-

Ophtalmia membranarum, Blenorrhoea & Leucorrhoea adhibetur. Amiſſa aqua Cryſt. ut cauſticum in ulceribus fungoſis & excreſcentibus ſpargitur.

Ammoniacûm antea Gummi Ammoniacum dictum, in Arthritide, Rheumatismo chronico, ad finem Pneumoniarum, Aſthmate, Tusſi catharrhali, Phtiſi, Hyſteria, Colica, Hypochondria, Hydropibus cum cet. eſt uſitatum. Forma pillularum vel emulſionis cum aqua paratæ (lac Ammoniacum) præſcribitur. Externe in Induratione teſtium incipienti, Fungis articulorum, Struma, Scirrhis & Phtiſi pulmonali cum aceto ſcillitico ad conſiſtentiam emplaſtri mollioris ſæpius præſcribi poteſt.

Amygdalæ dulces & amaræ. Principium utriusque eſt oleum mite, quod in officinis expresſum reſervatur, vis vero arilli, quo obducuntur amygdalæ amaræ, a Lauroceraſi haud abhorret. Ipſa ſemina ad parandas emulſiones, in Iſchuriis, Stranguriis variisque Febribus adminiſtratas, inſerviunt.

Amylum. Interne ut excipiens aliorum remediorum aliquando uſitatum, in Clyſmatibus præterea ſedantibus cum opio conjungitur; excoriationes minores hocce interdum conſperguntur.

Angelicæ radix. Principium in oleo æthereo conſiſtit. In Dyſpepſia, Colica flatulenta, Hydrope aliisque morbis a laxitate oriundis in uſum eſt recepta. Detur in ſubſtantia, tinctura vel infuſo.

Anguſturæ cortex principium tenet amarum,

mu-

mucilagini & parti perexiguæ reſinoſæ immixtum. Aromaticas non niſi paucas habet partes. In Diarrhoeis, pluribus morbis periodicis, & inprimis Febribus intermittentibus ſalutaris inventus.

Aniſi ſemina oleo æthereo prædita, minus jam uſitata excludenda eſſe credidimus, quum copia aliorum ejusdem claſſis tanta ſuppetat.

Aniſum Stellatum ad claſſem medicamentorum æthereorum pertinens, in accumulatione muci pectoris, rarius tamen ſolum præſcribitur, ſæpiſſime, ut gratus ſapor obtineatur, aliis remediis jungitur: Forma infuſi vel ſubſtantia detur.

Antim. Crud. l. Stibium ſulphuratum nigrum pluribus præparatis chemicis conficiendis inſervit.

Argentum ad parandum nitratem argenti cryſtalliſatum, vulgo argentum nitratum, & nitratem argenti fuſum, antea cauſticum lunare dictum, in officinis præſto ſit. *Argentum foliatum* adulterationibus obnoxium & ad luxum medicinæ pertinens, jure excludatur.

Armoraciæ radix recens. In Iſchuriis, Anaſarca & Scorbuto uſitatur. Aut ſubſtantia aut ſuccus expreſſus vel forma infuſi vinoſi, cereviſioſi vel aquoſi præſcribitur. Externe ut rubefaciens & epiſpaſticum. Pediluviis Arthriticorum interdum additur. Principium tenet volatile acre & oleum æthereum ad partem 256mam.

Arnicæ flores. In Febribus intermittentibus & malignis, Apoplexia & Paralyſi, Morbis pectoris, Dyſenteriis & Diarrhoeis colliquativis c. c. forma infuſi dentur.

 Prin-

Principium eſt reſina & oleum æthereum, utrum principium acre adſit, adhuc incertum.

Radix & folia Arnicæ minori quam flores gaudent vi, eoque majori jure ea eliminanda cenſemus, quo frequentioribus adulterationibus ſint obnoxia.

Arſenici oxydum album in Pertusſi & Febribus intermittentibus, quæcunque aliis remediis curari haud potuerint, uſurpatur. In Carcinomate & Hydrophobia, prudenter ut par eſt, adhibitum efficacia haud caruit. *Tanjore Pills* Anglicorum ingreditur, in quibus Arſenicum forſan ſolum eſt efficax. Externe etiam in Cancere & Carie adhibetur.

Ari radix *recens* acris, lacteſcens, *ſicca* ſaporis & odoris expers parum forſan gaudet vi medica.

Aſari folia Inter ſternutatoria optima jure annumerantur. Principium tenent acre.

Radice Aſari opus non habemus, quum ut emeticum ab Ipecacuanha multum ſuperatur, ut ſternutatorium a foliis compenſatur.

Aſſa foetida. In morbis ſpasmodicis & nervoſis ex irritabilitate exaltata oriundis efficacisſima fuit. In Hyſteria itaque, Hypochondria, Aſthmate ſpasmodico, Pertusſi, etiam in Carie uſitata, præterea ut expectorans & anthelminticum. Forma elixirii, tincturæ & pillulari detur. Externe in Clyſmatibus, cum Muriate ammonii in ulceribus cum carie connexis, ad ſuppurationem corrigendam. Emplaſtra etiam reſolventia ingreditur. Solvitur

vitur tota in Ammonio & Acidis dulcificatis Principium tenet magis gummoſum quam reſinoſum prætereaque oleum æthereum.

Aurantii flavedo corticis in Febribus intermittentibus, Hæmorrhagia uteri, Leucorrhoea, Colica flatulenta, Dyſpepſia & Hyſteria fuit præſcripta. Principium eſt oleum æthereum, quare vel ſubſtantia vel forma tincturæ, ſpiritus, conditi, ſyrupi & conſervæ adhiberi poteſt.

Oleo aurantii in Italia ſæpisſime expresſo iisdem morbis ac flavedine, forma æleoſacchari utimur.

Flores recentes deſtillationi Aquæ naphæ inſerviunt, quam tamen ſæpius ab exteris Pharmacopolæ emunt.

Folia flavedine quidem minus ſunt aromatica & amara. Pluribus tamen Medicis in Hyſteria, morbis convulſivis & inprimis in Epilepſia fuere laudata.

Fructus immaturi ut remedium tonicum tincturis & elixiribus addi queant.

Balſamum Copaivæ, olim in pluribus exulcerationibus internis præſcriptum, nunc temporis in Hæmorrhoidibus, Leucorrhoea, Gonorrhoea inveterata & Diarrhoea habituali c. pl. uſu venit. Forma detur aut æleoſacchari aut emulſione cum mucilagine quadam parata. Externe ad vulnera recentia tegenda, in Clyſmatibus & Injectionibus contra Gonorrhoeam inveteratam. Principium ipſius eſt reſinoſum oleo æthereo mixtum.

Balſamum Peruvianum. In morbis a laxitate oriundis ut v. gr. Aſthmate humido, Gonorrhoea inveterata

rata aliisque prudenter adhibeatur. Æleoſaccharum Balſami aut emulſio cum amygdalis facta præſcribitur. Principium eſt reſinoſum oleo æthereo intime mixtum.

Balſamum Tolutanum, Baſis Tincturæ Balſamicæ ſ. Tolutani & Syrupi Balſamici, multis modis adulterationi obnoxium, Pharmacopolæ forſitan majorem jacturam, quam nobis utilitatem, adfert, quare id excludendum cenſemus.

Bardanæ radix, Althæa & multiplicibus, quas habemus, aliis mucilaginoſis compenſata, numerum haud augeat.

Belladonnæ radix, in Chorea Sti. Viti, Epilepſia, Rabie canina, Paralyſi, Mania, Cancere & Tumoribus ſcirrhoſis ſæpe utilis fuit. Detur in ſubſtantia. Principium tenet narcoticum.

Benzoë. Uſus ejus internus jam omnis exolevit. Nunc ad parandum Acidum Benzoicum vulgo flores Benzoës adhibentur: Tincturas quoque, balſama artificialia, emplaſtra & ungventa ingreditur. Externe in Rachitide, Fungis articulorum & cet. ut fumigatorium interdum inſerviet.

Berberis Baccæ in officinis non reſervantur, ſed ab iis, dum ſunt recentes, parantur ſuccus Berberum, Roob & ſyrupus Berberum, de quorum uſu ſuo loco.

Betulæ folia tenerrima, ad Extractum Betulæ parandum, in officinis præſto ſint. Externe in Rheumatiſmo Chronico & Arthritide applicantur.

Olei

Olei Betulæ nunc temporis uſus omnino exolevit, quare id eliminare haud dubitavimus.

Bilis Bubula recens in officina non reſervatur, ſed copia quadam collecta inſpisſatur, et in Dyſpepſia, Cardialgia, Epilepſia, Rachitide, Obſtructionibus viſcerum, Hydropibus, Ictero & contra vermes præſcribi poteſt. Forma optime detur pillulari. Externe in Clyſmatibus in Opacitate corneæ (quo tamen morbo Bilis piſcium, ut acrior, majorem pollicetur efficaciam) in Indurationibus ſcrophuloſis forma linimenti cum cet. fuit uſitata.

Bismuthum ad parandos Azotatem & Muriatem Bismuthi, de quorum uſu ſuo loco dicetur.

Biſtortæ radix olim inter alexipharmaca habita eſt, nunc temporis ut adſtringens in Hæmorrhagiis pasſivis Leucorrhoea & Diarrhoeis chronicis adhibetur. Cum radice Gentianæ juncta, teſte Cullen, Febribus intermittentibus remedio fuit. Detur in ſubſtantia. Externe gargarismata & pulveres dentifricios ingreditur: Ulceribus præterea malignis cruentis aliquando inſpergitur. Principium tenet adſtringens.

Boletus igniarius ad Hæmorrhagias externas e vaſibus minoribus in officinis ne deſideretur.

Bolus Armenia ex Alumina Ferri minuta parte immixta conſtat. Ungventum aliquando ex Oleo lini & Bolo compoſitum ad combuſtiones non ſine succesſu præſcriptum vidimus. Qui vero effectus Oleo potius lini quam Bolo ſit adſcribendus. Pulverem ad Maculas Corneæ Disp. Fulld. ingrediens quocunque alio pulvere ſubtili compenſari poteſt, quare uſum ejus excludimus.

Boras Natri alkalinus. In gargariſmatibus contra Aphthas ſæpe uſitatus, præterea ad parandum Acidum boracicum (antea Sal ſedativum Hombergii) in officinis reſervatur.

Botryos herba & ſeminibus olim ut carminativis aliquando præſcriptis, quum ſuppetant alia, carere poſſumus.

Boviſta omni caret uſu, ſicca nempe mollis eſt, dum humectatur rigida fit & aſpera ſicque ad Hæmorrhagias ſedandasque inepta.

Cajeput oleum. In Arthritide atonica, Dyſmenorrhoea ſpasmodica, Epilepſia, Chorea Sti Viti, Colica flatulenta, Paralyſi lingvæ, Tympanitide cum pluribus efficax fuit. Forma præſcribitur æleoſacchari. Externe in Rheumatismo chronico, Arthritide, Paralyſi, Odontalgia, Cophoſi & poſt Luxationes adhibetur.

Calaminaris Lapis. Externe tantum Excoriationibus & Ulceribus Eryſipelatoſis minoribus inſpergitur. Emplaſtra & Ungventa ingreditur.

Calami vulgaris radix, cujus principium in oleo æthereo conſtans, tam ex aqua quam ſpiritu vini extrahitur, in Febribus intermittentibus inprimis commendata: forma detur aut Pulveris aut Electuarii: ut maſticatoria in debilitate ventriculi præſcribi poteſt.

Carbonas Calcis ut abſorbens in Pyroſi & Diarrhoea infantum efficax fuit. Externe Combuſtionibus levioribus ut exſiccans inſpergitur. Acido liberata, parandæ Aquæ Calcis & ut corrodens inſerviet.

Cam-

Campechianum Lignum a tinctoribus magis quam Medicis uſitatum, eam ob causſam excluſimus; quod numerus adſtringentium, etiam hoc abſente, maximus ſit.

Camphora. In morbis tam acutis, quam chronicis a debilitate ortis locum habet. In Febribus itaque ſic dictis putridis, morbis Exanthematicis malignis, Rheumatismo chronico, Arthritide atonica, Cephalalgia chronica, Hypochondria, Hyſteria, Epilepſia & ad Salivationem ex abuſu Hydrargyri ortam levandam præſcribitur. In Mania inter efficacisſima numeratur remedia. Antidotum esſe queat Opio, Scillæ, Mezereo & Cocculis Indicis, Antidotum vero ipſi eſt decoctum Coffeæ ſaturatum. Externe in Inflamationibus, Maculis Corneæ, Incontinentia Urinæ, Carie & ad variolarum in facie eruptionem inhibendam c. cet. ſæpisſime eſt uſitata.

Canellæ albæ cortex non a *Winterania Canella* ſed a *Canella alba* ſumtus, inter aromata meliora locum ſine dubio meretur. Attamen ſuperfluus forſitan eſt, quum Cinnamomum, aliaque plura hunc compenſantia habemus aromata.

Cannabis ſemina ad Emulſiones in Stranguriis, Gonorrhoeis pluribusque morbis primarum viarum uſitatas parandas, ut vili pretio habenda in Pharmacopœa retinuimus. Principium eſt oleum pingue mucilagine mixtum.

Cantharides. Principium ipſorum acre reſinoſum forſan eſt, quum Spiritu vini & Ætheribus, non Aqua ex-

trahatur. In Pertuſſi, Leucorrhoea, Gonorrhoea inveterata, Diabete, Incontinentia Urinæ, Hydrophobia, Hydropibus, Laxitate primarum viarum & Morbis cutaneis malignis pluribusque aliis ſunt uſitatæ. Forma pulveris vel Tincturæ ſubminiſtrantur. Antidota ipſis ſunt emetica, mucilaginoſa, balnea tepida, Camphora, Lac & oleoſa. Externe forma Emplaſtri vel Ungventi, ubicunque irritationi graviori opus habemus, præſcribi queant.

Carbo Ligni. In Febribus ſic dictis putridis & Dyſenteria, a quibusdam eſt laudatus. Dentifricium fere eſt optimum, halitum in cavo oris genitum foetidum emendat & effluvia Ulcerum malignorum iis inſperſus citisſime corrigit. Pharmacopolæ porro ad purificationem Spiritus vini, Oleorum, Salium cum cet. utilis æſtimandus.

Cardamomi Minoris ſemina rarius ſola ſæpius ad gratum ſaporem et effectus aliorum remediorum in ventriculum ingratos arcendos præſcribuntur. Principium eſt oleum æthereum.

Cardui Benedicti folia Forma extracti aliquando uſitata, Abſinthio compenſante, excluſimus.

Caricis Arenariæ radix ut magis efficax loco radicis Sasſaparillæ adhibenda & Pharmacopoeæ inferenda. Ut radix Sasſaparillæ in morbis cutaneis & Siphilitide forma decocti ſubminiſtratur.

Cariophyllatæ radix In Febribus intermittentibus, Dyſenteriis et Cachexiis, ut ſuccedaneum Kinkinæ

kinæ a quibusdam laudata, nobis minus uſitata, majorem forſan meretur attentionem. Principium tenet præter oleum æthereum etiam adſtringens & amarum.

Cariophylli principium tenent reſinoſum & oleum æthereum etiam officinale. Rarius ſoli adhibentur, ſæpius aliis remediis junguntur. In Paralyſi lingvæ ut maſticatorium tamen aliquando fuere uſitati.

Carvi ſemina in Colica flatulenta, Dyſpepſia & Hypochondria aliis remediis junguntur. Principium eſt oleum æthereum, quod etiam in officinis reſervatur.]

Caſcarillæ Cortex In Febribus Intermittentibus, Laxitate primarum viarum, Dyſenteria & Diarrhoea uſitatus. Forma detur pulveris. A Spiritu Vini optime vis ipſius, in oleo æthereo et principio amaro hærens, ſolvitur. Extractum nihil niſi principium tenet amarum.

Caſtoreum In Febribus a debilitate oriundis, Hyſteria, Epilepſia, Colica, Partu ſpasmis protracto, forma Tincturæ vel Pillularum detur. Principium forſan tenet oleum æthereum, licet hoc extrahere adhuc non ſucceſſerit. Spiritus æthereus nitratus optimum eſt ejus menſtruum: Præterea vero Ammonio & Spiritu Vini diluto magna ſolvitur portio.

Catechu principium tenet quod Tannin dicunt, Acidum Gallicum cum principio extractivo et aliquantum Reſi-

Reſinæ. Solvitur in Ætheribus, Vinis & Aceto. Uſus ejus in Hæmorrhagiis pasſivis, Leucorrhœa, Gonorrhœa inveterata, Colica pictonum, Diarrhœis et ad finem Dyſenteriarum, laxitate ſolum reſidua, obtinet. Forma detur pulveris vel tincturæ. Externe in Ulceribus mali moris, laxitate Uvulæ, in Hæmorrhagia gingivarum ſcorbutica et ad dentes in alveolis firmandos uſitatum fuit.

Centauri Minoris herba ut tonicum & anthelminticum forma infuſi vel extracti præſcribitur. Principium tenet mere amarum.

Summitatis Cent. Minor. ſi quid efficere posſint, herba tamen ipſa multo ſunt dibiliores, quare eas excluſimus

Cepæ radix recens viribus gaudet Allii fere ſimilibus minori tamen gradu, eodemque modo uſurpatur iisdemque morbis opponitur.

Cera Flava inter olea mitia jure numeratur. Interne etiam ut reliqua oleoſa agit. Externi ejus uſus exempla adſunt in pluribus Emplaſtris & Cereis medicatis.

Cera alba forſan carere posſumus quum carius habenda eadem gaudet vi, ac flava.

Ceraſorum Fructus ad potus febriles parandos ſæpius ſunt uſitati. Ex ſucco recenti ſyrupus paratur Ceraſorum et ex nucleis deſtillatur Aqua Ceraſorum.

Gummi Ceraſorum multo minorem mucilaginis portionem ac Gummi Arabicum & Tragacanthæ tenens, ut ſuperfluum excluſimus.

Ce-

Ceruſſa Alba l. Oxydum Plumbi album. Minoribus excoriationibus inſpergi poteſt. Ungventa & Emplaſtra præterea ſæpius ingreditur.

Cetaceum Olim interne in Tuſſi catharrhali, Diarrhoeis et Dyſenteriis fuit præſcriptum; jam tantum in Ungventis et Ceratis uſus ejus obtinet.

Chamedryos herba. Plures habemus in Pharmacopœa Teucrii ſpecies, omnes eadem gaudentes vi. Hanc igitur eliminare religioni non habuimus.

Chamemori fructus conditus ſi umquam in Pharmacopœa locum meretur, ſaltem compoſitis eſt annumerandus. Forſan tamen exulare debet a Medicina iſtiusmodi luxus culinæ potius relinquendus.

Chamepityos herba A medicamentis æthereis ſine dubio abeſſe poteſt, quum alia ſuppetant meliora.

Chamomillæ flores in Arthritide atonica, Dyſpepſia, Hyſteria, Doloribus poſt partum, Menſtruis a ſpasmis interruptis pluribusque aliis occaſionibus fuere uſitati. Ut ſuccedaneum Kinkinæ in Febribus intermittentibus adhibere factum periculum. Infuſum interdum ad promovendam Emeſin præſcribitur. Detur alias aut in Subſtantia aut Extracto. Principia ſunt oleum æthereum & principium amarum.

Cheno-

Chenopodium ambroſioides l. Botrys mexicana. *Herba.*

Chenopodium ambroſioides. Willd. Sp. Pl. I. 1304.

Planta Luſitaniæ & Americæ meridionalis, apud nos culta, annua.

Herba florens, odore ambroſiaco, ſapore ex acri aromatico, foliis lanceolatis dentatis, racemis foliatis ſimplicibus, gaudens.

Cina. *Summitates.*

Artemiſia Santonica? A. auſtriaca? Linn. S. Pl. II. 1184. 1185.
— — *Contra? A. judaica?* — Mantiſſ. Pl. 281. 282.

Fruticuli in Perſia, Palæſtina, Syria, Tartaria Mongolicæ frequentes.

Partes floreſcentes cum ſeminibus plerumque immaturis, oblongis, exiguis, lævibus, ex luteo viridulis. Odor eſt gravis, ingratus, ad Chenopodii Botrys accedens, ſapor amaro-acris & nauſeoſus.

Cineres clavellati l. Alcali fixum vegetabile impurum.

Kali carbonicum crudum.

Maſſa ſalina, quæ ex omnibus fere vegetabilibus ſubſtantiis educi poteſt. Per elixivationem vero cinerum lignorum, præcipue duriorum, & inſpiſſationem vulgo

E para-

paratur. Variis heterogeneis, Kali ſulphurico, Kali muriatico, Oxido Manganeſii, nec non particulis terreſtribus ſemper plus minusve inquinata deprehenditur. Terra Silicea, qua aliquando intime eſt connexa, addito ſolutioni aquoſæ acido quodam præceps redditur. Præſentia Muriatis Sodæ ex crepitatione in igne cognoſcitur. Solutione & evaporatione pluries repetita ad uſum pharmaceuticum purificetur.

Cinnamomum Ceylanicum. *Cortex.*

Laurus Cinnamomum. Willd. Sp. Pl. II. 477.

Arbor in Inſulis utriusque Indiæ frequens.

Cortex interior ramulorum triennium in formam tubulorum convolutus. Sit tenuis, fragilis, coloris ex pallido rutili, odoris gratisſimi, ſaporis dulci-aromatici pungentis. Oleum æthereum continet.

Cinnamomum Indicum. *Cortex.*

Laurus Casſia? Varietas L. Cinnamomi? Willd. Sp. Pl. II. 477.

In Sumatra, Java & Malabaria creſcens.

Cortex internus ramorum, præcedenti haud disſimilis, odore autem minus grato, colore intenſiore, crasſitie & ſapore acriori diſtinguitur.

Citrus. *Corticis flavedo. Succus. Oleum.*

Citrus medica. Linn. Sp. Pl. II. 1100.

Orientalis & Europæ meridionalis, præſertim in Sicilia culta, arborea.

Cor-

Corticis flavedo albedine reſecta, odoris ſuavisſimi; oleo æthereo prægnans. Recens cortex ſiccato præferatur.

Succus Citri e pulpa fructus perfecte maturi expresſus, ex acido proprio, acido malico & mucilagine conſtans. Ab exoticis nobis allatus interdum ſubamarus mucidus, nec non acido ſulphurico corruptus deprehenditur, quod eodem modo ac adulteratio aceti vini detegitur. In loco frigido, lagenis vitreis probe occluſis, adſervetur. Frigore concentrari ſeſe patitur.

Oleum Æthereum, vulgo de *Cedro* dictum, ex cortice recenti expresſione obtentum, colore albo & odore gratisſimo præditum eſt. Adulterationes ejusdem cum Spiritu vini & oleis æthereis deterioribus eodem modo, atque Olei Aurantii, detegi posſunt.

Cochlearia. *Herba recens.*

Cochlearia officinalis. Willd. Sp. Pl. III. 448.

Ad littora Sveciæ maritima frequens, in hortis culta, annua.

Herba florens, foliis radicalibus cordato-ſubrotundis, caulinis oblongis ſubſinuatis, principio acri volatili prædita.

Colocynthis. *Fructus.*

Cucumis Colocynthis. Linn. Sp. Pl. II. 1435.

Planta annua orientalis.

Fructus pallidus, extus coriaceus, intrinſecus ſpongioſus, levis, mollis; odoris nauſeoſi, ſaporis amarisſimi; ſeminibus duris, glabris, ſuboblongis per cellulas confertus. Figura & magnitudine pomum refert.

Colophonium.

Pinus ſylveſtris. Linn. Sp. Pl. II. 1418.
Arbor Succiæ frequentisſima.

Maſſa reſinoſa poſt deſtillationem olei Therebinthinæ reſidua, & dein ſuper ignem liquefacta.

Conium. *Herba.*

Conium maculatum. Wilid. Sp. Pl. I. 1395.
Planta biennis Suecica.

Herba foliis compoſitis, foliolis lanceolatis inciſis glabris, caule & ramis majoribus maculis fuſco-purpureis conſperſis. Odore nauſeoſo, a Cantharidum non alieno, ramis angulo recto exeuntibus, radice longa alba, & præcipue ſeminibus plano-convexis 5-ſtriatis utrinque crenatis, a Cherophyllo bulboſo, Aethuſa Cynapium, Cicuta viroſa aliisque affinibus internoſcitur. Menſibus Junii & Julii colligatur, loco umbroſo ſiccetur, deinque in pulverem redacta, vaſis vitreis occluſis adſervetur. Herba odore deſtituta rejicienda eſt.

Coriandrum. *Semina.*

Coriandrum ſativum. Willd. Sp. Pl. I. 1448.
Planta annua Europæ meridionalis & Helvetiæ, in hortis noſtris culta.

Semina luteo-cinerea, globoſa, ſtriata. Recentia odore & ſapore ingrata; arefacta vero ſuaviora.

Cornu Cervi.

Cervus Elaphus. C. Alces & Tarandus. Gm. Syſt. Nat. I. pagg. 175. 176. 177.

Cro-

Crocus. *Stigmata.*

Crocus ſativus, *Var. autumnalis*, *ſ. Crocus autumnalis Hoffmanni.* Willd. Sp. Pl. I. 194.

Planta perennis, in Oriente & in Europa meridionali ſponte creſcens; nec non in Svecia parce culta.

Stigmata tripartita e floribus decerpta, deinque ſiccata; ſapore ſubacri-aromatico, odore ſubnarcotico penetranti, principio luteo tinctorio commendata. Cavendum, ne petalis *Carthami tinctorii* vel *Calendulæ officinalis* ſint corrupta. In vaſis vitreis vel veſicis occluſis conſerventur.

Cubeba. *Fructus.*

Piper Cubeba. Willd. Sp. Pl. I. 159.

Fructex Indiæ orientalis.

Fructus pedicellati, globoſi, amaro-aromatici.

Cydonia. *Semina.*

Pyrus Cydonia. Willd. Sp. Pl. II. 1020.

Arbor Cretenſis, in hortis culta.

Semina oblongo-acuta, lævia, fuſca, multa mucilagine obvoluta.

Daucus. *Radix recens.*

Daucus carota. Var. ſativa. Willd. Sp. Pl. I. 1389.

Planta biennis frequenter culta.

Radix fuſiformis, pulpoſa, aut flava aut ex flavo rubeſcens, ſucco dulci imbuta.

Digitalis. *Herba.*

Digitalis purpurea. Willd. Sp. Pl. III. 283.

In hortis medicis culta.

Folia elliptica, ſubtus hirſuta, margine crenata, oporis ingrati ſaporisque acri-amari. Tempeſtive & quidem ante efflореſcentiam decerpenda, deinque ſollicite ſiccanda & in loco calido, ne humeſcant, conſervanda ſunt.

Dulcamara. *Stipites.*

Solanum Dulcamara. Willd. Sp. Pl. I. 1028.

Frutex in locis paludoſis frequens.

Ramuli biennes, cortice e cinereo ſubfuſco cincti. Saporem edunt e dulci amarum. Tempore vernali (non autumnali) colligantur.

Enula. *Radix.*

Inula Helenium. Linn. Sp. Pl. II. 1236.

Planta Svecica perennis.

Radix ramoſa, craſſa, carnoſa, arefacta extus cinereo-fuſca, intus albida. Sapor eſt ex acri amaricans & ſubnauſeoſus, odor ſubaromaticus.

Ferrum. Mars.

Metallum ex cinereo nigreſcens, Magneti obſequens, in omnibus fere acidis, inprimis mineralibus aqua dilutis, ſolubile. Aëri humido expoſitum Oxygenium ſibi attrahit & in rubiginem cito mutatur. In liquore quodam ſolu-

ſolutum, adjecto principio quodam adſtringenti, nigricans præcipitatur.

Limatura Ferri a Pharmacopolis ipſis conficiatur, utpote ex artificibus parata ſæpe cupro eſt mixta.

Ficus. *Fructus.*

Ficus Carica. Linn. Sp. Pl. II. 1513.

Arbor Orientalis & Europæ meridionalis.

Receptacula fructus carnoſa, ramis arboris majoribus inſidentia, pyriformia vel globoſa, mollia, principio mucilagineo & ſaccharino referta, flores & ſemina includentia. Cito muceſcunt.

Filix. *Radix.*

Polypodium Filix mas. Linn. Sp. Pl. II. 1551.

In ſilvis frequens.

Radix ſquamulis fuſcis tecta, magna, intus ex pallido rubeſcens, craſſitie digiti; ſaporis ex dulci ſubadſtringentis deinque amaricantis. Recens ſubnauſeoſe olet. Auctumno colligatur.

Fœniculum. *Semina.*

Anethum Fœniculum. Willd. Sp. Pl. II. 1469.

Planta biennis & triennis culta.

Semina oblonga, ſtriata, plano-convexa, odore grato & ſapore ſubdulci aromatico prædita. Ex illis Oleum æthereum fragrans frigore indureſcens, deſtillatur.

Fœnum græcum. *Semina.*

Trigonella Fœnum græcum. Linn. Sp. Pl. II. 1095.
In hortis medicis culta.

Semina ex flavo ſplendentia, ſubquadrangularia, ſaporis ſubamaro-aromatici, odoris gravis a Melilothi non abhorrentis. Mucilagine abundant.

Formicæ.

Formica rufa. Gmel. Syſt. Nat. I. 2798.

Inſectum hymenopterum, acido proprio & oleo æthereo volatili gaudens. Menſe Julii colligatur.

Fraxinus. *Cortex.*

Fraxinus excelſior. Linn. Sp. Pl. II. 1509.
Arbor Svecica.

Cortex trunci vel craſſiorum ramorum, facie externa ex fuſco cinereus, facie interna ex albo flaveſcens; ſapor amaro-adſtringens.

Fuligo ſplendens.

Ex carbone, oleo empyreumatico & alkali ammoniaco præcipue conſtans.

Fumaria. *Herba.*

Fumaria officinalis. Linn. Sp. Pl. II. 984.
Planta annua frequens.

Herba amara; foliis compoſitis, foliolis trilobatis, odoris expers.

Galan-

Galanga. *Radix.*

Alpinia Galanga. Willd. Sp. Pl. I. 12.

Planta perennis Indiæ orientalis.

Radix nodoſa, extrinſecus ex fuſco rubra, intrinſecus rubicunda, craſſitie digiti, duriuſcula. Sapore acri, odore aromatico & oleo æthereo gaudet. Virtus aqua potius, quam alkohole, extrahitur.

Gallæ.

Quercus Cerris & Ægilops. Linn. Sp. Pl. II. 1414. & 1415.

Frutices orientales, præſertim in Syria frequentes.

Tumores morboſi foliorum & petiolorum ab Inſecto quodam hymenoptero (Cynipe foliorum quercus,) punctura profecti, globoſi, tuberculoſi. Quæ ex Aleppo nobis adferuntur, colore ex nigro cæruleo inſignes, merito præſtantiores exiſtimantur. Sint ſolidæ, ponderoſæ, intus fuſcæ. Acidum proprium, in quo principium adſtringens eſt poſitum, continent.

Gambogia.

Stalagmitis cambogioides Murrayi. Comm. Gœtting. IX. 170.

Guttæfera vera Kœnigii.

Arbor Indiæ orientalis.

Succus gummeo-reſinoſus inſpiſſatus, e foliis ramisque reſectis, vel e cortice arboris ſauciato, exſuda-

 tus,

tus, e flavo ſplendens opacus, duriuſculus, fragilis, dentibus agitatus tenax, ſaporis ex acri ſubdulcis, odoris expers.

Gentiana rubra. *Radix.*

Gentiana lutea.
— — *purpurea.* } Willd. Sp. Pl. I. 1331.

Norwegica, Helvetica, Auſtriaca, ſubalpina, perennis.

Radix pollicari, vel ultra, craſſitie, fere cylindrica, rugoſa & ſubannulata, extus fuſca, intus ex flavo rufeſcens, ſpongioſa, odoris debilis, ſaporis autem intenſe amari.

Glycyrrhiza. *Radix. Succus inſpiſſatus.*

Glycyrrhiza glabra.
— — *echinata.* } Willd. Sp. Pl. III. 1143.

Plantæ Ruſſiæ meridionalis & alibi in Europa, perennes.

Radix longa, repens, ramoſa, teres, craſſitie digiti, vix pollicis, extus epidermide tecta e cinereo fuſca & rugoſa, intus flaveſcens, odoris nullius, ſaporis intenſe dulcis, dein amaricantis.

Succus inſpiſſatus, vel Extractum ſpiſſum nigricans e radicibus recentibus coctione in aqua paratum, quod ex Hiſpania & Sicilia in magdaliis depreſſis, foliis lauri obvolutis, nobis adfertur. Cupro interdum inquinatum reperitur.

Gva-

OBSERVATIONES.

Chenopodium ambroſioides. In Pharmacopœa noſtra, quod locum obtineat, ideo dignum cenſuimus, quia Infuſum Herbæ in variis morbis, inprimis in Hyſteria, Aſthmate & contra Vermes cum ſuccesſu, ut perhibetur, jam diu uſurpatum fuit. An virtute Rutæ, Salviæ, Menthæ piperitæ, cet., antecellat, ulterior docebit experientia.

Cinæ ſummitates plerisque, ſic dictis, Anthelminticis palmam præripere videntur, nam ventriculo minus nocet protractior uſus. Pani butyro illito adſperſæ, vel cum lacte, vel forma Electuarii cum melle, luna decreſcente, dari ſolent. Semina, a calycibus foliolisque adhærentibus purgata, efficaciora ſunt.

Cineres clavellati non niſi repetitis ſolutionibus ac evaporationibus depurati uſui pharmaceutico & medico idonei fiunt.

Cinnamomi ceylanici cortex, ſtimulans & refocillans, ad ſaporem aliorum medicamentorum corrigendum ſatis apte adhibetur; per ſe quoque, inprimis in ventriculi infirmitate, non parum proficit.

Cinnamomi indici cortex præcedenti acrior quidem minusque gratus eſt, ſed majorem olei æthe-

rei copiam præbet, quamobrem illo ad parandam Aquam Cinnamomi utuntur Pharmacopolæ, eumque ideo excludere noluimus.

Citri cortex oleo æthereo gratisſimo ſcatet, ex quo vis ejus ſtimulans vel carminativa pendet.

Succum efficacisſimum, tam ad præcavendum, quam curandum Scorbutum, remedium esſe multiplex probavit experientia. De cetero potubus refrigerantibus vulgo & recte admiſcetur.

Cochleariæ herba recens in Scorbuto, morbis cutaneis & Obſtructionibus viſcerum, ſaccharo remixta, vel forma Infuſi vinoſi aut Succi expresſi, præſcribitur. Externe ad gargarismata & ulcera ſcorbutica mundanda prodeſt.

Colocynthidis pulpa vehementer alvum movet, vermesque pellit, ut cetera draſtica, vix ſine damno. Extractum & Tinctura, quibus potisſimum utimur, in torpore inteſtinorum, obſtructionibus diuturnis, & Cephalalgia chronica proficiunt.

Colophonium. Pulvis Cannabi inſperſus, in Fungo articulorum, ut reſolvens, utilis fuit. Ad fumigationes in Rachitide & Aſthmate, nec non ad ſangvinem ſiſtendum, interdum adhibetur. Emplaſtra ingreditur.

Conii herba recens principium acre & narcoticum tenet, quod arefacta ex parte amittit. In Cancro, Indurationibus glandularum, Ulceribus malignis & morbis osſium, commendatur. A pupillæ oculi dilatatione

ne ad efficaciam concludimus. Subſtantia vel forma Extracti porrigitur. Uſus diuturnus vertiginem doloresque ventriculi ciet. Externe ad cataplasmata. Pulvis foliorum ſiccatorum pilulis, ex Extracto formandis, inſervit.

Conſolidæ radicem ſupervacaneam reddunt alia plurima, quæ habet Pharmacopœa, mucilaginoſa.

Contrajervæ radix in febribus, ſic dictis, putridis, Exanthematibus retrogreſis vel tarde prorumpentibus olim laudata; Serpentariæ autem merito poſtponitur ideoque eliminetur.

Coriandri ſemina, qua vim, Seminibus Carvi ſimillima; nec uſus differt.

Cornu Cervi, in vaſis apertis uſtum, ex Phosphate Calcis præcipue conſtans, in Rachitide tentandum. Præterea ex illo, æque ac ex omnibus fere partibus animalium ſolidis, Alkali ammoniacum, oleo empyreumatico inquinatum, deſtillatione elici poteſt.

Crocus. De priſtina ejus, in Hyſteria & vitiis menſtruationis, laude multum detrahit recentior experientia aliorumque vilioris pretii remediorum copia. Principium narcoticum & mucoſo-reſinoſum cum oleo æthereo tenet. Vino madefactus, in febribus infantum intermittentibus, carpis applicare ſolet Vulgus.

Cubebæ fructus. Vis eorum calefaciens & ſtimulans oleo æthereo tribuenda eſt.

Cydoniorum ſemina. Mucilago, qua abundant, acrioria medicamenta, interno uſui deſtinata, egregie obvolvit. In morbis oris & faucium, nec non in fiſſuris labiorum papillarumque Mammarum, etiam cum fructu illinitur.

Dauci radix recens, ſponte naſcens, ſæpe venenata eſt. Vermes pellit. Decoctum & Succus expresſus in Aphthis variisque Cynanche Speciebus pro gargarismate conducunt. Radix contuſa, ulceribus inveteratis & cancroſis ſub fermentatione ſuperimpoſita, fœtorem tollit vel ſaltem emendat.

Digitalis herba inter plantas venenatas & draſticas jure numeratur. Ob ſingularem ſuam orgasmum ſanguinis vel vehementiorem arteriarum actionem ſedandi vim, in inflammationibus, quæ activæ dicuntur, commendata fuit. In omnibus fere Hydropis Speciebus, Saccato excepto, ſumma laude extollitur, & quidem egregiam inopinatamque haud raro exſerit efficaciam. In Hæmoptyſi, Phthiſi incipienti, Scrophulisque cum fructu etiam uſurpatam esſe, referunt. Majori doſi vertiginem, vomitum & ſalivationem excitat. Ex uſu ejus, debita attentione repetito, Medicina ſibi multum emolumenti polliceri poteſt.

Dulcamaræ ſtipites vim diaphoreticam & diureticam exercent; ideoque in doloribus rheumaticis, nec non in Scabie inveterata, præſcribuntur. Niſi larga doſis fuerit, parum efficiunt.

Elemi Reſina emplaſtris, ſic dictis, reſolventibus tantum additur, nec eſt, quod retineatur.

Enu-

Enulæ radix, cui olei ætherei pauxillum ineſt, pulverata & cum melle in formam Electuarii redacta, in Aſthmate, ſic dicto, humido & Tuſſi, quæ a prava concoctione oritur, interdum, ut perhibent, auxilio fuit.

Faba Ignatii in febribus intermittentibus & Aſcite quidem uſurpata fuit; mitioribus autem atque tutioribus remediis cedere debet.

Ferrum. Inter efficaciſſima roborantia & tonica jure ponitur. In omnibus fere morbis a debilitate proficiſcentibus, Dyſpepſia, Chloroſi, Hæmorohagiis paſſivis, Rachitide, Scrophulis aliisque Cachexiis, nec non contra Vermes inſignem ſæpiſſime adfert utilitatem. In Febribus & Plethora nocet. Limaturam vel Oxydum imperfectum, forma pilulari cum Extracto quodam amaro, potiſſimum præſcribimus.

Ficus, materiam mucoſo ſaccharinam tenentes, in morbis quibusdam pectoris, renum & veſicæ, appoſite adhibentur. Externe, forma cataplasmatis calidi, ſuppurationem promovent.

Filicis radix contra Vermes antehac magni æſtimata fuit. Specificum quoque adverſus Tæniam habita eſt. Sola tamen vix ſufficit, & uſum draſticorum interponere prorſus neceſſarium videtur.

Fœniculi ſemina, ſtimulantia & carminativa, Speciebus, ſic dictis, pectoralibus aliisque medicamentis, ſaporis præcipue gratia, adjiciuntur.

Fœ-

Fœni græci ſemina eidem fini ac alia mucilaginoſa & emollientia inſerviunt.

Formicæ, menſe Junii colligendæ, principium volatile æthereum, quo gaudent, Alkoholi ope deſtillationis tradunt, unde Spiritus conficitur, quo partes paralyticæ tumoresque frigidi fricari queunt.

Fraxini cortex in locum Kinkinæ aliquando ſubſtituitur. Folia & Semina ex Pharmacopœa exſulent.

Fuligini virtutem diaphoreticam, antiſpasmodicam & reſolventem, tribuimus. Externe cum vitello ovi contra Febres intermittentes Carpis vulgo apponitur.

Fumariæ herba in Obſtructionibus Viſcerum, Ictero, Scabie, aliisque morbis cutaneis non irrita fuit.

Galangæ radix, calefaciens & ſtimulans, in Emeſi navigantium & Linguæ paralyſi, profuisſe dicitur.

Galbanum, eadem vi ac aliæ Gummi-reſinæ fœtidæ præditum, minus necesſarium duximus.

Gallæ valde adſtringunt. Decoctum, forma enematis vel injectionis, in prolapſu ani & vaginæ cum ſuccesſu uſurpatur; nec non Sphacelo potenter obſtat. Ex pulvere Gallarum & Axungia ungventum paratur, quod contra varices hæmorrhoidales utilisſimum prædicatur.

Gambogia Gutta violentioribus draſticis adnumeratur. In torpore tubi inteſtinalis, ubi nimia muci copia adeſt, inprimis in Ascite & Vermibus locum habet.

bet. Cum Mercurio dulci & Jalappa vel Extracto quodam amaro, forma pilularum, potisſimum præſcribitur.

Gentianæ Rubræ radix, cujus vis pendet a principio, quod ubere tenet, amaro cum pauxillo ætherei juncto, inter tonica merito habetur præſtantiora. Frequentisſimus ipſius uſus in Atonia ventriculi, Ictero, Febribus Intermittentibus, Arthritide & contra Vermes hanc quoque comprobat laudem. Forma detur vel extracti, vel infuſi aquoſi aut vinoſi. Infuſa ſic dicta Cereviſiata, quibus baſin præcipue conſtituit, ſæpisſime ingreditur. Externe in Ulceribus fiſtuloſis, ad orificia eorum dilatanda, quondam fuit uſitata.

Glycyrrhizæ radix, materiam mucoſo-ſaccharinam tenens in morbis pectoris ad expectorationem promovendam, pulveris forma, rarius per ſe, quam ſæpius aliis eidem uſui inſervientibus commixti, adhibetur. Frequentius vero decoctis additur, ad finem nempe coctionis, ne gratum ſuum amittat ſaporem.

Succus inſpisſatus, vel potius extractum radicis, in officinis paratum, ut maſticatorium in Tusſi catarrhali ſicca præſcribitur. Infuſa quoque pectoralia & pilulas pro expectoratione muci promovenda ſæpisſime ingreditur.

Graminis radix, ſeminibus hordei aliisque mucoſo-ſaccharinis compenſata, jure proſcribatur.

Gratiolæ herba, ut draſticum & anthelminthicum uſitata, atque etjam a recentioribus laudata, efficacioribus, Jalappæ, Scammonio & Gambogiæ, palmam haud præripere videtur, quare eam eliminare religioni non habuimus.

Gvaja-

Guajacum. *Lignum. Reſina.*

Guajacum officinale. Linn. Sp. Pl. ed. Willden. II. 538.
Arbor Indiæ occidentalis, in Hiſpaniola & Jamaica frequens.

Lignum ſolidum, perdurum, ponderoſum, in aqua ſubſidens, transverſim disſectum ſubſtantiam oſtendens interiorem ponderoſiorem, magis reſinoſam & compactam, ex fuſco virideſcentem, ſed exteriora verſus magis magisque flaveſcentem, porisque reſiniferis ubique pertuſam. Odor reſinoſus, haud ingratus: ſapor leniter amaricans & acris.

Reſina, partim e cortice arboris ſponte, vel poſt inciſionem exſtillata & dein condenſata, partim ex ligno recenti, coctione in aqua, aut digeſtione in ſpiritu vini extracta, obtinetur, Sit genuina e fuſco vireſcens, ſubpellucida, friabilis; diffracta ſplendeat, & trita, in pulverem primo albidum, dein ſubviridem, abeat. Sapor eſt acris, ſuburens. Prunis injecta odorem ſpirat haud ingratum. In Spiritu vini fere omnis ſolvitur. Reſina communi interdum adulteratur, quod viſu, guſtu, & olfactu certius, ægrius vero Acido Nitroſo, inquinatæ reſinæ in ſpiritu vini ſolutioni adjecto, detegitur. Masſæ tenaces, opacæ, ex granis compoſitæ, & colore fuſco vel griſeo variegatæ, ſunt rejiciendæ.

Gummi Arabicum I. Mimoſæ.

Mimoſa Senegal }
— — nilotica } Linn. Spec. Pl. ed. II. pag. 1506.
Arbores in Arabia & Africa media indigenæ.

Succus gummoſus purisſimus e cortice trunci & ramorum exſudans, & tunc induratus fruſtula conſtituens ſubrotunda vel hæmiſphærica, ex albo luteſcentia, ſubpellucida & in fractura ſplendentia. In aqua omnis

 ſol-

ſolvitur, unde ab Alkohole ac Acidis adjectis iterum præceps redditur. Fruſta rubro-fuſca deterioris Gummi Ceraſorum præſentiam produnt.

Helleborus niger. *Radix.*

Helleborus niger. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. II. 1336.

In Apennini & Auſtriæ alpibus, perennis. In Sveciæ hortis culta.

Radix capite ſubrotundo, fibrillis undique obſeſſo craſſioribus, extus nigris, intus albidis, ſapore acri nauſeoſo & diu inhærente. In fibris radicis virtus præcipue eſt poſita, quam, diu aſſervatæ, prorſus amittunt. Sedulo indagandum, ne, quod interdum evenit, debiliores radices Adonidis vernalis, Actææ ſpicatæ, & inprimis venenatæ Aconitorum hic ſubſtituantur.

Hippocaſtanum. *Cortex.*

Aesculus Hippocaſtanum. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. II. 285.

Arbor Aſiæ Septentrionalioris. In Svecia culta.

Cortex ramorum juniorum, intus ſubluteus, extrinſecus epidermide ſuperinductus ex rubro fuſca, ſaporis amaro-adſtringentis.

Hirudines vivæ.

Hirudo medicinalis. Linn. Syſt. Nat. ed. Gmel. I. 3095.

Vermis ex ordine Inteſtinorum, aquas incolens.

Hirudo depreſſa, nigricans, in dorſo lineis ſex flavis notata, intermediis nigro-arcuatis, ſubtus cinerea, nigro-maculata. Ex amnibus umbroſis, non ex ſtagnis & foſſis, captæ, in vaſe, arena in fundo ſubſidente, aqua fluviatili, cum recenti ſæpiſſime commutanda, repleto, & linteo rariſſimo obtecto, loco temperato adſerventur.

Hor-

Hordeum. *Semen.*

Hordeum vulgare } Linn. Sp. Pl. ed. Willd. I. 472.
— — *hexaſtichon* }
In Svecia cultum, Cereale, annuum.

Semina a glumis liberata, tumida, ovali-oblonga, apice acutiori, & ſulco longitudinali notata.

Hydrargyrum.

Metallum noſtro ſub cœlo liquidum, album, ponderoſum, in Acido azotico optime ſolubile, ad +680 Fahr. omne volatile, igne autem leniori fixius & in vaſe aperto rubrum ſeſe oxydans. In variis Europæ & Americæ metallifodinis, rarius Nativum, frequentius Sulphure nuptum, Cinnabaris Nativa dictum, occurrit. Ex hoc connubio, adjecta vel Calcaria pura, vel Kali, aut Limatura Ferri, Hydrargyrum deſtillatione obtinetur puriſſimum. Quod nobis adfertur, Venale, quam ſæpiſſime alienis Metallis, inprimis Plumbo, interdum quoque Stanno & Biſmutho, adulteratum deprehenditur. Stannum ſcilicet ſi adſit, oxydum album ſe ſponte ſecernit, quum in ſolutione Nitratis Hydrargyri æque ſaturati Metallum ſuſpectum digeratur. Biſmuthi præſentia proditur Nitrate Biſmuthi, qui largiori copia aquæ, ſolutioni, Metallum adulteratum cum Acido azotico junctum tenenti, affuſa, ægre ſolubilis factus, albus oxydulumque mentiens præcipitatur. Plumbum, omnium pernicioſiſſima labes, detegitur Sulphate Natri, Metalli inquinati in Acido nitrico ſolutioni adjecto, dum Sulphas Plumbi oritur, qui, in ſupernatante liquore haud ſolubilis, fundum petit. Hydrargyrum præterea, ſi purum ſit atque ſincerum, nulla ſuperinducta cuticula ſordidum ſuperficie fulgeat ſplendidiori, chartamque albam, qua mobile admodum fluitet, non contaminatam reddat.

Hyoſcyamus. *Folia.*

Hyoſcyamus niger. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. I. 1010.
Svecica, biennis, ad pagos, vias & ruderata pinguia creſcens.

Folia alterna, ſeſſilia, amplexicaulia, ovato-oblonga, minutim tomentoſa, pinnatifido-ſinuata, lobis ſublanceolatis acutis integris, odoris intenſe narcotici & nauſeoſi, ſaporis fatui & mucilaginoſi.

Hyſſopus. *Herba.*

Hyſſopus officinalis. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. III. 47.
In Sveciæ hortis culta, ſuffruticoſa.

Herba foliis lanceolatis glabris, odore fragrante, haud ingrato, ſapore aromatico, Camphoræ fere accedente prædita.

Jalappa. *Radix.*

Convolvulus Jalappa. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. I. 860.
Planta perennis Americæ ſeptentrionalis, inprimis in Mexico frequens.

Radix craſſior, tuberoſa, ſubgloboſa, rugoſa, extus nigricans, transverſim ſecta circulis notata concentricis fuſco-nigricantibus, textu intermedio celluloſo ſubfuſco diſtinctis, ſaporis ſubacris, odoris nauſeoſi. Integra, ſemipyriformis, ſine radiculis, vel in taleolas, trium circiter linearum craſſitie, diſſecta ad nos venit. Bonæ indolis ſit ponderoſa, compacta, & in fractura particulis interſperſa micantibus reſinoſis; igni admota flammam ſuſcipiat, & contuſa non admodum difficulter in pulverem redigatur. Radices pallidi coloris, fragiles, leves foraminibusque pertuſæ rejiciantur.

Ichthyocolla.

Acci-

Acipenſer Stellatus } Linn. Syſt. Nat. ed. Gmel. I. 1483
— — *Sturio* } & 1486.
Piſces ex ordine Chondropterygiorum, Mare Caſpicum & Oceanum incolentes.

Veſica piſcis natatoria (vel gluten illius coctione extractum & dein condenſatum) inverſa, convoluta, in ſpiras coacta & ſiccata. Alba ſit atque tenax, odoris expers, & in aqua & ſpiritu vini ſolubilis. Gluten huic fere ſimile, deterius tamen, ex aliis quoque Acipenſeris Speciebus, ut Huſone, rutheno, nec non ex Siluro Glanide obtinetur.

Ipecacuanha. *Radix.*

Pſychotria emetica. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. I. 968.
Planta perennis, in Mexico frequens.

Radix ſubcylindrica, flexuoſa, digitali, & quod excurrit, longitudine, craſſitie pennæ anſerinæ, annulis toruloſis inæqualibus cincta. Ex ſubſtantia conſtat exteriori, mellei vel griſei coloris, fragili, amaro-acri & nauſeoſa, epidermide tecta, cinerea vel nigricante: atque ex parte intima, centrali, lignea, tenaciori, ſubflaveſcente & inſipida. Hisce characteribus a cujusvis Violæ Speciei radicibus, nec non ab Apocyni, fibra inſtructis centrali e fuſco rubeſcente, facile dignoſcitur.

Iris florentina. *Radix.*

Iris florentina. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. I. 226.
Planta Europæ auſtralis, in Svecia rarius culta, perennis.

Radix multiformis, nodoſa, pollicis vel ultra craſſitie; cortice reſecto ſiccata, ut in officinis proſtat, alba, ponderoſa, & punctis fuſcis notata. Odor Violæ odoratæ floribus fere ſimilis, ſapor amaricans, dein ſubacris.

Juglans. *Fructus immaturus.*

Juglans regia. Linn. Sp. Pl. ed. II. p. 1415.

Arbor in Europa ſeptentrionali rarior, in meridionali autem & Perſia frequentior.

Fructus vel potius Putamen drupæ recentis immaturæ ſapore acido-ſtyptico præditum.

Juniperus. *Baccæ. Lignum.*

Juniperus communis. Linn. Sp. Pl. ed. II. pag. 1470.

Frutex Svecica.

Fructus ſeu Baccæ maturæ, globoſæ, cœruleo-nigricantes, odore fragrante, ſapore ſubdulci, ſubacri & reſinoſo. Tota prima æſtate virides ſunt, nec niſi biennii ſpatio matureſcunt.

Lignum, tam radicis quam trunci & ramorum, a cortice liberatum, compactum, ex albo flaveſcens aut rutilans, odore & ſapore juniperino proprio præditum.

Kinkina l. China officinalis. *Cortex.*

Cinchona officinalis. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. I. 957.

Arbor ad Loxam Peruviæ creſcens, nuper etiam in Terra Firma detecta.

Cortex in fruſtulis digitalibus, lineæ circiter craſſitiei, in formam tubulorum fere convolutus, ſubfragilis, extus rugoſus, e fuſco cineraſcens, intus coloris ex pallido rutili, odore ſubmucido, non tamen ingrato, ſapore amaro-balſamico atque ſubadſtringente. Sit ponderoſus, durus, & diffractus ad ſolem ſplendeat particulis reſinoſis. Cortex, qui ab exteris jam in pulverem redactus ad nos venit, rejiciatur.

Kinkina flava l. regia. *Cortex.*

Cin-

Cinchona rubicunda. } Ruiz & Pavon. Conf. Schrad Jour.
In Santa Fée creſcens. } für die Botanik 1801. p. 85.

Cortex præcedente craſſior & magis fibroſus, in fruſtis majoribus, ſubplanis, coloris flaveſcentis vel cinnamomei: in ſuperficie externa punctis conſpicuus numeroſis ad ſolem micantibus. Sapore amaro & balſamico ceteros Cinchonæ cortices longe ſuperat.

Kinkina rubra. - *Cortex.*

Cinchonæ Species nondum definita.

Cortex in fruſtulis magis convolutis, duarum circiter linearum craſſitie. Conſtat ex ſtrato externo tenui, ex fuſco rubeſcente, lichenibus innatis ſæpe cineraſcente: ex medio craſſiori, rubrofuſco, fragili & reſinoſo, atque ex parte intima ferruginea, lignea & fibroſa. Sapore adſtringente omnibus ſuis affinibus antecellit. Quo magis ponderoſus, denſus & reſinoſus, eo melior æſtimatur.

Kino l. Gambienſe Gummi.

Arbor Africæ ad fluvium Gambia creſcens, obſcura.

Maſſam conſtituens opacam, valde friabilem, ex rubro nigricantem, & in fractura ſplendentem, ſapore præditam intenſe adſtringente, dein ſubdulci, odore autem nullo. Igni admotum nec flamma flagrat, neque liqueſcit. In aqua fere omne ſolvitur. Ab Alkohole minor ipſius pars, colorans nempe & adſtringens, extrahitur. Cum Sanguine Draconis, in Spiritu Vini perfecte ſolubili, perperam confundi poteſt.

Lacca in ramulis.

Coccus Ficus. Linn. Syſt. Nat. ed. Gmel. I. 2218.

Inſectum Hemipterum Indiæ orientalis in Fico habitans.

Suc-

Succus ex ramis minutioribus arboris Fici religioſæ & Indicæ ſuper Larvas Cocci Fici exſudans, & in maſſam reſinoſam, rubro coccineam, ex cellulis compoſitam & fragilem indureſcens, quæ una cum ramis nobis interdum adferri ſolet. Prunis injecta ſuavem ſpargit odorem. In aqua ſeſe ſolvi non patiens, coctione tamen illam tingit intenſe coccineam. In Spiritu vini, inprimis poſt præviam cum Carbonate Kali triturationem, nec non in Acidis dulcificatis optime ſolubilis, Gummireſinis adnumeratur.

Lacmus.

Maſſa violaceo-cœrulea, ſicca, levis, inodora, ex Lichene Roccella vel Parello, aut Crotone tinctorio, fermentatione, adjectis urina, Calcaria pura vel Kali, parata. In aqua vel Spiritu Vini ſolutus, ſolutionem colore intenſe cœruleo, a quocumque Acido adjecto rubeſcente, induit. Ab Alkalinis vero, aliorum inſtar pigmentorum vegetabilium, cœruleo nativo præditorum colore, in viridem non demutatur.

Lapis ſuillus.

Lapis ex cryſtallis plerumque diſtinctis, ſpatoſam referentibus figuram, conſtructus, fragilis, colore fuceſcente aut luteſcente præditus. Ex Carbonate Calcis, Hydrogenio Sulphurato imbuto, conſtat. Huic copulæ odor, quo tritus fœtet, hircinus eſt tribuendus. Igne injectus aliorum inſtar lapidum Spatoſorum crepitat, & poſtea in Calcariam exuritur puriſſimam. Variis in Patriæ provinciis, inprimis in Weſtro-Gothia, occurrit.

Lavendula. *Flores.*

Lavandula Spica. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. III. 60.

in

In Sveciæ hortis culta, ſuffruticoſa.
Corollulæ cylindricæ cœruleæ, odore præditæ aromatico gratisſimo.

Laurocerafus. *Folia.*

Prunus Lauro-Ceraſus. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. II, 988.
Arbor in Europa meridionali frequens.

Folia alterna, ſempervirentia, ovali-oblonga, utrinque glabra, ſerrato-dentata, in ſuperficie inferiori ad coſtam in termediam glandulis plerumque quattuor, primum coccineis, dein concoloribus, ſubplanis, inſtructa. Odoris fere expertia ſapore gaudent ab Amygdalarum amararum vix diſcedente.

Laurus. *Baccæ. Oleum unguinoſum.*

Laurus nobilis. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. II. 479.
Arbor Europæ meridionalis.

Baccæ vel fructus ovales, ex fuſco nigricantes, oleoſi, odoris aromatici fragrantis.

Oleum, e Baccis recentibus maturis aut expresſione aut coctione in aqua obtentum, ex Italia & Hiſpania ad nos venit. Oleis pinguibus aliis immixtis haud raro adulteratum deprehenditur. Sit vero genuinum rancedinis expers, ſpisſitudinis butyraceæ, coloris viridis, & odore aromatico laurino proprio præditum.

Ledum paluſtre l. Rosmarinus ſylveſtris.

Herba.

Ledum paluſtre. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. II. 602.
Frutex Svecica in locis paludoſis occurrens.

Folia linearia, pollicaria, margine utrinque revoluto, ſupra ſaturate viridia, glabra, ſubtus tomento fulvo-ferrugineo obducta, ſapore amaricante ſubaromatico, odore graveolente ſubnarcotico.

Lichen I. Muscus Islandicus.

Lichen Islandicus. Linn. Acharii Lichen. prodr. p. 170.
Svecicus, terreſtris, in Campis, Montibus & Saxetis aridis creſcens.

Lichen foliaceus, membranaceus, multifidus, laciniatus, glaber, vix lacunoſus, in pagina ſuperiori ex caſtaneo caneſcens, in inferiori pallidior, margine undique ſeticulis nigris ciliatus. Sapor amaricans, leniter acris & mucilaginoſus.

Linum. *Semina.*

Linum uſitatisſimum. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. I. 1534.
In Svecia cultum, annuum.

Semina ovato-oblonga, compresſa, lævia, nitida, ex fuſco olivacea, mucilaginoſa & oleoſa.

Lithargyrium.

Oxydum Plumbi ſemivitrificatum, ſquamularum inſtar micantium & lateritii coloris, poſt purificationem Auri & Argenti, mediante plumbo, in cupellis reſiduum. Si in Acido acetico non omne ſolvatur, nec tubi ferruminatorii ope totum vitreſcat, adulteratio ipſius cum particulis terreſtribus, plerumque Siliceis, ſuſpicanda eſt.

Lupulus. *Strobili.*

Humulus Lupulus. Linn. Sp. Pl. ed. II. 1457.
In Svecia cultus, perennis.

Strobili ſeu amenta ſubgloboſa, laxe imbricata ſquamis ovatis, ſubacutis, membranaceis, ſtramineo colore præditis. Odor graveolens ſubnarcoticus, ſapor peramarus.

Lyco-

OBSERVATIONES.

Guajaci lignum in Lue venerea, licet Specifici adverſus hunc morbum non mereatur nomen, tamen ut adjuvans Diaphoreticum, juxta uſum Hydrargyri, levamen interdum conciliare queat. In aliis quoque morbis cutaneis, nec non in Arthritide & Rheumatismo chronico uſurpatum, ſudorem elicit, vel ſaltem cutem perſpirationi opportunam reddit. In Plethora vero & Aſthmate nocet. Decoctum, cum regimine calido propinatum, uſui optime inſervit.

Cortex, quum ligno jam memorato virtute non antecellere videatur, etſi majoris venditur pretii, numerum medicamentorum absque ratione non augeat.

Reſina, pro diverſa doſi porrecta, aut ſudorem promovet aut alvum ſolvit. In iisdem morbis, atque lignum, quod tamen efficacitate longe ſuperat, commendanda eſt. Nocet autem ventriculo protractior uſus. Forma pilulari cum ſulphure aurato antimonii, hydrargyro dulci, vel extracto conii, aut asſa fœtida mixta, nec non Emulſionis, mucilaginoſorum ope paratæ, aut Pulveris cum cremore tartari, vel Tincturæ ſpirituoſo-ammoniatæ, pro re nata adhibetur. Tinctura cum Spiritu ſacchari (Taffia) parata, olim frequentius in uſu fuit.

Gummi arabicum I. Mimoſæ mucilagine ſua, qua totum conſtat, ad acria, ſic dicta, irritantia, quæ vel in tubo inteſtinali vel alibi ſubnata reperiantur, involvenda, mucumque naturalem deficientem reſarcien-

H 2 dum;

dum, valide confert. Hinc in Raucedine, Tusſi catarrhali titillatoria, Phthiſi, Hæmoptyſi, doloribus renum & veſicæ, a Calculi aut acris cujusdam irritatione oriundis, non tam per ſe, quam potius aliis remediis idoneis, acidis & ſpirituoſis exceptis, junctum adhiberi ſolet. In Diarrhœa, Dyſenteria & Teneſmo, Clysmatis forma egregie prodeſt. Ceterum, Reſinas, Gummi-reſinas & Olea pingvia ejus ope cum aqua miſceri, indeque Emulſiones parari posſe, notisſimum eſt.

Hederæ terreſtris herba, cui pauxillum olei ætherei ineſt, in Exulcerationibus internis olim immerito laudata, aliis remediis eſſicacioribus ex Verticillatarum ordine juſte poſtponitur, ideoque eliminetur.

Hellebori albi radix, ob vim vehementer draſticam & fere venenatam, quam etiam externe adhibita exercet, ex Praxi medica eo magis exſulere debet, quo plura exſtant remedia, Morbis cutaneis, Maniæ, cet, tutius opponenda.

Hellebori nigri radix ſiccata virtutibus gaudet modice purgantibus atque pellentibus, præcipue vero Emmenagogis. Tinctura igitur (Tinct. Melampodii Ph. Ed.) & Extractum, quibus potisſimum utimur, in Amenorrhœa Obſtructionis frequenter juvant. Vis ipſius in fibris radicis maxima reſidet & principio acri volatili cum parte mucilaginis & reſinæ eſt tribuenda.

Hippocaſtani cortex, adſtringens & amarus, in Pharmacopœa noſtra, qui locum obtineret, ideo dignus judicatus eſt, quia indigenus jam in locum Kinkinæ adverſus Febres Intermittentes, teſte Cel. Buckholtz & aliis, interdum cum ſuccesſu ſubſtituitur. Extracti formam

mam optimam dicunt. An vero aliis, quæ habemus, Succedaneis Kinkinæ, ut Cort. Salicis, Fraxini, cet., præferendus ſit, ulterior docebit experientia.

Hirudines vivæ. Ne in officinis umquam deſiderentur, apprime neceſſarium eſt. In Congeſtionibus ſangvinis ad loca tam interiora quam exteriora, & Inflammatione inde orta partiali, ut in Ophthalmia, Cynanche, cet, loco adfecto, vel huic proximo, admotæ, egregie auxilio ſunt. In Hæmorrhoidibus quoque ſuppreſſis, cœcis aut deviis; Amœnorrhœa & Dysmenorrhœa, ano vel inguinibus vel circum genitalia applicatæ, fluxum non modo reſtituunt aut compenſant, ſed & morbis, ab iſta retentione oriundis, præ aliis ſanguinem mittendi methodis, optime ſubveniunt. Digitis linteo obvolutis prehenſæ, cuti, antea bene mundatæ, adplicantur una vel plures; ſingulæ unciam circiter ſangvinis exſugunt. Si ad mordendum ſegniores reperiuntur, permittendum eſt, ut ſuper menſa aliquantulum liberæ repant, quo voraciores evadant. Cruore ſatiatæ ſponte decidunt, ſin minus, inſperſo ſale, quod etiam in interiora corporis forte delapſas certisſime necat.

Hordei ſemina ob farinoſum & mucilaginoſum, quibus abundant, inter nutrientia locum tenent eminentem. Decocta illorum, addito oxymelle, in Febribus inflammatoriis pectoris interdum pro potu conducunt. Maltum, quod ex his fermentatione paratur, forma Infuſi in Scorbuto, tam interne, quam externe ut formentum in Ulceribus, quæ huic morbo non raro ſuperveniunt, utiliſſimum viſum eſt.

Hydrargyrum, præparatis, quorum plurima, uſui interno deſtinata, in officinis proſtant, conficiendis in-

ſerviturum, ſemper adſit purisſimum. Ab omni, cujuscunque ſit nominis, labe, inſtituta deſtillatione, Hydrargyrum, per ſe tamen ægrius, tutius vero decima circiter ſui ponderis parte Cinnabaris adjecta, optime purgari poteſt.

Hyoscyami folia, ad ordinem Narcoticorum pertinentia, in Mania, Epilepſia & Melancholia, caute uſurpata, interdum profuisſe dicuntur. Uſus diuturnus nauſeam & vertiginem ciet. Extracto potisſimum utimur. Herba recens contuſa, Cataplasmatis forma, in doloribus Rheumaticis, Tumoribus frigidis & Scirrhis mammarum, ſæpe cum fructu ſuperimponitur. Antidotum optimum eſt acetum, larga doſi propinatum.

Hysſopi herba oleo æthereo gaudet. In Tusſi catarrhali & Aſthmate pituitoſo, Infuſi forma aut Syrupi, adpoſite adhibetur. Grato ſapore inter medicamenta, quæ ex Verticillatarum clasſe deſumuntur, eminet.

Jalappæ radix, reſinam ad ſextam usque ſui ponderis partem tenens, draſticis vel ſaltem catharticis adnumeratur. In variis igitur morbis, ubi necesſaria judicetur fortiorum laxantium opera, inprimis vero in Hydrope & contra Vermes, uſurpari poteſt. Datur forma Pulveris, vel per ſe, vel Hydrargyro dulci juncta.

Ichthyocollam, quæ ex mera gelatina animali conſtat, valenter admodum Febres Intermittentes curare novisſime detexit Cel. SEGUIN; quod aliorum quoque experientia probavit. An vero vi ſua quam maxime nutriente, adeoque corroborante, quod quidem veroſimillimum videtur, vel alio quodam modo, ventriculi inprimis ſtatum mutando, in hoc morbo, quo vix pertina-

nacior ullus, tantam & tam inopinatam exſerat efficaciam, nondum ſatis liquet. Attamen ab uſu ejus, debita accuratione repetito, multum ſibi emolumenti, Medicina polliceri poſſe credimus. Eidem quoque uſui, præter ichthycollam, inſervit quæcunque alia vilioris pretii gelatina animalis, quæ, antea in aqua coctione ſoluta, rite clarificata, atque ſaccharo remixta, ſufficiente, ſed pro diverſa ætate, varia doſi, ſub apyrexia ſumi, &, devicta febre, ne recrudeſcat, per aliquot dies continuari debet. Clysmatibus etiam in Diarrhœa & Dyſenteria, ut involvens, nonnumquam addi ſolet. Præterea ad liquores turbidos clarificandos & conficiendam telam, ſic dictam, vulnerariam anglicam, qua vulnera leviora cutis vulgo teguntur, frequentius uſurpatur.

Imperatoriæ radix, quam ſupervacaneam reddit Angelicæ multo efficacior, merito eſt eliminanda.

Ipecacuanhæ radix inter præſtantisſima atque tutisſima emetica jure ponitur. Doſi plena modice & ſine damno vomitum excitat, quamobrem uſus ejus in compluribus morbis, ubi per emeſin ventriculum evacuandi rationes adſint, proficuus reperitur. Doſi refracta virtutes habet antispasmodicas, ideoque in Aſthmate convulſivo aliisque morbis ſpasmodicis utilis. Ex illius cum opio mixtura præſtantisſimum obtinetur ſudoriferum, in Hydrope, Dyſenteria & Rheumatismo chronico, præcipue commendandum. In Hæmorrhagia Uteri, parva, ſed frequentius repetita doſi, adhibita, ſæpe auxilio fuit. Pulvis & Vinum, numquam vero Decoctum, præſcribuntur. Virtus ipſius, quæ in ſubſtantia corticali præcipue poſita eſt, a principio acri ſubvolatili, cum parte reſinoſi aut extractivi, pendet.

Iri-

Iridis florentinæ radix ſiccatione principium ſuum acre volatile, ſuperſtite materia amylacea, ex parte amittit. Pluribus tamen remediis, inprimis expectorantibus, nec non Digitali, addita, non modo ſaporem emendat, verum etiam vires illorum interdum augere videtur. Variis quoque ſubſtantiis, odoris gratia, immiſceri ſolet.

Juglandis fructus immaturus. Ex ſucco expreſſo paratur extractum, quod, ob ſaporem minus ingratum, infantibus aptum præbet Anthelminticum. Neque Decoctum putaminis in Aphthis & exulcerationibus oris parum proficit. Materiam tenet adſtringentem & amaram.

Juniperi baccæ, præter ſaccharinam, materia quoque reſinoſa cum oleo æthereo præditæ ſunt. In Hydrope infuſum, pro diverſo regimine, aut ſudorem movet aut urinam pellit. Spiritus deſtillatus, aqua dilutus & ſaccharo mixtus, interdum pro potu in eodem morbo præſcribitur.

Lignum, materia ſaccharina excepta, nullo fere Baccarum principio deſtitutum eſt; nec differunt virtus & uſus.

Kinkinæ Cortices inter Tonica principem ſummo jure ſibi vindicant locum. Ab hac virtute ſola, aliæ quoque, quotquot ipſis tribuuntur, Antifebrilem, loquor, Stomachalem, Adſtringentem, Antiſepticam, ſuppurationem promoventem, rel., ortum duxiſſe videntur. Principiis Kinkinæ adnumerantur, Amarum, Adſtringens cum parte mucilaginis, Reſinoſum & ab Oleo æthereo vel potius Extractivo pendens Aroma. Sunt quidem hæcce principia ſingulis Corticis ſpeciebus commu-

munia, & in diverſis, ratione tantum quantitatis & mixturæ, varia. *Flavus* ſcilicet principio amaro & aromatico inter ceteros valde eminet: *Ruber* reſinoſo & adſtringente; *Officinalis* autem horum pauperrimus eſt. Plures licet earundem partium apud alia quoque medicamenta ex regno vegetabili, quæ ad Tonicorum claſſem referuntur, inveniamus, in cortice tamen Kinkinæ ita diſpoſitæ atque amice junctæ deprehenduntur, ut vix ſperandum, umquam fore, ut detegatur Succedaneum, ſimplex vel compoſitum, virtute ipſi æmulum. Forſan etiam claudicat Analyſis, quod quidem ſemper ſit, dum de materiis organicis agitur. Neque ſane pauci ſunt morbi, quibus recte opponitur, quum multiplex dudum ſtabiliverit experientia, vix dari ullum, cui, modo juſto tempore, idoneo cum regimine, & debita doſi atque forma exhibitus fuerit, tutam non præſtiterit medelam. Ab illo jam tempore, quo primum innotuit, ad noſtrum usque, unicum fere, ſaltem certisſimum medicamentum ad Febres intermittentes recte æſtimatur. His tutisſime opponitur, ſi tempore intercalari, dum cibi appetitus redire incepit, tanta datur copia, ut proxima avertatur accesſio. In aliis quoque Febribus, Remittentibus nempe & Continuis, ſic dictis, putridis, Nervoſis, Exanthematicis, ubi ſub earum progresſu vires corporis fractæ inveniuntur, Corticis uſus optimum ſubminiſtrat auxilium. Nec in Dyſenteria & Hæmorrhagia pasſiva parum proficit. Phthiſi tam ulceroſæ, quam pituitoſæ, ſimulac inflammationi ſubventum ſit, ſæpe potenter obſtat. In Morbis chronicis, a mobilitate nimia vel debilitate ſolidorum generali proficiſcentibus, ut Levcorrhœa, Hyſteria, Tusſi convulſiva, Pollutionibus nocturnis, pluribusque aliis, optime ſuccedit curatio, ſi ante Corticis uſum digeſtivorum ope viæ primæ tempeſtive fuerint purgatæ. Nocet vero, ſub æſtu febrili, in o-

 mni-

mnibus Morbis inflammatoriis & Rheumatiſmo acuto; nec inter initia febrium in genere Kinkinæ uſus convenit. Pulveris forma omnium efficaciſſima eſt, quæ itaque ſemper adhibenda, quotiescunque indoles morbi & gradus, aut ſymptomata tollenda, inprimis vero ad concoquendum præſentior ventriculi ſtatus id fieri permittant. Pulvis igitur vel per ſe ex aqua, lacte, vino aut ſyrupo ſacchari ſumendus, vel cum quodam aromate, acido ſulphurico tenui, aut, ſi ægre illum fert ventriculus, cum opio miſcendus. Infuſum quoque aquoſum, curatius paratum, ut vi Corticis, quantum fieri poteſt, tota imbuatur, delicatioribus & infantibus idoneum eſt, & inprimis ubi pulverem recuſat infirmior ſtomachus. Decocto minus fidendum eſt, nam exigua admodum virtutis pars coctione extrahitur. Extracto quoque, cujus pars una tribus pulveris reſpondere exiſtimatur, & infuſo vinoſo interdum utuntur Medici. Clysmatis forma in Febribus putridis, Nervoſis, & Intermittentibus infantum, dum uſum internum ægre admittunt, non perperam tentatur. In Cynanche gangrænoſa fauces, infuſo injecta, utiliter lavantur. Pro Ulceribus, Cancro & imminente Gangræna, Epithemata & Fomentationes ingreditur. Cum opio vel camphora juncta Gangrænam ſiccam egregie ſiſtit. Officinalem, licet ceteris efficacitate inferior ſit, & admiſtione Corticum, illum ſimulantium, nonnumquam adulteratus inveniatur, tamen excludere noluimus, quum minoris vendatur pretii, nec omnino rejiciendus ſit. Infuſum genuini, etiamnum calidum, ſit limpidum & rubicundum, refrigeratum vero turbidum & flavum.

Kino l. Gummi Gambienſe eſt inter puriſſima, quæ novimus, Adſtringentia. In Pharmacopœam noſtram introducendum cenſemus, quum ad uſum internum aptius ſit, quam cetera ejusdem indolis ſimplicia e regno vegetabili depromta, quæ habet Materia pharma-

maceutica. In Diarrhœa chronica, Metrorrhagia, inprimis parturientium, Incontinentia urinæ & Fluore albo, nec non in Febribus intermittentibus, aliis remediis junctum, cum ſucceſsu uſurpatum fuit. Externe adplicatum, ubi fieri potuit, in iisdem quoque morbis ſalutare inventum eſt. Pulveris & Tincturæ cum ſpiritu vini tenui paratæ potisſimum utimur forma. Major portio τȣ̃ Tannin cum minori Acidi gallici & exigua reſinæ, principia ſunt, quibus vis ipſius adſtringens eſt tribuenda.

Lacca in ramulis in officinis ſervanda videtur ob Tincturam, quæ ex illa paratur & in quibusdam Gingivarum morbis non inutilis eſt. Lacca vero in tabulis & granis, materia colorante, cui virtus præcipue inhæret, carens & ex mera reſina conſtans, expungenda eſt.

Lacmus egregium præbet Reagens, quo Acidorum in fluidis præſentiam optime detegitur. Color enim cœruleus Tincturæ ejus multa aqua dilutæ, vel charta illo Tincta in rubrum cito mutatur, qui tamen ſenſim iterum evaneſcit, ſi ope Acidi Carbonici id factum eſt. Liquores illo fraudulenter coloratos esſe, docet additamentum Alkali cujusdam.

Lapis ſuillus a Recentioribus quibusdam in Calculo renali magnis laudibus extollitur. An vero aliam vel majorem adverſus hunc morbum, quam Carbonas Kali aut Sodæ vel Calcariæ puræ vim posſideat, non liquet, niſi quod Bitumini, ſic dicto, vel potius Hydrogenio ſulphurato, quo inquinatum eſt, tribuendum ſit. De cetero illum e Pharmacopœa dimittere vetuerunt & fides, quam apud Vulgus habet, & facilitas negotii, quo in Calcariam puram convertitur.

Lavendulæ flores tam ob odorem gratiſſimum, quam vim ſtimulantem Speciebus reſolventibus vulgo admiſcentur. Fragrantiam debent oleo æthereo inhærenti, quod in officinis quoque proſtat, & deſtillatione obtinetur.

Laurocerasi folia, veneno præſentiſſimo infamia, principium tenent Narcoticum, oleo æthereo intime nexum, quod non niſi intenſiori calore, qualem aquæ deſtillatio requirit, vix vero exſiccatione ſola, evolvitur. Nihilominus Aqua deſtillata in Mania & Melancholia, inprimis ubi Viſcerum obſtructiones ſimul adſunt, caute atque ſuſpenſa manu exhibita, inſignem ſæpe, ut fertur, adtulit utilitatem.

Lauri baccarum uſus internus jam diu exolevit, externus periſtat, & in Phthiriaſi & Scabie ungventis, atque in Colica flatulenta clysmatibus ſatis congruenter adduntur.

Oleum ungvinoſum ætherei portiuncula infectum eſt. Tumoribus frigidis, Articulis luxatis, & in Colica flatulenta abdomini inungitur, rarius vero clysmatibus immiſcetur, auribusque in Surditate & Otalgia immittitur.

Folia culinæ relinquantur, nec Pharmacopolis amplius ſint oneri.

Ledi paluſtris l. Roriſmarini ſylveſtris herba non tantum in variis morbis Cutaneis, inprimis Venereæ indolis, verum etiam in Tuſſi convulſiva & Dyſenteria laudatur. Forma utitur Infuſi, quod externe quoque, & quidem addito Hydrargyro ſublimato, ad Lotiones & Balnea in Scabie, aliisque Cutis morbis proficuum

cuum habetur. Ex principio narcotico cum amaro & exigua parte adſtringentis conſtat.

Leviſtici ſemina radix Angelicæ ſupervacanea reddit.

Lichen l. Muſcus Islandicus multam mucilaginem tenet. Ob vim nutrientem in omni tabe, ex. gr., quæ Phthiſin, Tusſim ferinam, Hæmoptyſin, Diarrhœam chronicam & Pollutiones nocturnas comitatur vel inſequitur, ſalutaris reperitur. Decoctum aquoſum, cui colato pauxillum lactis & ſacchari admiſcetur, ventriculo apprime placet. Verum ante coctionem principium acre & amarum maceratione vel ebullitione in aqua extrahendum eſt.

Lini ſemina mucilagine & oleo æthereo ſcatent. Decoctum intus perbene obvolvit. Clysmata & Cataplasmata emollientia ex farina illorum frequentisſime componuntur.

Lithargyrium eum tantum in finem ſervatur, ut Emplaſtra, Ungventa & Acetum ſaturninum, cet, inde confici posſint.

Lupuli ſtrobili, præter amarum, narcoticum quoque tenentes, roborant atque inebriant. Speciebus reſolventibus & Epithematibus recte adduntur. Decoctum, decreſcente luna, ſumtum vermes efficaciter pellit.

Lyco-

REFORMANDÆ PHARMACOPOEÆ SVECICÆ

SPECIMEN QVARTUM

QVOD

VEN. EXPERIENTISS. FACULT. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. MOSCOU. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. REG. SCIENT. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. NANCIENS. MED. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO, NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT. NATION. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU MEDICO

PUBLICO SUBJICIT EXAMINI

AUCTOR

ERICUS MAGNUS JUHLIN

WESTMANNUS

IN AUDITORIO BOTAN. SUP. D. XIV MAJ. MDCCCVI

HOR. ANTE ET POST MERID. SOL.

Upſaliæ, Typis Edmannianis.

Lycopodium. *Pollen.*

Lycopodium clavatum. Linn. Sp. Pl. Ed. II. 1564.
Muſcus Suecicus, perennis.

Pollen ſubflavum, inodorum, inſipidum, miſturæ humidi pugnax.

Majorana. *Herba.*

Origanum Majorana. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. III. 137.
Planta annua Europæ meridionalis, culta in hortis Sueciæ.

Herba ſpicis ſubrotundis, ternis compactis pedunculatis; foliis petiolatis ellipticis, obtuſis, glabriuſculis, ex viridi albicantibus. Recens & ſicca odorem habet fragrantem gratumque, ſaporem aromaticum ut aliæ ordinis verticillatarum.

Malva. *Folia.*

Malva rotundifolia. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. III. 786.
Planta Suecica in ruderatis, plateis, annua.

Herbæ caulis proſtratus, foliis cordato-orbiculatis quinquelobis, peduneulis fructiferis declinatis. Recens herba odore gaudet nullo, ſapore herbaceo. Folia ut potisſimum mucilagine prædita uſurpantur.

Manganeſium oxydatum nativum.

In fodinis Saxoniæ præſertim occurens.

Metallum magna oxygenii parte ditatum, caneſcenti-nigrum, inquinans, textura radiatum, igni expoſitum Gas oxygenii largiter emittit. Ex unciis XVI Manganeſii oxydati, addito pari portione acido ſulphurico concentrato, Gaſis oxygenii pollicum cubic. circiter 3384 elici posſunt. Manganeſium oxydatum ferro carbonico a-

liisve admixtum, uſui Pharmacevtico vel medico haud inſervit.

Manna.

Fraxinus Ornus & rotundifolia. Lin. Sp. Pl. Ed. II. 1510.
Arbor Europæ auſtralis, in Calabria & Sicilia præ ceteris frequens.

Succus melleus exſiccatus, ſubfriabilis, albido flaveſcens, fruſtulis ſolidis, fractura granulatis, mollibus; odore melligeno, ſapore dulci ſubacri; ſolvitur in aquæ frigidæ triplici pondere, calidæ dimidio, in ſpiritus vini octuplo & in aliis quoque liquoribus præter olea unctuoſa. His vero proprietatibus genuina ab illa, quæ Scammonio, ſaccharo, foliisque Sennæ adulterata eſt, dignoſcitur. A triplici Mannam colligendi ratione, totidem ejusdem vulgo habentur ſpecies. 1:ma quæ ſponte exſudat ex truncis & ramis arboris (Manna in lacrimis dicta) optima ducitur ſed raro ad nos venit. 2:da ex inciſuris in cortice factis, unde liquor elicitur & ſole inſpiſſatur, (M. Calabrina, M. Sforzatella, quæ iterum eſt aut M. electa ſ. in granis, aut M. craſſa ſ. in ſortis; hæc mundificata l. in aqua ſoluta & in tabulas redacta, nomine M. tabulata audit). 3:tia quæ vel ſtipulas in inciſo cortice paſſim infixas circumveſtit, vel fragmentis ligneis in arbores illigatis ſtalagmiarum inſtar ſe adfigit, (M. canellata l. cannulata) hæc laudatisſima & cariſſima æſtimatur. Quædam ſpecies Salicis & Quercus, ſuccum Mannæ ſimillimum etiam præbent. M. Brigantina a Pino Larici proveniens ſaporem terebinthinatum prodit.

Marrubium. *Herba.*

Marrubium vulgare. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. III. 3.
Herba Svecica in ruderatis & ad vias creſcens, perennis.

Herba

Herba caule erecto, villoſo, ramis oppoſitis, foliis petiolatis, ovatis, pubeſcentibus. Recens & ſicca odorem habet fragrantem gratum, ſaporem amarum diu perſiſtentem.

Marum. *Herba.*

Teucrium Marum. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. III. 18.

Fruticulus in Europa meridionali & Aſia indigenus, in Hiſpania & Syria frequenter cultus.

Caulis pedalis, fruticoſus, ramoſus; foliis integerrimis ovatis, petiolatis, ſubtus tomentoſis; floribus racemoſis, purpureis. Odor fruticis ſicci eſt fragrans, fortis, camphoratus, balſamicus; recentis fortior. Sapor bituminoſo-aromaticus.

Mel Narbonenſe & Mel Suecicum.

Apis mellifera. Fabr. Syſt. Entomol. 2: 327.

Inſectum hymenopterum, ſuecicum.

Mel eſt materia ſaccharina, ſpisſa, ſapore dulci, odore aromatico. Quæ calore moderato ſponte fluit ex favis juniorum apium, optima, nomine mellis virginei, habetur. Ambo ejusdem generis & indolis ſunt, variis locis, variisque vegetabilibus licet collecta; Rosmarinus Narbonenſibus, Erica & Acer cum ceteris Suecicum fere præbent. Sinceritate maxime differt Mel in officinis obvium; bonum eſt clarum, & quo albius eo melius: in aqua & Spiritu vini ex toto ſolubile. Farina vel arena ſubtilis, quibus nonnumquam reperitur adulteratum, ex ſolutione deſidunt. Mel deſpumatum ad uſum internum parum apte eligitur; quippe qua purificandi via, in deterius permutatum eſt.

Melilotus. *Flores. Herba.*

Trifolium Melilotus officinalis. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. III. 1355.

Herba Europœa, colitur in hortis, biennis.

Herba bipedalis ad ſummum quinquepedalis, leguminibus racemoſis, nudis, diſpermibus, rugoſis, acutis, ſtipulis lanceolato-ſubulatis, indiviſis, caule erecto; ſapor amaricans; odor ſvaveolens ab Aſperulæ odoratæ non abhorrens & in herba & præcipue floribus, cum inaruerunt, augetur.

Meliſſa. *Herba.*

Meliſſa officinalis. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. III. 146.

Planta in Europa auſtrali frequens, in hortis Sveciæ culta, perennis.

Herba racemis axillaribus, verticillatis, pedicellis ſimplicibus, recens odore citrum refert, ſapore herbaceo, citrato; antequam effloruerit valentior.

Mentha criſpa. *Folia.*

Mentha criſpa. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. III. 77.

Planta Siberica, colitur in hortis Sveciæ frequenter, perennis.

Folia ſunt cordata, dentata, undulata, ſesſilia. Odor recentis eſt fortis, fragrans, haud gratus; ſapor calide aromaticus. Siccata haud multum perdunt virium.

Mentha piperitis. *Herba.*

Mentha piperita. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. III. 79.

In locis humidis Angliæ natalis, in hortis culta, perennis.

Herba foliis ovatis, ſerratis, petiolatis, ſtaminibus corolla brevioribus, ſaporem Piperis inſtar, unde nomen, acrem habet; odorem fragrantem ſubcamphoratum; recentis & odor & ſapor debilior. Maſticata linguam & fauces valde calefacit, ſubſequente ſenſu frigidiuſculo. Ab incautis facile confunditur cum Mentha viridi, cujus vero folia ſunt anguſtiora, ſesſilia, ſpica longior & exilior, ſapor imbecillior. Inter omnes Menthæ ſpecies, piperita fortisſima eſt.

Mezereum. *Cortex trunci & rad., Baccæ.*

Daphne Mezereum, Thymelæa, Laureola & Gnidium. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. II. 415 - 420.

Frutices in Suecia, Anglia, Gallia, Hiſpania, Helvetia & Italia creſcentes.

Ad 4 pedum altitudinem in ſilvis occurrunt. Perinde eſt, cujus ſpeciei horum cortex uſurpatur; ſingulis enim ineſt vis acris, quæ in ſubſtantia corticali præſertim radicis reſidet.

Baccæ recentes majorem quam ſiccatæ, cum manducantur, produnt acredinem. Quæ vero an nucleo adeo omnis adſcribenda ſit, ut pulpæ prorſus nulla, experimento nondum liquet certo.

Mille-

Milleſolium. *Summitates florentes.*

Achillea Millefolium. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. III. 2208.

Herba Suecica, perennis.

Herbæ foliis bipinnatis, glabriuſculis, pinnarum laciniis linearibus dentatis, ſapor eſt ſubadſtringens cum aromatis indiciis, floribus præcipue inſidentibus. Folia plus adſtringentis habent. Aroma Millefolii in oleo viridi ex herba deſtillato, præcipue continetur.

Moſchus.

Moſchus moſchiferus. Linn. Syſt. nat. Ed. Gmel. I. 172.

Animal ex ordine pecorum in Tartaria, Tibetho, China & Siberia habitans.

Moſchus eſt maſſa ungvinoſa., fuſco colore, granulata, cruori ſiccato haud disſimilis, in veſica ſubumbilicali animalis invenienda, ſapore acri, odore penetrantisſimo, cum aliis materiis facillime connubium ineunte. Corrumpitur multis modis & non numquam fere totus eſt artificialis; cruore ſiccato coagulato & in fruſtula ſubacto, Benzoës reſina, pulvere plumbi, Aſphalto, cet. adulteratur, quæ difficilia ſunt detectu ob odorem penetrantem heterogeneis a Moſcho admiſto, communicatum. Odor proprius in materia reſinoſa reſidet. Moſchus ex China importatus in veſicis unica ſutura, pilis albidis diſtinctis & intus teneriori tunicula veſtitis, & ferro candente uſtus, nullo pæne cinere relicto, evaneſcens, optimus habetur. In vitris bene obturatis ne vis avolet, ſervandus eſt.

Myr-

Myrrha. *Gummi-reſina.*

Ex arbore Orientis nondum cognita.

Gummi-reſina ſolida in fruſtulis minoribus, rubicunda, ſubdiaphana, extus læviuſcula l. verrucis elevatis ſcabrida, fragilis, ſubfriabilis. Odor Myrrhæ eſt fragrans, balſamicus, haud ingratus. Igni admota flagrat candelæ inſtar. Quæ vulgo noſtris proſtat in officinis, electæ nomine, Gummi arabico & ceraſorum aliisque hujusmodi commixta eſt. Genuina lucidis fruſtulis, colore pallide aureo, punctis albidis interſperſis inſignitur, ſapore amaricante, maſticata in ore ſolubilis, in acidis dulcificatis mineralibus omnis ſolvenda.

Nicotiana. *Folia.*

Nicotiana Tabacum. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. I. 1014.

Planta Americana, ubi perennat. Colitur ubique annua.

Folia lanceolato-ovata, ſeſſilia, decurrentia, pedalia & ultra. Herbæ recentis odor eſt debiliter narcoticus, ſiccatæ vero fortior peculiariter ingratus; ſapor acris nauſeoſus.

Nitrum.

Nitras Kali eſt ſal neutrale e Kali & acido nitri conſtans, cryſtallis hexaëdris, apicibus hexagonis. Solvitur in VII partibus aquæ frigidæ, in aquæ ebullientis pari ponderis ſui parte. Sponte provenit in Aſia, Hiſpania regno Neapolitano & ubicumque in putredinem ſimul abierunt ſubſtantiæ animalium & vegetabilium; præterea arte

arte paratur. Inquinatum plerumque obvenit a Kali muriatico, Natro muriatico, & Magneſia nitrata, quare ſolvendum, evaporandum & iteratis vicibus cryſtalliſandum, ut ante depuratum fiat quam ad uſum Medicum internum adhibeatur. Aqua ſolutum, a Magneſia, modico caloris gradu, addito Kali purgatur.

Nux moſchata.

Myriſtica moſchata. Thunberg.

Nucleus ſubrotundus, ſolidus, ponderoſus, extus ſubfuſco-cinereus, vermiculate inæqualis, magnitudine pruni minoris; disſectus, ſi ſectionum ſuperficies lævantur, venoſus apparet & ad tactum digitorum unctiuſculus ſentitur, odore fragranti grato, ſapore pingviuſculo aromatico, maſticatus friabilis ſolvitur fere in ore, fauces calefaciens.

Oleum olearum.

Olea Europæa. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. I. 36.

Europæ auſtralis arbor ſempervirens.

Oleum exprimitur e fructibus recentibus fere maturis & ſollicite decerptis, blandum l. ſufflavum, pellucidum, non nimis unguinoſum, ſaporis grati, odoris vix ullius. Ætate ranceſcens ſubviride, acre fit eoque citius quo calidiore loco & aëri expoſitum reponatur. Ut albedinem huic aliisque oleis expresſis concilient mercatores, digerunt illa in vaſis plumbeis planis per aliquod tempus, qua re, ſoluta parte plumbi inquinata, uſui interno damnoſa ſunt.

Opi-

OBSERVATIONES.

Lycopodii pollen ad pillulas, ne inter ſe cohæreant, conſpergendas & ſaporem, ſi habent ingratum, celandum, colligitur; excoriationibus & intertriginı inſperſum innocuum eſt medicamen; ad ignes artificioſos conficiendos præterea idoneum. Uſus ejus internus jam diu obſolevit.

Macis & Olea ejusdem, genuina cum carioris ſunt pretii, adulterata cum nullius fere utilitatis, & ad hæc alia, iisdem ferme dotibus prædita cum non deſideramus remedia, hodie ſine noxa expungi posſunt.

Majoranæ ineſt principium æthereum, quod deſtillatione elicitur. Herbæ unciæ XVI dant olei drachmas II. Externe adhiberi poteſt hæc herba inter ſpecies reſolventes, interne ſub forma infuſi in morbis aſthmaticis & catarrhalibus. Pulverem ſternutatorium Ph. Edimb. intrat, qui vero, hac omisſa, non minus valet.

Malva ut emolliens & lubrificans poſtponenda quidem Altheæ, ob vile autem pretium commendabilis. In Iſchuria, Colica nephritica, Dyſenteria & ad acria involuenda, proficit decoctum l. infuſum foliorum. Ad Cataplasmata, fomentationes, Gargarismata & Clysmata emollientia, uſus externus haud rejiciendus. Perinde esſe poteſt, cujus ſpeciem

in uſum medicum colligimus, cum materia glutinoſa omnibus inſit ſalubris.

Manganeſium oxydatum nativum ideo officinale cenſendum, quod Gas oxygenii inde facile elici poſſit, cujus uſus in morbis aſphycticis, in paralyſi extremitatum inferiorum, in Scrophula, in reſpiratione difficili ex defectu hujus gaſis, & in Noſocomiis & aliis locis, ubi aër atmoſphæricus quacunque de cauſa corruptus ſit. An ex hoc quoque, ut cel. Kapp, ſuccedaneum Hydrargyri in lue venerea haberi poſſit, veniens ætas dijudicabit. Unguentum in Scabiem a IV partibus Manganeſii in pulverem redacti, & XVI partibus adipis ſuillæ admixtis, facile & tuto curat ſcabiem, teſte D. Grille.

Mandragora. Ubi ſatis ſuperque vegetabilium narcoticorum ipſa præſtat patria; exoticam hanc radicem e materia pharmaceutica eliminandam cenſemus. Belladonnæ radix vicem Mandragoræ bene ſupplet.

Manna ſelecta, tabulata maxime utimur. Donec recens eſt, nutrit, non laxat. Ut eccoproticum propinatur in morbis inflammatoriis pectoris, aſthmate & catarrhis, cum expectorationem promoveat. In nimia incitabilitate tubi inteſtinalis & atrophia ex Phthiſi, unicum fere eſt laxans idoneum. Salibus aliisque laxantibus vulgo jungitur: in thea, lacte aut aqua aromatica optime adhibetur; ſola enim tormina plerumque movet, quod acidis vegetabilibus admixtis caveri poteſt.

Mannam tabulatam ut purefactam imprimis præſcribimus. Mel optimum vilioris pretii cauſa, locum Mannæ ſupplere poteſt.

Marru-

Marrubium. Herba ſicca laudem habuit a veteribus Medicis, nunc fere obliterata, ſed haud ſpernenda. Ut ſtimulans, ad obſtructiones viſcerum & menſium a debilitate, in Hyſteria, & ut ſolvens in Aſthmate pituitoſo forma infuſi uſurpetur.

Marum. Herba rec. & ſicc. principium tenet æthereum camphoræ ſimile. Propinata fuit l. forma pulveris l. infuſi aquoſi aut vinoſi, absque ſangvinis circulatione aucta, inſigni cum fructu in debilitate nervorum, morbis ſoporoſis, Hyſteria & Cachexia. Ut Errhinum adplicari poteſt. Fricata folia nares ſtimulant. Singulari cupidine feles ad hunc fruticulum ferri dicuntur.

Maſtiche reſina vacare posſunt officinæ Pharmacevticæ cum aliæ reſinæ minoris pretii vicem illius ſupplent. Vernices, ſuffimenta & pulveres dentifricios intrat. Feminæ Turcicæ & Græcæ manducant illam, ut halitu oris placeant & albedinem dentium conſervent gingivasque corroborent.

Matricaria etiamſi aliquantum olei ætherei tenet, vi multo inferior eſt Chamomilla; raro hodie præſcribitur quapropter & illam omiſimus.

Matriſylva. Herba recens ſed potius ſicca adſtringentis & ætherei principii paulullum prodit; ut ſvaveolens innocuum placet, in re medica autem ſuperflua. Siccata, aquæ & Spiritui vini odorem gratum Meliloti haud abſimilem conciliat.

Mel Narbonenſe &
Mel Svecicum materiam ſaccharinam præcipue con-

continet mucilagine & materia odorante junctam. Interne ut lubrificans & mite ſolvens præbetur; cum vero flatus ciet, & in fermentationem facile abeat, aliis medicamentis jungi amat. Antipathia in mel quidam laborant; nec convenit quibus debilia ſunt organa digeſtionis. Ut vehiculum aliorum medicaminum eorumque ſaporem corrigendum, ad Gargariſmata & Clysmata bene præſcribitur.

Melilotus. Oleum æthereum & mucilaginem tenet, unde reſolvendi & emolliendi cauſa externe, forma epithematis & cataplasmatis adplicari convenit. Intrat quoque emplaſtrum ſui nominis, qua tamen forma minus idoneum.

Flores & quidem varietatis lutei, herbæ, vi præferuntur.

Meliſſa. Herba recens cum aliis aromatibus juncta, efficax eſſe poteſt ut reſolvens. Foliorum infuſum ut leniter diaphoreticum adhibetur in Rheumatiſmis. Olei ætherei pauxillum tenet, quod ſiccando perdit.

Mentha criſpa. Herba recens & ſicca eminet vi nervina & reſolvente ex oleo æthereo inſito. Ad lac in mammis puerperarum coagulatum, ut efficax reſolvens externe adplicatur in ſacculis cum vino madefactis l. aqua cocta. Contra vomitum & tormina inteſtinorum quoque externe uſurpatur. Quid aqua & oleum ex ea deſtillata valeant, ſuis locis videndum.

Men-

Mentha piperitis. Herba ſicca principium diu ſervat æthereum. Forma infuſi cum melle l. ſaccharo in vomitu, Rhevmatismis chronicis, colica flatulenta, præberi poteſt uſui interno, ſed ob vim calefacientem, haud ſine circumſpectione. Externe adplicata egregie reſolvit. Oleum & aqua exinde deſtillantur.

Mezereum. Cortex recens ad ulcera artificialia formanda; ſiccata quoque, modo prius, quam applicatur, in aqua potisſimum madefacta eſt, eundem in uſum adhiberi poteſt. Ratione acrimoniæ, interne non niſi caute haurienda forma infuſi l. decocti; quo modo ſumta ſalutaris fuit in plurimis morbis chronicis, imprimis contra ulcera ſiphilitica & dolores oſteocopos, exoſtoſes & cariem osſium eadem ex cauſſa, contra morbos cutis inveteratos, cum radice Glycyrhizæ l. aliis mucilaginoſis juncta & ad ſymptomata arthritica a cauſa venerea. Decoctum illa præbemus portione, ut corticis uncia ſemis cum aquæ libris II. l. III. ad dimidium incoctis, quotidie conſumatur.

Baccis ut plus periculi afferentibus careamus in officinis; inflammationem ventriculi exitialem cauſſant deglutitæ. Antidota optima ſunt micilaginoſa, opium, ſed imprimis camphora teſte Hahneman.

Millefolium. Summitates florentes rec. & ſiccatæ, tonicæ & efficaces habentur in hæmorrhagiis pasſivis, ſpasmis, doloribus poſt partum; ad hæmorrhoides mucoſas forma infuſi haud ingrata, a ſummitatum drachmis III cum aquæ unciis VIII lacte admixto, tempore matutino haurienda utilisſimum ſe præſtitit.

Mini-

Minium Lithargyro compenſatur. Quod in commercio obvenit, adulteratum ſæpe invenimus farina lateritii, tubo ferruminatorio facile detegendum, quippe quod verum in regulum reduci debet, additis heterogeniis remanentibus.

Morus. Cortex ut Anthelminticum & quidem tæniam profligare potens laudatus fuit jam fere obſoletus & ſuperfluus. Ceteris Anthelminticis juſto deferimus palmam

Foliorum nullus eſt uſus medicus; ſed Erucis pabulo inſerviant, quibus ſericum debemus.

Moſchus prima inter medicamenta & necesſaria jure laudandus. In Typho & plurimis morbis cum debilitatis caractere peculiariter agit in genus nervoſum, ad ſpasmos febriles ſolvendos, ſubſultus tendinum, convulſiones, Epilepſiam & Maniam, riſum Sardonicum, Triſmum, gangrænam, cardialgiam, hydrophobiam, colicam pictonum, Apoplexiam ſeroſam & exanthemata retrogresſa, ex copia rerum & doſi ſufficienti, cum fructu adhibitus fuit, Forma pulveris a gr. VI ad ſcrupulum ſemis l. unum propinatur cum ſaccharo, Valeriana l. ſale cornu cervi, vino aut infuſo aromatico mixtus, prout indicatur ad drachmam unam intra XXIV horas hauriendus. Ut nervinum optimæ indolis & ſine irritatione nimia tranſpirationem pulſumque auget. Hyſtericæ odorem pleræque ferre nequeunt.

Muſcus erectus ut nimis vehemens & infidum evacuans, expungitur.

Myr-

Myrrha in morbis pectoris antea magnopere uſitata, a recentioribus rejecta fuit æque ac alia balſamica, ob magnam partem æthercam irritantem nimis; ſed qua par eſt circumſpectione adhibita, convenit poſt ſtadium inflammatorium. Ut Emmenagogum forma pillularum l. tincturæ propinatur. Ad cariem, ulcera oris & gingivarum mali moris, ſoluta vino calido l. decocto corticis quercus haud eſt deſpicienda gargarismatis inſtar, mundificandi & roborandi ſcopo.

Myrtillus. Baccæ recentes refrigerant æſtum febrium forma infuſi. Siccatæ, in diarrhoeis habitualibus idoneæ ſunt. Ulcera ſcorbutica oris uſu earum curata legimus. Acidum, Malorum l. Citri acido ſimile continent; ſed uſui culinari potius relinquendæ ſint quam materiæ pharmacevticæ adnumerandæ.

Myrtus brabantica. Ad ſcabiem & tineam pellendam, forma infuſi, uſitata fuit herba; hodiernus uſus medicus fere nullus.

Nicotiana. Vix uſus ullius plantæ adeo vulgatus eſt & diæteticus. Ubique terrarum, pulvis herbæ ſiccæ naribus, & fumus ore hauriuntnr, luxurioſa & mira conſvetudine. Vim ejus narcoticam, inebriantem, emeticam, purgantem & errhinam bene cognoſcimus. Si in materiis pharmacevticis remaneat, uſus ſaltim non niſi externus esſe debet. Infuſum Nicotianæ ut Medicina Emetici loco adhibetur. Clysmata e fumo Tabaci alvum obſtipatum potenter ſolvunt. In Aſphyxia demerſorum utilia ſe præſtant; cavendum tamen ne nimis fumi narcotici inteſtina gravet. Ad Phimoſin & Paraphimoſin

ſolven-

ſolvendam, decoctum foliorum efficax fuit forma lavacri. Anaſarcam, Aſcitem & Hydropem pectoris curavit infuſum, teſte Th. Garnett. Doſin illam præbuit ut ex uncia foliorum cum aquæ ebullientis Libra per horam digeſta, additis deinde ſpiritus vini unc. duabus, guttæ XL ad LX de die hauſtæ fuerint. Conſtituit extractum ſui nominis.

Nitrum. Ut refrigerans & mite ſolvens in omnibus morbis acutis olim habitum fuit ſaluberrimum, nunc vero temporis tantummodo in iis, qui ex nimio corporis robore oriuntur, recte dari creditur. At ubique tamen magna doſis veneni inſtar agit, præſertim ſi in morbis auctæ incitabilitatis præbeatur; quapropter ne ſupra ſcrupulum etiam ubi tempeſtive adhibetur, pro doſi porrigendum prudentes ſunt ſvaſores. Ut bonum diureticum, & in hæmoptyſi pasſiva Natro muriatico junctum & ſub ipſa ſolutione deglutitum, utilisſimum ſe præſtitit. Ne ventriculum gravet, cum Opio l. gummi arabico aliisve mucilaginibus ſubminiſtrari bene poteſt. Recenter ſolutum externe adplicatur ut discutiens, putredinem arcens & inter gargarismata felici cum fructu. Ubi præſcribitur, obſervandum ne miſceatur cum Natro vitriolato l. Magneſia vitriolata, & acido ſulphurico, quibus decompoſitionem ſubit.

Nux Moſchata. Præter uſum œconomicum, hocce aroma potisſimum corrigendis & adjuvandis aliis remediis proficit. Omne hujus fere oleum expresſum compoſitum eſt; forma linimenti externe in Diarrhoeis & Dyſenteriis, contra vomitum a debilitate ventriculi commendatum fuit. Cari pretii a Belgicis emimus.

Nux

Nux vomica venenis adnumerata fuit, nec injuria; largior etenim doſis, convulſiones excitavit periculoſas, tremores, Epilepſiam, cet. Adhibita tamen fuit in Hydrophobia, febribus intermittentibus & præ ceteris in Dyſenteria; ſed alia bene multa, quæ his opponantur, cum habemus venena, hoc facile carere poſſumus.

Oleum Olivarum. Si bonæ indolis, leniendi, lubrificandi & obtundendi ſcopo utile eſt in Nephritide, Enteritide, ad acria ingeſta obvolvenda, contra tormina, ſtricturas inteſtinorum; externe ad ventrem illinandum in Aſcitide; clysmatibus, linimentis, ungventis & emplaſtris ingreditur. In Arthritide erronea commendavit Malacarne.

Olibanum ut vulnerarium & tureum celebratum, exoleſcit.

Ononidis radix ut diureticum in uſu fuit & ad Sarcocelen curandam, commendata fuit, forma infuſi & extracti, ſed parum efficax expungitur.

Opi-

REFORMANDÆ PHARMACOPOEÆ SVECICÆ

SPECIMEN QVINTUM

QVOD

VENIA EXPERIENTISS FACULT. MED. UPS.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. MOSCOU. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. REG. SCIENT. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. NANCIENS. MED. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT. NATION. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU MEDICO

PUBLICO EXAMINI SUBJICIT

AUCTOR

NICOLAUS GUST. SPARRMAN

UPLANDUS

IN AUDITORIO BOTANICO D. VI JUN. MDCCCVI

HOR. ANTE ET POST MERID. SOL.

Upſaliæ, Typis Edmannianis.

Opium.

Papaver ſomniferum. Linn. Sp. Pl. Ed. Wild. II. 1147.

Planta Orientalis, culta annua.

Succus eſt gummoſo reſinoſus, ex inciſuris in corticali parte capitum maturorum, aëre inſpiſſatus, in fruſtis majoribus, ponderoſus, æqualis, extus rufo-fuscus, fractura ſubſplendens, intus virideſcens l. nigricans pro gradu ſiccitatis, opacus, plaſticus, digitis ſubadhærens, odore ſumme narcotico, ſapore nauſeoſo acri. Succo liquiritiæ l. arena haud raro ſuccus inſpisſatus opii adulteratus eſt, odore empyreumatico, ſapore dulciore, pondere graviore quam genuini, in Spiritu vini ex toto pæne ſolubilis.

Origanum vulgare. *Herba,*

Origanum vulgare. Linn Sp. Pl. Ed. Wild. III. 135.

Planta Svecica perennis.

Herba ſpicis ſubrotundis, paniculatis, conglomeratis; bracteis calyce longioribus ovatis; odor haud eſt ingratus, fere Serpylli, ſapor aromaticus, a Mentha haud multum abludens ſed debilior.

Ovum et Teſtæ ovorum.

Phaſianus gallus var. domeſticus. Linn Syſt. Nat. Edit. Gmel. I. 737.

Oxycoccos. *Succus baccarum.*

Vaccinium Oxycoccos. Linn. Sp. pl. Ed. Willd II. 354.

Fruticulus repens Suecicus in paludibus muſcoſis, perennis.

Baccæ recentes rubro purpureæ, magnitudine piſi majoris, in pulpa ab initio albida ſuccum poſtea ſubrubrum baccarum Vaccinii vitis ideæ inſtar habent. Odor vix ullus, ſapor maxime acidus ſentitur; frigore mollescunt.

Padus. *Cortex.*

Prunus padus, Linn. Sp. Pl. Ed. Willd II. 984.

Arbor Svecica ad ſæpes pagosque ſponte creſcens.

Cortex ad dimidium convolutus, lævis, ſtratum externum in quo virtus præcipua reſidet, brunneum, punctis editis albicantibus ſuperſparſum, internum flaveſcens, fragiliusculum, fibroſum exhibens; odore fragranti, ſapore amaricante adſtringenti, et ad amygdalas amaras aliquatenus accedente.

Pasſulæ majores.

Vitis vinifera. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. I. 1180.

Frutex Europæ auſtralis.

Sunt baccæ maturæ ovato globoſæ, colore et magnitudine variantes pro diverſitate loci natalis, ad tactum læves, parenchyma ſubquinqueſpermum habentes, quæ ſiccatæ pasſulæ ſeu uvæ pasſæ audiunt; et tunc magis minusve rugoſæ, inodoræ, grata dulcedine præditæ.

Pechurim faba.

Lauri ſpecies? Arbor.

Siccus nucleus oblongus, reniformis, obtuſus, hinc convexus, inde inæqualiter concavus & profunda quaſi inſculptus lira, undique glabriusculus, extus colorem obſcure caſtaneum, intus parenchyma toruloſum, pinguiuſculum, ex carneo luteum habens; odore gaudet fragranti,

ſa-

ſapore aromatico, corticem Sasſafras inter et Nucem moſchatam medium tenente.

Petroleum.

Ex Italia, Gallia & Helvetia advehitur.

Bitumen terreſtre eſt liquidum e ſaxorum fisſuris exſtillans, vel aquæ fonticulorum quorundam ſupernatans; ſi bonæ indolis flavidum, odore & ſapore a Succino parum abhorrente. Tempore aëris contactu ſpisſeſcit colorem ſuſcipiens brunneum ac odorem ingratum, ardet fumigans. In oleis ſolubile eſt, non vero in Spiritu vini, quo etjam adulterationes illius cum Terebinthina deteguntur.

Petroſelinum. *Semina.*

Apium Petroſelinum, Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. I. 1475.
Planta biennis Sardiniæ, nobis hortenſis.

Semina minutiora, ſemilunaria apice acutiori, una pagina excavata, læviuſcula, altera edita quinqueangula ſtriata, coloris ſubviridis, odoris & ſaporis ex acro-aromatici.

Pimpinella. *Radix.*

Pimpinella Saxifraga. Linn. Sp. Pl. Ed Willd. II. 472.
Planta Suecica, perennis.

Radix teres, elongata, ſubfuſiformis, tripollicaris l. ultra, indumento pallide cinereo, e longitudine rugoſo, transverſim papillulis interſparſo, parenchymate carnoſo, albido prædita. Odor eſt fragrans, ſapor ſubdulcis pungens & valde calefaciens.

Pinus. *Turiones. Reſina.*

Pinus ſylveſtris. Linn. Sp. Pl. Ed. II. Tom. II. 1418.

Arbor Sueciæ frequens, regionum præſertim ſeptentrionalium incola.

Turiones ſunt flagella arboris primæva, cylindrica, reviviſcente quotannis vere in ſummis ramorum progerminantia, quorum acerroſa folia admodum jam tenera nec ſufficienter evoluta, ſquamis teguntur rufis. Reſinoſo-balſamicæ quibus turgent partes, tam pingui attactu, quam guſtu & olfactu balſamis proprio cognoſcuntur.

Reſina v. *Terebinthina communis* eſt ſuccus reſinoſus e trunco arboris ſauciato ſponte exſudans, ſemidiaphanus primo & coloris pallide brunnei, dein aëris effectu induratur tumque opacior & minus olidus redditur; odorem ac ſaporem Terebinthinæ venetæ ſed paullo inferiorem ferens.

Piper jamaicenſe. *Fructus.*

Myrtus pimenta. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd II. 973.

Arbor in nova Hispania & Antillis ad loca petroſa creſcens.

Baccæ ſunt biloculares, globoſæ, umbilicatæ, ante perfectam maturitatem decerptæ, & inde ſiccatione ſuperficiem rugoſam fuscam vel brunneam induentes, odore & ſapore plurium aromatum dotatæ.

Pix liquida.

Pinus ſylveſtris. v. l. ſ. cit.

Reſina

Reſina liquida ſpiſſiuſcula, ex tædis arboris, eliquatione per deſcenſum elicita, nigro rubicunda, tenax, inquinans. Odore balſamico, empyreumatico, ſaporis amari, pinguiuſculi.

Pix ſicca ex liquida lente cocta præparatur; in frigore eſt dura, ſolida, fragilis, in fractura ſplendens, odore & ſapore picis liquidæ.

Plumbum.

Metallum ex cinereo-liveſcens, ponderoſum, aliquantum ductile, molle, in igne facile & ante candefactionem liqueſcens, in aëre atmoſphærico oxygenium ſenſim attrahens indeque nitorem in ſuperficie perdens. Acido azotico inprimis ſolvitur; omnesque ferme uniones ſuas cum acidis quæ ſolutionis in aqua quatenus ſunt capaces, ſapore ſubdulci auſtero metallico indicat.

Prunus. *Fructus.*

Prunus domeſtica. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. II. 995.

Arbor Europea, apud nos in hortis haud raro culta.

Fructus eſt drupa ovalis, conſtructa ex cuticula glabra, nitidiuſcula, pruina glauca in quibusdam tincta ſubſpeciebus, & carne ſuccoſa, molli venoſa, intra quam nux compresſa, ſcabriuscula, bivalvis. Diverso modo quidem variat, colore, ſapore & magnitudine, pulpam nihilominus acidulo-dulceſcentem in omnibus prodit.

Pyrethrum. *Radix.*

Anthemis Pyrethrum. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. III. 2184.

Planta perenis Europæ calidioris, Arabiæ &c.

Ra-

Radix cylindrica, ſtatu ſicco rugoſa, fuſco-viridula, intus albida, in radiculis deſcendentibus, capillaribus numeroſis tranſiens, odore fere nullo, ſapore peculiari acido-acri, initio vix ſenſibili, ad poſtremum fortiter pungente ac diu perſistente. Cum Ptarmicæ non confundi debet radice quæ tota ſubalbicat, & geniculatam ac repentem magis habet ſtructuram.

Qvaſsia. *Lignum.*

Qvasſia amara. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd. II. 567.

Arbor Americæ auſtralis in Surinamia ſpontanea & inde in Cajennam translata.

Lignum albidum. ſolidum, durum, tenax, rigidum, leviuſculum, ex arboris trunco pariter ac e ramis deſumtum, veſtitum cortice tenuiori pallide flaveſcente, ſæpe nigro maculato, fragili. Odor nullus, ſapor amarisſimus amaritie pura. Sapor corticis, ſapore ligni debilior.

Qvercus. *Glandes.*

Quercus robur. Linn. Sp. Pl. Ed. II. T. II. 1414.

Arbor in Svecia, ſeptentrionali ejusdem plaga excepta, frequens.

Sunt nuces, oblongæ, obtusæ, apice umbilicatæ undique excepto ad baſin læves, nitidiuſculæ, colore ſtramineo, teſta pergamena fragili; nucleo dupplici, arillo obvelato. Odor vix ullus, ſapor ſtypticus ſubdulcis.

Reſina elaſtica vulgo Caoutchouc.

Siphonia elaſtica. Schreb. Gen. pl. 656.

(*Caſtilla elaſtica* apud Vincent. de Cervantes) *Arbor in oris ſaltuoſis Hiſpaniæ novæ naſcens.*

Succus

Succus lacteus e trunco paſſim inciſo in vaſis appoſitis vel in foſſis promanans; per aëris liberum acceſſum partes reſinoſæ ab aquoſis ſeparantur & ſupernatant, & tandem in reſinam elaſticam abeunt, quæ coriacea eſt & lævis, rubrofuſca, nitidiuſcula, flexibilis, plicatilis, molliuſcula, ad enormem longitudinem extenſiilis, ſed vi ceſſante mox ad priſtinam reſiliens dimenſionem, in varia utenſilia efformata, huc adfertur. Odoris expers, ſaporem habet debilem nauſeoſum. Inter menſtrua ejus pauciora inſigniter valet Æther Sulphuricus.

Rheum I. Rhabarbarum. *Radix.*

Rheum undulatum, Sibiricum. Linn. Sp. pl. Ed. Wild. II. 489.

palmatum, Tartaricum.

Plantæ perennes intra imperium Chinenſe & Tartariam præſertim Mongolicam largiter & ſponte naſcentes. Radices duarum harum ſpecierum ſibi invicem maxime conſimiles, ſegmenta formant magna duabus foraminibus amplis pertusa, aut fruſta planiora, cortice extus reſecto flavida, intus ſaturatius crocea, plerumque ex brunneis albidisque ſtriis inſtar nucis moſchatæ variegata, friabilia. Salivam & lotium flavedine tingunt, odorem proprium nauſeoſum ſpirant, ac manducatæ ſub dentibus ſtrident, quaſi arenatæ esſent, & odori congruenter, præterea amarum & adſtrictum ſapiunt guſtum. Rejicienda plane ſunt fruſta nigricantia, ſpongioſa, vermiculata, odore proprio deſtituta.

Ribes nigrum. *Baccæ. Stipites. Folia.*

Ribes nigrum. Linn. Sp. Pl. Ed. Willd II. 1156.

Frutex in pomariis culta.

Baccæ maturæ ſunt globoſæ, ſuccoſæ, ſeminibus nidulantibus repletæ, magnitudine varia, atri coloris, nitidæ, apice umbilicatæ, recondunt medio intra ſuccum obſcure ſanguineum ſubſtantiam compactiorem gelatinoſam.

Stipites ex ramulis alternis ſub-glabriuſculis teretibus, fuſco-cinereis, atomis nigricantibus undique adſperſis, deſumuntur.

Folia recentia, petiolata, ſubcordata, trilobata, dilutius viridula, ſubtus pallidiora, margine groſſius ſerrata, odorem ſicuti ſtipites ſingularem graveolentem, cimicum prope referentem ſpargunt, ſapore ſubauſtero gaudentia.

OBSERVATIONES.

Opium. Eſt pharmacon celeberrimæ indolis, nimia doſi letiferum, juſta ſaluberrimum. Continet principium narcoticum volatile, quod aqua coquendo perdit, gummi IV partes, reſinæ III partes. Parce ſumtum agit ut ſtimulans, largiter vero ut ſedativum; & hanc ejus pro diſpari doſi diverſe agendi vim, ad diverſos gradus incitabilitatis corporis curandi rite dirigere qui probe intelligit, in hoc medicinam multiplicis uſus habet. Adhiberi ſcilicet poteſt in omnibus fere morbis a nimia debilitate excitis, in morbis ſpasmodicis, non originem a cauſſa quadam locali, nondum finita, nec niſi manu vincenda ducentibus; in febribus intermittentibus, transſpiratione oppreſſa, profluviis quibuscunque moderandis reprimendisque. Etjam in morbis ſthenicis adhiberi poteſt a medico prudenti & erudito. Forma pulveris l. tincturæ propinatur. Antidotum optimum eſt decoctum coffeæ ſaturatum, acida vegetabilia, emetica & excitantia camphorata, veſicatoria & cet. Externe cuti adplicatum eosdem habet effectus ac interne pro gradu copiæ & temporis.

Origanum creticum. Oleo deſtillato e ſpicis æthereo, contra odontalgiam paſſim uſitato non amplius confidimus.

Origanum vulgare. Herba quoniam indigena, ac tota continet oleum æthereum, ad extra corporis in ſacculis interdum reſolvendi cauſſa adhiberi poteſt.

Ovum. *Albumen* ad ſuccos clarificandos adhibetur. *Vitellus* emulſiones linctusque intrat; ad reſinas & balſama cum aqua miſcenda idoneus eſt; molliter coctum optime nutrit convaleſcentes, & de cetero vitellus ad præparandum oleum ovorum conducit.

Oxycoccos. Succus baccarum ruber & acidus, acido tartari ſimillimus, ut egregium refrigerans ad æſtum febrilem prodeſt, quem in finem Syrupus inde præparatur.

Padi corticem intermittentes pasſim ſubegisſe febres, imo typi dupplicis haud ambigua nititur fide. Vim ſuam febrifugam, qua pauperibus haud ſumtuoſa offertur medela, forma aut pulveris exſerit, in modum corticis Peruviani aut extracti aquoſi, aut electuarii aliis juncti medicaminibus, quæ vim ejus intendunt. Ceterum in affectionibus venereis levioribus, aut aliis cutaneis morbis pertinacioribus decocti vel infuſi forma ſi non ſolus pollet, validioribus tamen remediis cooperatur modo haud ſpernendo.

Palmæ oleum utut pure unguinoſum ceterisque oleis ejusdem characteris minime præcellens, emplaſtro diapalmæ olim inepta forſan elegantia additum fuit; quapropter illud eliminare nulli dubitavimus,

Papaveris capita omiſimus, quoniam uſum eorum externum in epithematibus & clysmatibus, ſupervacaneum reddit opium mucilaginoſo mixtum, eoque minori ratione medicamina uſus interioris e. c. Syrupum papaveris ingrediuntur, quo verius conſtat, portio-

nem

nem opii, quod unicum eſt efficax, in quavis præparatione frequenter a cauſſis circumſtantibus variare.

Paſſulæ majores. Tametſi condimenti cauſſa potius quam ut medicina ſunt præſcribendæ, nihilominus illis pharmaceuticus ad ingratiam plurium decoctorum infuſorum & elixiriorum involendam, in hunc finem exacinatis indiget. Præterea leniter nutriunt & ſtimulant, eamque ob cauſſam in morbis pulmonum & variis atrophiis proſunt, ac, in genere, infantibus & decrepitis temperanter inter obſonia perfruendæ, fibras & alvum modice laxant.

Pechurim ſaba principium continet aromaticum etiam Spiritu Vini ad partem extractibile, ubi pinguedinoſum oleum ſupernatans deprehenditur. Bonum effectum præbuit forma pulveris in diarrhoeis & dyſenteriis laxitate ſola ſuperſtite, ſic etiam in torminibus & tenſionibus colicis nulla inflammatione urgente levandis, interdum in uſu fuit.

Perſicariæ herba ut discutiens vel rubefaciens olim recepta, ne amplius numerum pharmacorum inutiliter adaugeat.

Petroleum admodum calefaciens eſt & irritans. Ut anthelminticum guttulæ nonullæ Syrupo admixtæ tæniam nonnunquam profligarunt. Uſus nihilominus externus forſan tutior eſt & magis aptus non ſolum ad hunc finem promovendum, verum etjam ad perniones & tumores lymphaticos inungendo diſpellendos, & in Paralyſi veſicæ aliis mixtum remediis adhiberi poteſt,

Petroſelinum. Semina in vulgi gratiam ſolum retinuimus, ſiquidem diureticum, inocuum ſane & viliori pretio habendum, illa æſtimat vulgus.

Phocæ axungia, exigua ammonii quantitate naturaliter juncta, omittenda eſt in materia pharmaceutica, cum artis ope id cuicumque eliquamini pro lubitu immiſcere valemus.

Pimpinellæ radix. Principium in oleo æthereo ſitum potisſimum ſuum exſeruit effectum in morbis pectoris protractis, ubi pituitam, vel ventriculum vel pulmones gravantem, humorum affluxu diluit. Sic in raucedine, tusſi catarrhali, aſthmate, appetitu proſtrato, non minus efficax quam in angina pituitoſa ad gargarisma cum aliis infuſa. Optimum ejus menſtruum eſt vinum aut Spiritus vini.

Pini turiones ob virtutem amaro-balſamicam ut antiſcorbuticum, juſto ordine & forma porrecti, neutiquam ſunt repudiandi. In leviori ſcilicet caſu ſufficiat, infuſum aquoſum aut ſolum aut cum ſero lactis aut denique cum cerevisia frigide paratum, quod pro arbitrio ut hauſtus quotidianus conſumitur. Ingraveſcente vero jam malo, & præcipue dum ventriculus alimenta indies abhorret, extremitatum exiſtit frigus & imbecillitas, dolor osſium & articulorum, undique ſuffuſiones cutis & diatheſis hydropica, conjungi debent cum aliis roborantibus & ſtimulantibus, ex. gr. herba abſinthii vel radix armoraciæ; ſi vero tusſis pertinax vel ſcreatus purulentus comitantur ſcorbutum, optime datur ſuccus recens turionum expresſus, una cum armoraciæ & melle, quæ omnia de-

nique

nique lacti immiſcentur. Profuisſe etjam haud raro in Lue & Arthritide vaga nos edocuit experientia.

Reſina Pini, etſi terebinthina veneta eſt deterior ob conſiſtentiam tamen ſuam varia emplaſtra ingreditur.

Piper album et nigrum, quæ uni eidemque plantæ originem debent, ac maturitatis gradu modo differunt, ut condimenta ciborum rei culinariæ adnumerari liceat.

Piper Jamaicense. Virtus primaria in oleo æthereo reſidet, quod in pharmacopoliis etjam proſtat, ex rubro-brunneum odore & ſapore ad oleum caryophyllorum prope accedens ſed paullo blandius, in aqua peſsum ſidens, valde ſtimulans, ea indicatione & cautione qua cetera olea esſentialia in medicina uſurpatur. De pipere hocce cum Spiritu vini componi posſit Tinctura aromatica ob vilius pretium in praxi pauperum bene conveniens.

Piper Indicum. Aliquando uſitatum fuit cum fructu in febribus intermittentibus aliis admiſtum medelis acrimoniam vehementisſimam temperantibus, ſed cum alia longe tutiora habemus remedia, illud expunximus.

Pix liquida et ſicca. Prior ad infuſum picis liquidæ cum aqua frigida & poſterior ad emplaſtrum piceum parandum unice in Pharmacopoliis uſurpantur. Hæc infuſio frigida multum ſane attulit uſum in diverſis morbis cutis, alii curationi renitentibus ut in Lepra, Scabie inveterata, nec non in Lue venerea. Porro in Scorbuto nominatim navigantium, in Tusſi catarrhali, optime cum

lacte conjunctum, dum ſaccharo vel pauxilio Ol. nucis moſchatæ ſapor ejus emendatur. Emplaſtrum piceum in Tinea capitis ut depilatorium, diu cognitum, approbari poteſt, ea forſan cautela obſervata, quod linteo illitum, formentur tæniæ exinde anguſtæ, quarum una poſt alteram per horæ ſpatium capiti impoſita, auferatur, ne inflammationis periculum oriatur.

Plumbum uſui externo ſolummodo eſt addictum, ubi emplaſtra nonnulla oxydi forma ingreditur.

Pompholyx ultimum ſine dubio meretur locum, ſi quando calce Zinci opus erit vera. In officinis Orichalcaneis enim, ubi ſublimatione præparatur, ob calorem æſtuantem in masſas compactas colliqueſcit, quæ ideo minime eadem gaudent puritate ac flores Zinci ex uſtione ipſius metalli, vel præcipitatum vitrioli albi ad normam Ph. Boruſſ.

Populi tremulæ radices teneriores balſamico-amaræ, quarum decoctum in Rheumatismo chronico profuisſe dicitur, ſine damno abesſe posſunt.

Pruni domeſticæ illiusque varietatum fructus in mat. pharmaceutia introducere haud dubitavimus ea ratione ſuffulti, quod ii inter medicamenta ſic dicta laxantia refrigerantia, ope cremoris tartari vel cujusdam acidi vegetabilis, forma pulpæ, locum carioris pulpæ Tamarindi ſæpe bene ſupplere valent.

Pyrethri radix inter primaria apophlegmatiſantia numerari poteſt. Ob ſalivæ affluxum in odontalgiis a

dente

dente carioſo, etjam adhibita fuit cum fructû vel ſola vel ex aceto cocta. In paralyſi linguæ conducit, quia ſtimulus ejus ſuccesſive agens diu remanet.

Qvasſiæ lignum inter plurima ejusdem indolis medicamina in eo maxime elucet, quod purisſima ſua amaritie, tonum depravatum organorum digeſtionis in ſtatum integrum reſtituat, indeque roborando in totum corpus agit, absque æſtu, qui alia amara magis compoſita non raro excipit. Neque nauſeam nec alvi ductionem movet, ſi modo ſenſim & debita forma adhibetur. Hinc utile in diarrhoeis præſertim habitualibus, Colica, Anorexia, Ardore ventriculi, & inprimis apud homines vitam ſedentariam degentes, Hypochondriacos & Hyſtericas. Sic etjam in vexationibus ventriculi in arthritide atonica, in acido primarum viarum, & teſte demum Cel. Lettſom, potatores qui kinkinam ægrius, hoc e contrario ſatis bene ferunt. Decoctum ejus aut Infusio aquoſa, potisſime vero vinoſa ex vino rubro parata, optime propinantur, admiſta in caſu priori Aquæ vel Tincturæ Cinnamomi portiuncula. Extractum ejus datur forma pillularum ſi alia moleſtior ſit; pulverem vero præbere non in uſu eſt.

Qvercus. *Cortex* quidem & *folia* absque magno deſiderio è Simplicium numero excludi posſunt, materia pharmaceutica ceterum lenioribus adſtringentibus ſufficienter dotata.

Glandibus vero in Ph. Svecica jus civitatis conciliatum voluimus, nam contra varios morbos chronicos ex diminuto corporis robore derivatos, caute & juſto modo datæ potentes ſe præbuerunt. In obſtipationibus ſcilicet glan-

glandularum & viſcerum, debilitate inteſtinorum & inde orta flatulentia, diarrhoeis, Chloroſi, Podagra, etjam in Eryſipelate utiles repertæ ſunt. Hyſtericis & Hypochondriacis, febre intermittente laborantibus, præcipue hæ auxilio fuere. Obſervandum vero eſt ſub earum uſu, ne incommoda quædam ægrotis ſuperveniant, ut alvus tarda, oppresſiones pectoris &c. quo incaſu aut portio earum minui aut uſus plane omitti debet. Hanc vero potentiam non exſerunt niſi antea toſtæ, qua operatione oleum empyreumaticum producitur, quod una cum principio amaro-adſtringente efficaciam conſtituit præcipuam. Forma dantur infuſi vel decocti aquoſi, aliis magis volatilibus medicamentis conjunctæ.

Reſina elaſtica, etiamſi nullum præbet medicamentum, at in pharmacopoliis tamen ne deſideretur, proſpiciendum eſt; nam nobis materiem catheteres, ampullas, ſiphones, ſyringas aliaque in exercitatione medica multiplicis uſus & commodi inſtrumenta parandi, ſubminiſtrat.

Rheum. Radicem hanc jam per plurima ſæcula cum fructu fuisſe variis ægritudinibus oppoſitam conſtat. Primus ejus effectus ut alvum ducens attentionem meretur in omni caſu, ubi peculiarem laxitatem ac in inteſtinorum debilitatem, conjunctam cum acore ventriculi dignoſcimus, quamobrem Hyſtericis, infantibus & vires e longa ægritudine recolligentibus aptum eſt laxans, nec non in doloribus ortis a colica flatulenta. De cetero apprime utile tonicum in diarrhoeis quæ ſtatum inteſtinorum ſumme quasſatum produnt, in glandularum obſtructionibus, ope amari additi, contra Amenorrhoeam, Leucorrhoeam &

Icte-

Icterum infantum, ſic & in ſuppuratione renum, Diabete & fluxu hepatico, uſu acidularum martialium non omiſſo. Senibus corpore tenaciter compreſſo non tuto porrigitur, nec in inflammationibus præſertim inteſtinorum, neque in Dyſenteria vel fluore Hæmorrhoidum. Partes, quibus conſtituitur, odoras volatiles, nauſeoſas una cum gummireſinoſis purgantem & incitantem, adſtringentes vero cum oxalatis calcis portiuncula, vim proprie tonicam habere cenſemus. Detur pulveris forma cum elæoſaccharo, aut ſalibus mediis aut magneſia potisſimum infantibus, quibus tamen ut & valetudinariis optime convenit Infuſum Rhei aquoſum, parte ſcilicet reſinoſa non ſoluta. Minor doſis ſtimulat & roborat, ad quem effectum non parum adjuvant Spiritus nitri dulcis, aut aroma cujuscunque generis additum.

Ribeſiorum nigr. baccæ materia mucilaginoſo ſaccharina, grata aciditate & aromatis particula prædita, abundant, & hinc in quibusdam anginæ ſpeciebus lenimen haud contemnendum afferre poteſt Rob exinde paratum.

Folia & *Stipites* ob principium ſubadſtringens & fragantiam gargarismata ingrediuntur, & alibi atque alibi verno tempore recentia in decoctis vel infusis una cum ſtipitibus dulcamaræ adhibita, Arthritidem vel Rheumatismum levasſe narratum legimus.

Ribes

REFORMANDÆ PHARMACOPOEÆ SVECICÆ

SPECIMEN SEXTUM.

QVOD

VENIA EXPERIENTISS. FACULT. MED. UPS.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. MOSCOU. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. REG. SCIENT. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. NANCIENS. MED. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT. NATION. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU MEDICO

LIBRARY

PUBLICO EXAMINI SUBJICIT

B. Fab. Levin

Sudermannus

IN AUDITORIO BOTANICO D. IX JUN. MDCCCVI

HOR. ANTE ET POST MERID. SOL.

Upſaliæ Typis Edmannianis.

Ribes rubrum. *Baccæ recentes.*

Ribes rubrum. Willd. Sp. Pl. I. 1153.
Frutex in hortis ubique cultus.

Baccæ globoſæ rubræ, glabræ, ſubdiaphanæ, apice umbilicatæ, ſucco acido, grato turgentes.

Ricinus l. Palma Chriſti. *Semina.*

Ricinus communis. Linn. Sp. Pl. Ed. II. Tom. II. p. 1430.
Planta biennis utriusque Indiæ.

Nux ovata, extremitatibus utrinque obtuſa, ad latera compresſa, nitida, ex ſpadiceo & viridi-cinereo pulchre variegata, terminata hilo prominente acutiusculo, latere utrinque excavato. Nucleus niveus, pinguiusculus, centro cavo intra teſtam tenuem, fragilem. Odor ex recenti ſemine nullus, ſapor vix dulcescens, acriusculus.

Roſa Damaſcena. *Flores.*

Roſa Centifolia. Willd. Sp. Pl. II. 1071.
Fruticoſa, in hortis culta.

Germinibus ovatis pedunculisque hispidis, caule hispido, aculeato, petiolis inermibus. Flores in ramulis terminales, luxuriantes, colore dilute rubro-violaceo, odore gratisſimo prægnantes, ſapore ſubadſtringente dulce.

Roſa rubra. *Flores.*

Roſa gallica. Willd. Sp. Pl. II. 1071.
Frutex in hortis frequens.

Petala ex fuſco rubentia, obcordata, ſapore dulci, adſtringente prædita.

Roſmarinus. *Herba.*

Roſmarinus officinalis. Willd. Sp. Pl. I. 126.

Planta ſuffruticoſa, in collibus Europæ meridionalis ſpontanea, apud nos culta.

Herba florens ringentibus floribus dilute cœruleis; foliis lineari-lanceolatis, pagina ſuperiori intente viridibus, inferiori tomentoſis rugoſis, odore ac ſapore calido camphorato aromatico, quibus inſigniter abundant folia & calyces. Oleum inde æthereum in Officinis paratur.

Rubia. *Radix.*

Rubia tinctorum. Willd. Sp. Pl. I. 603.

Planta perennis Europæ mediæ, ubique culta.

Radix repens, craſſitie pennæ columbinæ, fibrilloſa, geniculata geniculis diſtantibus, ſubgemmiferis, extus e fuſco rubro candicante vel flaveſcente. Sapor ſubamarus, parum adſtringens.

Rubus Idæus. *Baccæ.*

Rubus Idæus. Willd. Sp. Pl. II. 1081.

Frutex in dumetis & ſylvis frequens.

Baccæ rubræ, hæmiſphæricæ, receptaculo facile & ſine dilaceratione decerpendæ, conflatæ e drupulis minutis, annulari ordine gradatim diſpoſitæ. Saporem habent acidulo-dulcem, odorem fragrantem.

Ru-

Ruta. *Herba.*

Ruta graveolens. Willd. Sp. Pl. II. 542.

Planta ſuffruticoſa in locis ſterilibus Europæ auſtralis nativa, in hortis culta.

Herba amaro-acris, graveolens, ſubglauca, foliis decompoſitis, foliolis ſubrotundis. Recenter carptæ principium ineſt acre, rubefaciens, poſt ſiccationem magna ex parte evaneſcens.

Sabadilla. *Semina.*

Veratrum Sabadilla? Planta perennis Mexicana.

Semina oblongo-acuta, nigra, capſulis membranaceis fuſcis ternatis introcluſa, muſcerdam referentia, ſaporis urentis, ingrati, odoris nullius.

Sabina. *Ramuli.*

Juniperus Sabina. Linn. Sp. Pl. Ed. II. 1472.

Frutex (arbor) orientalis, ſemipervirens, nobis hortenſis.

Ramuli vel Summitates ramorum foliis alternatim oppoſitis, erectis, quadrangulares, odoris gravis, fœtidi, ſaporis amari, acris. Oleo æthereo ſcatent.

Saccharum album.

Saccharum officinarum. Willd. I. 321.

Gramen perenne paluſtre utriusque Indiæ.

Saccharum albisſimum ſolidum, durum, cryſtallinum, eſt Sal esſentiale dulcisſimum, ſapidisſimum, a mucilagi-

ne aliisque heterogeneis depuratione ſeparatum; in aqua facile ſolubile, difficilius in Vino, difficillime in Spiritu Vini, niſi ope caloris vel aquæ, in igne fuſibile.

Sal Ammoniacum. Murias Ammonii.

Sal neutrum paratum ex Ammonio cum acido muriatico ſaturatum, frequentisſime ex Ægypto nobis advectum in placentulis ſolidis rotundis, aut etiam e quibusdam Europæ auſtralis regionibus, præſertim Germania, ubi ex partibus conſtitutivis præcipitatione, ſublimatione aut cryſtalliſatione componi ſolet, forma coni ſaccharini obvenit. In aquæ tribus partibus ſolubile, & in Spiritu Vini. Sit album cryſtallinum, in igne totum quantum volatile,

Sal catharticum Anglicum. Sulphas Magneſiæ l. Sal Epſomenſe.

Sal amarum, quod aut ex ultimo lixivio Salis marini, aut quibusdam fonticulis medicatis, evaporatione & cryſtalliſatione elicitum, ex Anglia vulgo importatur. Cryſtalli ſunt aciculorum formæ, nonnihil in deliqueſcentiam pronæ.

Sal, quod *Sedlicenſe* l. *Saydſchytzenſe* audit, in eo tantummodo ab Amaro differt, quod Natron Sulphuricum contineat; in fontibus regionum, his nominibus inſignitarum natura productum inde arte eductum. Interdum pro hoc non niſi Sulphas natri venditur. Bonitas hujus Salis detegitur, ſi ſolutioni ejus aquoſæ kali in aqua ſolutum adjicitur &, quo facto, Magneſia e ſolutionibus commixtis deſidit.

Saleb. *Radix.*

Orchis Morio, maſcula, militaris, latifolia. Linn. Sp. Pl. Ed. II. T.II. 1333, 1334.

Plantæ perennes in Svecia & variis Europæ partibus, in ſilvis & pratis frequentes.

Radices diverſæ magnitudinis, Amygdalæ vel Seminis Coffeæ. Quæ bonæ judicantur, colore gaudeant ſtramineo, ſuperficie ſublacunoſa & aſpera, figura Seminum Cacao. Præterea ſemipellucidæ ſint, ac ſiccatæ, odoris nullius, ſaporis vero ſaturatius mucilaginoſi. Saleb radix, quæ in India orientali colligitur, inprimis ex Mallabaria allata, longe major eſt & magis uſitata.

Salix. *Cortex ramulorum teneriorum.*

Salix fragilis, pentandra, alba, capræa, vitellina. Linn. Sp. Pl. Ed. II. T. II. 1442 ſeqq.

Arbores & Frutices in ſylvis & ad pagos, præcipue loca humidiuscula occupantes.

Cortex tenuis, flexilis, extus cuticula luteo-fuſca glabra facile deraſibili cinctus, intus flaveſcens, fibroſus. Saporem habet amaro-adſtringentem, una cum odore balſamico haud ingrato. Ex ramuſculis, non ætate provectioribus quam bi-vel triennibus deſumatur, deinde prudenter & lente ſiccetur & conſervationi committatur.

Sa-

OBSERVATIONES.

Ribes Rubrum. Succus expreſſus potui admixtus in febribus, præſertim hyperſthenicis, egregium præbet remedium refrigerans. Pharmacopolæ inſervit ad Syrupum, Gelatinam & Rob. rib. rub. conficienda. Succo expreſſo duo inſunt acida, Citri nempe & Mali.

Ricini Semina ab his laudantur ab illis flocci penduntur. Nihilo tamen minus eo conſilio in Simplicium catalogo ea reliquimus, quo poſſint Pharmacopolæ oleum inde abſtrahere pro majori vel minori ejus in praxi medica conſumtione. Ceterum illud quoque ſecum habent commodi, ut & naturæ ipſius ope ab aëris influxu bene conſervata, & propter oleum purum, a mucilaginoſo liberum, præ aliis, ſegnius rancedinem contrahant.

Roſæ Damaſc. flores ad aquam roſarum, uſui ſæpenumero commodatam externo, præparandam ſint recentes eligendi; nam præcipua eorum efficacia ex particulis odorantibus æthereis dependet. Principii adſtringentis, quod habent, exigui gratia, infuſum Roſarum, ſaccharo & quibusdam acidi vitrioli tenuis guttulis commiſtum, potui antifebrili refrigeranti bene inſervire poteſt.

Roſæ rubræ flores majorem principii adſtringentis habent partem, quam præcedentes. Deſtillatione elicitur Oleum album, butyraceum, fragrans. Cum ſaccharo vel melle ex his paratur Mel roſæ, magis efficax co-

coctione florum, quam maceratione. Præterea Conſerva roſæ rubræ, Acet. Roſac. Tinctura Roſar. & Placentæ roſac. de quorum uſu ſuo loco, ex his conficiuntur. Nec non in Speciebus fumal. adhibiti fuere.

Rosmarini folia una cum calycibus florum, ad præparandum, quo ſcatent, oleum æthereum officinale adhibentur. Exiſtunt vero ipſa in aſthmate pituitoſo, in variis ſyſtematis nervoſi affectionibus ex vino decocta aut infuſa utilia. Externe epithematis forma ſugillationes & pulveris, in ſacculis linteis applicati, œdemata discutiunt, immo in fomento cum vinis gangrænam aliquando obſtitit.

Rubiæ radicis ut taceam uſum ad osſificationis progresſus explorandos, cui in osſibus effectui laudes contra Rhachitidem & vitia osſium, a causſa Scrophuloſa derivanda, veroſimile debet; in Iſchuria Renali ut & præſertim in Amenorrhœa ſæpe cum ſuccesſu adhibita fuit. Ratione tonicæ ejus vis chronicis inprimis morbis accomodata videtur, forma Pulveris vel Decocti.

Rubi idæi baccis recentibus haud carere posſunt Pharmacopolæ, quoniam ex illis syrupos præparant ad ſaporis ingrati plurium medicamentorum fluidorum delinimenta, perbene idoneos.

Rutæ herbæ virtus reſidet in principio acri, ſiccatione magna ex parte pereunte, & oleo æthereo fraganti paullo gratiori, quo tamen fructus maturitati proximus multo ditior eſt. Succus ejus recens expresſus cum aqua calcis junctus ad ulcera impura verminoſa fovenda haud inutilis viſus eſt; neque in Ozæna narium,

in

in ſuppurationibus meatus auditorii, ulceribus ſcorbuticis gingivæ vel ex dentium carie ortis, ut collutorium aut gargarisma ejus decoctum adhibitum medentis exſpectationem decepit.

Sabadillæ ſemina pulveriſata ſolum ad pediculos arcendos & necandos parti capitis capillaceæ inſperguntur.

Sabinæ ramuli interne ut Emmenagogum, Antarthriticum cet. non magna ſine cautione adhiberi posſunt, vel plane rejiciantur; externus vero uſus præſtantior, forma pulveris, ut cauſticum mitius ad carnem fungoſam vel luxurioſam erodendam verrucasque & alias excreſcentias deſtruendas, ut etiam in carie osſium.

Saccharum album pro vario puritiei gradu variis inſignitur nominibus. Ut corrigens vel excipiens in formulis medicamentorum propter gratum ſaporem ſæpe & multum præſcribitur, & ad Syrupos componendos varios necesſarium eſt. Partes continet nutrientes, quæ, digeſtionis organis torpentibus, mutationem quandam ſubeunt, qua Acidum elicitur proprium. Uſus ejus externus ad maculas corneæ delendas apprime notus.

Sagapenum Gummi ut ejusdem modo virtutis ac Gummi Ammoniacum & Gummi Asſæ fœtidæ eſt, ita, ſuppetentibus his, ſuperfluum.

Sal ammoniacum ſaporem posſidet pungenti-ſalinum unde irritamentum conſtituit modicum & hinc ſolidorum promtiore actione & humorum affluxu, inde orto, ſegniores & crasſiores, ſi qui forent, ſine ſubſequenti ardore magis meabiles redduntur. Pro applicationis modo, quan-

quantitate & diverſo regimine Diaphoreſin aut urinæ ſecretionem movet, aut denique alvum purgat. Uſus ejus ideo obtinet locum in obſtructionibus viſcerum, rhachitide, hydrope & febribus bilioſis vel putridis, nexu kinkinæ. Ad præſtruendam curam intermittentium interdum utile eſt, addito pulvere menthæ criſpæ aut flavedinis cort. aurant. In Phlegmaſiis Pectoris & Catarrhalibus levioribus, ubi nitrum minus convenit, forma Emulſionis, cum ſuccesſu usque ad ſudoris eruptionem datur. Externe tumores, luxationum ſequelæ, calvaria in delirio furibundo, apoplexia ſanguinea, cephalalgia, ſolutione ejus aquoſa fomentantur.

Sal Epſomenſe & Saydſchyzenſe utrumque, in morbis ejusdem characteris recte dentur. In febribus ſcilicet hyperſthenicis, adeoque in omnibus inflammatoriis ut laxans, humores auferendo, auctam ſolidorum agendi vim multum frangit. De cetero in morbo Ilei, & Herniis incarceratis, cum oleo Lini, frigide expresſo & nitri portione commiſtum, optandos exſerit effectus, & obicem in inteſtinis aliorum medicamentorum necesſariæ efficaciæ mechanice oppoſitam tollit, & vias his quaſi præparat. Hoc autem in caſu raro datur plena doſi & ſemel ſed partitis vicibus optime, melle aut manna remixtum, quo incommoda & nauſeoſi effectus ejus aliquatenus mitigentur.

Sal commune l. Natron muriaticum non quidem propter vires ſalutares heic adferimus, cum nusquam in re familiari, bene inſtructa, deſideratur, ſed ob varium ejus in Pharmacia uſum. Quod quotidie ut condimentum ciborum uſurpatur, efficit, ut fere iners ſit vel ſaltem multis aliis ſalibus inferius. In Hæmoptyſi tamen ad methodum Cel. Ruſh ſæpe cum fructu adhibetur.

tur. Extus vero aqua ſolutum ad contuſiones, vulnera venenata &c. fovenda, ut & in balneis frigidis vel calidis, porro in clysmatibus profecit.

Saleb radix a Gummi Mimoſæ & variis mucilaginoſis compenſata e Pharmacopoea exſulere posſet. Aſt vero conſiderantes ampliorem longe esſe harum mucilaginum conſumtionem, & hanc radicem ex plantis frequenter indigenis depromtam, uberiorem, ſi juſto modo, maceratione præmisſa, in aëre ſiccetur, mucilaginem largiri, vilique adeo pretio haberi posse, illam in Pharmacopœa retinuimus. Indica longe præſtantior eſt, pro juſculis in debilitate, Diarrhœa, Dyſenteria.

Salicariæ folia a medicamentis mucilaginoſo-adſtringentibus ſine dubio abesſe posſunt, quum melioribus atque tutioribus compenſantur.

Salicis cortex principium habet adſtringens, modica quantitate amaro-aromatici junctum, quamobrem in variis mali moris affectionibus utilem eum cenſemus. Experientia etiam confirmavit ſuccedaneum, quod conſtituit corticis Peruviani egenis, qui febre intermittente correpti ſunt, pari nimirum methodo, tempore intercalari, ingeſtum, haud esſe ignobile. Hunc in finem optimo conjungitur alio aromate ut Rad. Angelicæ. Quartanam vero absque additamento e kinkina curare non valet. Porrigitur forma pulveris vel extracti. In ulceribus inveteratis, Unguentum de extracto, quarta parte Balſami Copaivæ mixtura, ut antiſepticum agit, & ad conſolidationem partium mollium haud parum confert.

REFORMANDÆ PHARMACOPOEÆ SVECICÆ

SPECIMEN SEPTIMUM

QVOD

VENIA EXP. FAC. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG.

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. MOSCOU. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. REG. SCIENT. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÔTTINGENS. NANCIENS. MED. PARIS. EMUL. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT. NATION. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU MEDICO

P. P.

ERICUS EDHOLM

STIP. HELMFELT. JEMTL.

IN AUDITORIO GUSTAV. D. JUN. MDCCCVII.

H. A. ET P. M. S.

Upſaliæ, Typis Edmannianis.

MANIBUS

SIMON. GRUNDEL HELMFELT

SACRUM.

Salvia. *Folia.*

Salvia officinalis. Linn. Sp. Plant. ed. Willd. I. 129.

Planta ſuffruticoſa, perennis; in auſtralibus Europæ plagis ſponte naſcens, nobis hortenſis.

Folia lanceolato-ovata, integra, crenata, obtuſa, rugoſa, ſubcraſſula, petiolata, ex glauco viridia, aromaticum valide ſpirant odorem, non ex toto gratum; ſaporem amaricantem & ſubadſtringentem produnt; ubi herba floreſcit colligenda ſunt & lento in umbra ſiccanda calore, ne oleum, quo parce dotata, æthereum abeat ſublime, antea vero a pulvere aliaque ſorditie, ſcabratæ & glutinoſæ eorum ſuperficiei vulgo inhærentibus, transfuſione frigidæ purganda.

Sambucus. *Flores, Baccæ recentes; Cortex interior.*

Sambucus nigra. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. I. 1495.

Frutex arboreſcens, in ſepibus & ad pagos, plagas ſeptentrionales Sveciæ ſi exceperis, non rara.

Flores cymas quinquepartitas conſtituentes, coloris ſunt albi, ſaporis amaricantis, ſubfatui; odoris fragrantis & ſubnauſeoſi, ſiccatione licet ſole vitato inſtituta, haud parum diminuti.

Baccæ recentes colore nigro, forma ovali, magnitudine piſi minoris; tria ſemina, cruſta dura obducta, in pulpa acidula, ſubdulci condunt.

Cortex interior colore viridi, ſapore primum dulceſcente, mox amaro quodam pungente, odoris pæne expers. Vis ejus & aquoſo, & vinoſo menſtruo extrahitur.

Sapo albus (Hiſpanicus, Alicantinus, Maſſilienſis.)

Paratur coctura Olei Olivarum, deterioris plerumque, utputa ſpiſſi & turbidi in fundo vaſorum oleariorum remanentis, cum lixivio natri cauſtico. Solidus ſit nec digitorum attactui ſeboſus, albicerus vel aëris accesſui expoſitus pauxillo in ſufflavidum vergens, ſuperficie nec deliqueſcente, neque ſalinis particulis incruſtata; in ſpiritu vini rectificatisſimo & aqua deſtillata facile atque, paullum reſidui calcarei ſi exceperis, ex toto ſolubilis, nullo ſolutionem oleo ſuperne innatante; aqua & ſpiritu vini agitatus bene ſpumet, nec alcalinum nec rancidulum quiddam ſapiat aut male oleat. Qui maculis variegat rubicundis ac ſublividis, quarum originem auctores varie trahunt, alii ex Indico vel Coccinella, alii Auripigmento, Oxido ferri, Manganeſio, Sapo Venetus vulgo audit.

Saponaria. *Radix.*

Saponaria officinalis. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. II. 667.

Pl. perennis, in Svecia raro ſponte creſcens, at cœli noſtri bene patiens, hortis facile colitur.

Radix cylindrica alte terram ſubit, repens, longitudine duorum vel trium pedum, crasſitie calami ſcriptorii & ultra, ſuperne ramoſa, ramuſculis ad genicula oppoſitis, recens rubicundo, ſicca fuſco tecta cortice, intrinſecus alba, odoris expers, ſapore autem ſubdulci, leniter amaricanti, parce glutinoſo. Infuſum vel decoctum radicis ſaturatius ex aqua factum, quasſatione crebra agitatum ſolutionis ſaponaceæ inſtar in ſpumas abit. Characteribus allatis a radicibus Lychnidis Dioicæ & Cucubali

bali Behen, quæ interdum pro vera venumdantur, recte dignoſcitur.

Scilla. *Radix.* (Squamæ bulbi ſiccatæ).

Scilla maritima. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. II. 125.

Pl. perennis, ad litora arenoſa Hiſpaniæ, Siciliæ, Syriæ frequens.

Radix eſt bulbus pyriformis, baſi fibrillis diſtinctus, ſquamis extus tenuioribus, aridis, intus carnoſis, latis conſiſtens; interiores leni calore ſiccatæ, in officinis asſervandæ, ſpeciem cornu, aliquantum perlucidi, præ ſe ferunt; oblongæ, longitudine binas uncias æquante, ſint tenaces, duræ, ponderoſæ, in pulverem difficulter redigendæ; ſaporis amaricantis, nauſeoſi; coloris ex flavo albidi; odoris expertes. Squamæ leves, exſuccæ, inſipidæ, fuſcæ, ut corruptæ rejiciantur. Scilla ſiccata principium tenet acre, exſiccatione haud parum diminutum, paullum amyli & albuminis, ſucco gelatinoſo, mucoſo atque reſinoſo junctorum, hinc patet qualia menſtrua ſunt aqua, acetum, vinum & Spiritus Vini.

Sedum. *Herba recens.*

Sedum acre. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. II. 767.

Pl. perennis, in collibus, campis, muris, tectis ſterilisſimis copioſe creſcens.

Folia ſubovata, adnato-ſesſilia, gibba, erectiuſcula, alterna, ſucco ſcatent difficillime exſiccando, ſaporis acerrimi, odoris nullius. Tres partes hujus ſucci ſunt aqua, quarta vero ex amylo, acidulo malico calcis, albumine, gum-

gummi, reſina & extractivo, a proxime nominata non multum abludente, conſiſtit. In reſina & hoc extractivo acredo hujus Sedi, quæ fixa eſt, reſidet. Nullum ſal esſentiale, nec quid olei volatilis aut ungvinoſi in hoc Sedo repertum eſt.

Senega. *Radix.*

Polygala Senega. Linn. Sp. Pl. ed. Willd III. 894.

Pl. perennis, in Penſylvania, Virginia, Marilandia, Canada frequens.

Radix nodoſa, ramulis digiti longitudine calami ſcriptorii crasſitie, flexuoſis, rugoſis, intus albis, lignoſis, epidermide ex cinereo flava, corticem carnoſum, flaveſcentem tegente, extus veſtitis. Maſticatæ ſapor primum farinaceus; mox acidulus, deinde fauces pungens cum ſenſu ardoris, ariditatis & conſtrictionis tusſiculam excitante, quæ omnia cortici radicis præcipue ad ſcribenda ſunt. Odor recentis pæne nullus, ſiccatæ vero in pulveres redactæ, quem radix Jalappæ habet, proxime refert.

Senna. *folia.*

Casſia Senna Linn. Sp. Pl. ed. Willd II. 520.

(Hæc folia, teſte Nectoux, a Casſia lanceolata & ſpecie quadam Cynanchi quoque deſumuntur. Vide Taſchenbuch für Scheidekünſtler und Apotheker. Weimar 1804. Cfr. Med. Chir. Zeitung 1803 N:o 36 p. 179.)

Pl. annua, ſuffruticoſa in oriente & Europa meridionali frequens.

Folia

Folia pinnata, foliolis ovato-lanceolatis, longitudine pollicis, pallide viridibus, venuloſis, coſta pubeſcente, ſaporis mucilaginoſi, amaricantis, nauſeoſi, odoris ſubaromatici, ingrati. Optima ducuntur, quæ ex Alexandria importantur, quæ ex Tripoli grandiora & obtuſiora, læte virentia, ſcabriuſcula, minoris æſtimantur; quæ in Arabia circa Mocham proveniunt, ſunt longiora, magis acuminata & Alexandrinis inferiora habentur; Quæ in Italia & Gallo-Provincia gignuntur, forſan ab Oriente advenæ, Tripolitanis maxime reſpondent, ſed eminentiores habent coſtas, facilius in miculas abeunt & enumeratis virtute cedunt. Ut Sennæ veræ in locum folia Coluteæ arboreſcentis & fruteſcentis fraude ſubſtituta fuisſent, id, disſimili eorum forma perſpecta, rarius factum esſe, recentiores arbitrantur. Partes gummoſæ & mucilaginoſæ reſinoſas & æthereo-oleoſas non parum ſuperant.

Serpyllum. *Herba.*

Thymus Serpyllum. Linn. Sp. Pl. ed. Willd. III 138.
Pl. perennis, ſuffruticulus, in collibus apricis, aridis Sveciæ frequens.

Caule repente, foliis obovatis, planis, obtuſis, baſi ciliatis, floribus capitatis, odore fragranti, grato, Camphoræ vicino, ſapore calido, ſubamaro, aromatico, citrum quoque, in varietate δ Willden. l. c. redolente. Præter oleum æthereum, rubrum, fragrans, reſinam acrem & Camphoram tenet. Horna tantum hujus herbæ collectio ad uſum medicum ſit adhibenda, quod de omnibus hujus Clasſis Plantis, quarum partes efficacisſimæ tam celeriter avolant, obſervandum eſt, annuatim idcirco rejectio earum, quæ a priori anno ſuperſunt, ſine fraude inſtituatur.

Se-

Sevum bubulum.

Bos taurus. Gmel. Syſt. nat. II. 203.

Sevum hircinum.

Capra hircus. Ibid. II. 197.

Sevum Ovillum

Ovis Aries. Ibid. II. 193.

Pinguedo ex capſulis adipoſis cordis, renum & maxime omentorum. Ranciditate, odore & heterogeneo quodam admixto ſit libera.

Tauri pedum axungia, coctione pedum, ungulis & cute denudatorum, & collectione eliquaminis, jusculo innatantis, paratur.

Sinapis. *Semen.*

Sinapis nigra. Linn. Sp. Pl. Willd. III. 555.

Pl. annua in locis ruderatis, aggeribus, agris ſponte creſcens, ſeminum cauſſa copioſe culta.

Semina exigua, globoſa, nigra, præter amylum, oleum esſentiale & unctuoſum, principium acre, volatile tenent.

OB-

OBSERVATIONES.

Salviæ Folia ex oleo ſuo æthereo modica portione principii amari & leniter adſtringentis juncto, vim habent ſtimulantem atque roborantem, quare infuſum eorum ex vino vel aqua factum, debilius aut ſaturatius, pro diverſo incitabilitatis gradu, magno cum fructu propinatum fuit in langvore, quo ex morbis convaleſcentes laborant; in paralyſi, tremore artuum, ſudoribus, quos colliquativos dicere amant, nocte infeſtantibus, & aliis a debilitate vaſculorum exhalantium & excernentium vitiis in Rheumatismo, fluore albo, ſtillicidio lactis poſt ablactationem durante, reliq. His vero malis externe adhibita Salvia quoque occurrit, folia utpote aut in ſacculis cum aliis herbis verticillatarum ordinis, aut Epithematis forma ad dolores rheumaticos ſedandos, humores ſtagnantes diſcutiendos aut Infuſum eorum cum melle & aceto vel pauxillo Acidi Sulphurici, aqua diluti, vel aliis ex adſtringentium & detergentium numero, pro copia rerum medentisve conſilio variis, in hunc finem uſitatis ob adſtringentem & antiſepticam vim, qua ipſum corticem peruvianum, ſi experimentis cum carne factis fides ſit habenda, ſalvia ſuperabit, ut Gargarisma in Aphthis (ubi internus quoque uſus ejus commendabilis eſt) ulceribus oris, gingivis & uvula flaccidis, anginis multum profuere. Gargarisma quoque, quod Clariſſ. Bomardiere ad ſedandum ſalivæ, ex alieno Hydrargyri uſu excitum, fluxum commendat, folia Salviæ una cum alumine & aqua vegeto-minerali ingrediuntur.

Sambuci Flores inter leniter & celeriter ſtimulantia merito habeantur, hinc diaphoreſin & ſudorem

infuſum calidum ex aqua factum promovet; quam ob rem egregium adfert uſum in affectionibus cutis & morbis exanthematicis ut in Eryſipelate, ſub tarda eruptione Variolarum, Morbillorum, Scarlatinæ vel horum repreſſione; in Rheumatismis, Catarrhis, morbis pulmonum pituitoſis. Experimento etjam comprobatum eſt, cyathum hujus Infuſi unoquoque veſperi ante ſomnum exhauſtum aliquando per ætatem impedivisſe reditum Arthritidis. Nec minoris æſtimetur externus eorum uſus, ſive ſicci in ſacculis, ſic dictis aromaticis, ſive pro re nata, aqua, aceto vel vino madefacti membris laborantibus ſi imponantur, ſive etjam Infuſi forma cum Salvia & Chamomilla ad balneum formandum, quod cum ſuccesſu factum esſe in induratione telæ cellularis neonatorum, quæ Cel. Andry in Hiſtoire de la Société de Medecine, l'an 1784, 1785, pulcre ſcripta reliquit, teſtantur.

Baccæ recentes ad ſuccum inſpisſatum, quem Rob Sambuci dicunt, formandum inſerviunt, de cujus uſu infra, ſuo loco, memorabitur.

Corticis interioris uſus in Hydrope ex Sydenhami experientia & auctoritate præcipue notus eſt. Ventriculum & alvum vehementer movet, caute ergo adhibendus, ut indigena vero retinendus. forſan inde extractum, quod Elaterii vices ſuſtineret, confici quiret. Nec poteſtatem ex pluribus ejusdem pæne virtutis medicaminibus, quod pro re nata commodisſimum cenſeatur, eligendi tantopere refugiamus. Videſis Programma Cel. Prof. Seiler de necesſitate magnæ in medicaminum uſu copiæ. Wittemb. 1805.

Santalum rubrum (lignum) in Pharmacopoliis noſtris tantummodo ad Spiritum Lavendulæ compoſitum tingendum uſurpatum, excludimus.

Sa-

Saponem album inter præparata & compoſita rectius collocari quantumvis licet quiſpiam judicaret, at, ratione tamen ſupra allata (In Reformandam Pharmac. Svec. Prolegomena p. 5.), ducti hic poſuimus. Cum nec de puritate partium, eum ingredientium, neque præparandi cura ſatis perſpectum habemus, & cum in Sapone Medicato, ad præſcriptum (vide infra) domi curatisſime præparando, tutiorem ad vehicula & adjumenta medicaminum, intus ſumendorum, exhibenda posſidemus, hunc tantummodo ad medicamina externo uſui dicata e. g. emplaſtra, linimenta, ungventa, balnea conficienda adhibere prudentis eſt.

Saponem nigrum & Venetum cum eorum vicem impiet albus, ab officinis Medicamentariis dimittere eo minus hæſimus, quo certius conſtat, illos in tabernis mercatoriis nullo non tempore proſtare, veteri ex conſvetudine ſi quis paullo inferiorem meliori præferret.

Saponariæ radix tempeſtive collecta nec ultra annum, ne vermiculetur vel aëris injuria lædatur, in Apotheca ſervata, utilis ſive ſola, ſive cum radice Caricis arenariæ juncta ad decoctum præparandum in lue venerea inter uſum Hydrargyri hauriendum & in morbis ab obſtructione viſcerum oriundis.

Saponariæ folia, etſi recentia pari cum radice ſunt virtute, quam tamen ſiccatione maturius cum perdant, e materia Pharmaceutica jure eliguntur.

Sarſaparillæ radicem ſi tam recentem & incolumem ac Arenariæ & Saponariæ nobis emendi esſet

 pote-

poteſtas, ut principem harum in penu medicamentario retinuisſemus, at vero non niſi poſt bina a collectione luſtra cariem jam atque vetuſtatem ſentientem & adhæc carisſimam comparare liceat, non eſt quod hac miſere laborantes diutius fruſtrentur.

Sasſafras radice & cortice, cum quæ eorum vim habent, bene multa in Officinis medicamentariis proſtant, quin carere posſimus, non eſt dubitandum.

Scammonium Aleppenſe ut ſuperfluum exauctorandum eſt, nam alia draſtica & externa & indigena nobis ad varietatem ſuppetant.

Scillæ radicis vis ſtimulans inter perſiſtentes numeranda, Syſtema lymphaticum, interſpirationis & urinæ organa præcipue excitat, hinc uſus ejus in unoquoque Hydrope non vitio glandularum, membranulæ cujusdam vel prægrandi arteriarum actione procreato, in aſthmate pituitoſo, Cachexia, cet. Sed cum vehementer agit, reſpectus doſis & incolumitatis viſcerum rite habeatur necesſe eſt, quod ſi largius ſumatur, ventriculum & alvum intemperate movet atque interdum tormina, inflammationes inteſtinorum ac cruentam urinam parit, ſic phlegmaticis, ac junioribus magis quam cholericis & ſenioribus prodeſt. Ad localem, ut ajunt, effectum in ſtomacho & primis viis moderandum cum opio, Camphora vel, prout ratio rei fert, aromate quodam recte jungitur.

Scordii herbæ in locum alii didynamiæ clasſis incolæ, in Svecia minus rari & eadem ac illa ſtimulandi atque

atque discutiendi virtute inſignes, niſi varietati quoque & delectui, quæ jam præſto ſunt, ſufficerent, cooptandi esſent.

Sedum acre contuſum vel ejus ſuccum recens expresſum crebro & copioſe ulceribus Scorbuticorum ſœtidis & tumoribus eorum duris, frigidis cavo poplitis ejusque vicinitati asſidentibus applicare, cum copia hujus plantæ usquequaque in patria ſuppetat, non eſt negligendum, nec ad collutionem oris in gingivarum affectione ſcorbutica inſtituendam hic ſuccus vel per ſe vel alumine & melle roſarum adjutus, contemnendus eſt, neque, ubi meliora deſunt, internus ejusdem uſus, ſub forma Cerevifiæ medicatæ, vel alia omitti debet; ſaltim ſuccum, cum aqua Cinnamomi & melle mixtum, in Scorbuto propinatum, utilem expertus eſt Cel. Wendt. vide Disſert. C. Fr. Chr. Guil. Schnizlein de Sedo acri. Erlangæ 1804. Hunc quoque ſuccum cum ſpiritu vini hauſtum in convulſionibus ſedandis valuisſe A. Peerebom memorat (Nov. Act. Phys. med Acad. Imper. Nat. Curioſ. P. VII). An vero pulvis herbæ ſiccatæ contra epilepſiam, cui adhibitus fuit (vide Journal der practiſchen Artzneykunſt von C. W. Huſeland. B. 13. St. 2. p. 167) quid valuerit, experimentis adhuc non ſatis conſtat. Clavos pedum vel ipſa herba contuſa vel ſucco circumvelare ad eos erodendos æque ſimplex ac notum remedium eſt domeſticum.

Senegæ radix vim perſeveranter & egregie ſtimulantem tenet, tantum non omnes ſecretiones excitat properatque, hinc conglutinationes lymphaticas in morbis pectoris & pulmonum ab inflammatione procreatas tollit, cavendum autem ne, diatheſi inflammatoria adhuc manente, præſcribatur. Nec minoris habenda in exanthematis,

matis, præ debilitate corporis non recte & tempeſtive prodeuntibus, ut & in ultimo ſtadio Scarlatinæ, ubi aqua inter cutem colligi ſolet. In aſthmate humido Antispasmodicis juncta, ut remedium primi ordinis ſe præbuit. Illam in agina polypoſa tantummodo tutiorum & citius, uti malum præcipitis decurſus poscit, agentium in connubio recte dari nemo non noverit, ſi & ſecundum Cel. Archer (Sammlung auſerleſener Abhandlungen zum Gebrauch Praktiſcher Aertzte B. 20) illius utilitas in eo conſiſteret, quod partes rimæ glottidis vicinas immediate irritet. Ut experimentis, quibus fidem facere posſumus, quod Cl. Tennent & Illuſtrisſ. a Linné de præſentisſima ejus virtute contra morſus ſerpentium venenatorum memoriæ prodiderunt, confirmetur, omni, qua germanos artis decet cultores, vehementia optamus.

Sennæ folia vim alvum ducendi posſident, raro pulveris forma dantur, ſed maxime Infuſi, quod ſuo loco proponetur, hic modo ſubjicere juvat, quod ſtipites, qui foliis intermixti reperiuntur non aliter torminum, quæ ſub uſu ejusmodi Sennæ percipiuntur, dici posſint causſa, quam ſi verum esſet, quod Cel. Horn habet (Handbuch der Praktiſchen Arzneymittellehre &c. Berlin 1805. p. 466), quod illi foliis reſina ditiores esſent & adhæc talis caſus incideret, ut & ſtipites in data portione folia ſuperarent & intempeſtiva, ſi infuſum pararetur, illius parandi diligentia, partes reſinoſæ una ſolverentur, quod vero ex ſimplici calidæ transfuſione, vel, ſecundum Cel. Bouillon Lagrange, diuturniore frigidæ fieri nequit, quippe qua partes tantummodo magis volatiles ſolvûntur; ſic Infuſum ſi recte paratur in ſe ipſo eas quoque partes, gummoſas ſcilicet, mucilaginoſas, æthereas continet, quæ vim reſinoſarum infringunt.

Ser-

Serpentariæ Virginianæ radicem promta & inſimul longinqua ſtimulandi esſe virtute non negamus, at cum non indigena eſt, nec, quæ talem vim præſtent, deſideramus medicamina, ſuperfluam cenſemus. Qui Camphora, floribus Arnicæ, Valeriana, Calamo Aromatico, Cortice Peruviano, reliquis, ad excitandas & ſuſtinendas corporis vires aptis, non usque eo uti ſciret, ut Serpentariæ opis indigeret, ille, ne credas, dijudicare valeret, ubi Serpentariæ tempeſtive adhibendæ locus esſet. Ad hæc adjicere liceat, quod nullius esſet utilitatis, illam in Apotheca venalem habere, cum rarisſime idque tantummodo ut adjuvans, cui aliud ejusdem facultatis & minus carum ſubſtitui potuisſet, præſcribitur.

Serpylli herba præ ceteris verticillatis etſi nulla ſe commendat virtute, tamen ut indigena & frequentisſime obvia, cum ſemper bona & minoris haberi posſit, colligi & in Apothecis ad uſum reſervari debet. Ut excitans & ſudorificum Infuſum interne porrigi poteſt, aut, quod uſitatius, externe epithematis vel fomenti forma vel herba ſicca conciſa in ſacculis ad torporem medendum, abſorptionem excitandam & properandam applicatur.

Sevum Bubulum, Hircinum & Ovillum ad Emplaſtra & Ungventa paranda uſurpantur. Unum horum huic quidem ſcopo ſufficeret, ſed cum æque facile unumquodque acquiri poteſt, hæc varietatis copia alterum alteri præferenti libenter concedatur.

Axungia pedum Tauri Ungventis Ophthalmicis commodisſimum eſt conſtituens, fluidam utpote ſemper formam ſervat & ne poſt annum quidem rancedinem ſentit.

Olei

Olei olivarum loco in torpore, rigiditate & contractura artuum optime lubricat volas vel digitos ſricantis atque medicamentis, abſorptionis cauſſa inungendis, mollisſimum eſt vehiculum.

Simarubæ corticem ſtimulantia, amara & mucilaginoſa, quæ in materia Pharmaceutica contra diarrhœas chronicas, lienteriam, dyſenteriam & fluxiones mucoſas bene multa habemus, ſupervacaneum reddiderunt.

Sinapis ſemina vi principii acris, volatilis, inter fortiora ſtimulantia Syſtematis vaſculoſi & nervoſi cenſenda, ſecretionem urinæ atque perſpirationem cutis adaugent. Vario deglutita ſunt modo & fine: aut integra ad cochlear usque in Hydrope, pigra alvo, febribus intermittentibus vacuo tempore, aut contuſa cum vino in Scorbuto, aut pulverata, cum cortice peruviano juncta in febribus intermittentibus protractis. Contuſa ſemina in lac fervens ſi demittantur id coaguli modo contrahunt & ſerum lactis, inde exortum, vim ſeminum mitiori quamvis in gradu habet. Præcipuum autem Sinapi ad cataplasmata, epispastica, quæ Sinapismi nomine veniunt, formanda uſum adfert, nec aliter ad extra corporis minus idoneum; ſic abſcesſui maturando illius ſemina pultis forma imponantur; pulveris eorum adſperſione lichenibus medetur; perniones larga, in qua Sinape decoctum fuit, aqua utiliter lavantur, nec ejusmodi acris lotio membris, podagra affectis, inefficax proditur. Nulla ergo ſunt crimina ſinapis? Immo vero Sinapismus ipſe intempeſtive adhibitus tantum nocebit, quantum alias, prudenter, ut egregie ſtimulans juvat.

REFORMANDÆ

PHARMACOPOEÆ SVECICÆ

SPECIMEN OCTAVUM

QVOD

VENIA EXP. FAC. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG.

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. MOSCOU. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. REG. SCIENT. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. NANCIENS. MED. PARIS. EMUL. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT. NATION. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU MEDICO

NEW YORK

EXHIBET

AUCTOR

JOHANNES GUSTAVUS HENTZÈLL

STIP. REG. STOCKH. ET UPSAL. VESTROGOTHUS.

IN AUDIT. BOTANICO D. XXIX. NOV. MDCCCIX.

H. A. ET P. M. S.

Upſaliæ, Typis Edmannianis.

REGIO

COLLEGIO MEDICO

SACRUM

Soda v: alkali Minerale v: Natron

Natron Carbonicum

Cinere plurium plantarum maritimarum, ut nonnullarum ſpecierum Salſolæ, Salicorniæ aliarumque elixando obtinetur. Ægyptus Hiſpania et Gallia hanc materiam nobis præcipue ſubminiſtrant; ſemper vero hæc infecta eſt alienigenis. Purior minorique emenda e Natro muriatico ope kali decompoſito naſcitur. Quæ genuina habenda erit, ſit, oportet, coerulea, cinerea, ponderoſa, ſicca, falſa, acris, dura, poroſa, tinniens. Quæ Alexandriæ paratur, cenſetur optima.

Spathum ponderoſum v: Baryta ſulphurica nativa.

Sulphas Barytæ.

In metallifodinis Hercyniæ, Saxoniæ aliisquæ venas implet. Eligantur fruſtula alba, lamelloſa, heterogeneis minus inquinata. Baryta acido ſulphurico nupta in aqua plane indisſolubilis eſt.

Spiritus Frumenti. Pluribus domeſticorum frumentorum ſpeciebus, fractis antea et in fermentationem vinoſam redactis, coquendis, obtinetur. Priusquam vero purificatur, ingrati eſt ſaporis, natoque ſub fermentatione foetet oleo, quod infuſione carbonis rite peruſtis inſtituta evaneſcit. Ex carbone, principio hydrogenio, oxygenio et oleo empyrevmatico conſtat.

Spongia.

Spongia Officinalis Linnæi Syſtema Nat. T. I. p. 5 p. 3820.

Hæc ſubſtantia eſt nidus mollis elaſticus Zoophyti, Spongia Officinalis dicti. Quo minus coloris et pororum posſidet, hoc præſtantior eſt habenda.

Stannum anglicanum.

Metallum eſt coloris coerulei, molle et ductile. Pondus ejus ſpecificum eſt 7, 264. In aqua regia ſolvitur; ſæpe adulteratur admiſtione plumbi, quo ope acidi nitri diluti ſollicite eſt liberandum poſteaque elixatum ſiccandum. Forma dein reſtituta metallica limatur et uſui adplicatur interno.

Stramonium. *Folia.*

Datura Stramonium Willden. Sp. Pl. I. 377.

Planta annua calidioris patriæ, jam in fimetis, ruderatis et ad vias in Europa frequens.

Folia ſunt ovata, glabra, magna, viridia, in latos lobos diviſa, ingrato odore ſaporeque nauſeoſo.

Succinum.

Bitumen ſolidum, pellucidum, fragile, citrinum aut flavum, acidum concretum via ſicca largiens. Colligitur in oris maris Baltici, praeſertim ubi Curlandiam, Boruſſiam et vicina Pomeraniæ littora alluit.

Sulphur Svecicum.

Materia eſt ſimplex ſolida, odore ſaporeque carens, coloris lutei, in aqua indisſolubilis, quæ ut productum ſubſecivum ſæpe in metallis igne urendis obtinetur, et ſublimatione purificatur. Quod ſi vero metallis arſenicum tenentibus comparatur, admiſtione hujus diligenter liberetur, coctione in aqua, infuſo acido muriatico arſenicum ſolvente, inſtituta. Qua facta ſolutione, arſenicum aqua eluen-

eluendum eſt deſtillata. In fabricis Bohemiæ et Saxoniæ etiam Sveciæ præparatur.

Flores Sulphuris ut loqui aſſolet, ſublimatione purificatum ſulphur conſtituit. In materiis alkalinis, via tam ſicca quam humida optime ſolvitur.

Tamarindus. *Fructus.*

Tamarindus Indica. Willden. Sp. Pl. III. 1250.

habitat in India orientali et occidentali, Arabia, Ægypto et America.

Fructus eſt brevis, ſiliqua craſſa ex dupplici conſtans cortice, quorum exterior eſt aridus et durus, interior membranaceus. Siliqua præterea eſt oblonga, lateribus compresſis, colore æruginoſo, cinereo atque ſubfusco, continetque pulpam, cujus in arte medica obtinet uſus. Fructus in aqua contunditur in maſſamque tunc abit pulti ſimilem, quæ ex India orientali huc transvehitur. Acidum Tartaricum, Tartarum, materiam Saccarinam et nonnihil continet mucilaginoſi.

Tanacetum. *Folia, Flores, Semina.*

Tanacetum Vulgare. Wilden. Sp. Pl. III. 1472.

Planta perennis; in aggeribus nec non ad vias ſepesque creſcit.

Folia ſunt alterna, ſesſilia, amplexicaulia, utrinque viridia, glabra, punctata, bipinnata, inciſa, ſerrata.

Flores compoſiti, tubuloſi, flavi, ſapore amaro et odore aromatico nauſeoſo. Semina fuſca, parva, cylindricoturbinata, angulata, utrinque truncata. Omnes herbæ partes ingrato et acri ſunt odore ſaporeque amaro.

Taraxacum. *Radix.*

Leontodon Taraxacum. Linnæi Syſt. Veget. Ed. XIV 912.
Planta perennis ubique in Svecia creſcens.

Radix eſt rotunda, ſubramoſa, externe ſubfuſca, interne alba, inodora, ſapore primum dulci mox amareſcente.

Tartarus Crudus et Cryſtalli v: Cremor Tartari.

Tartarus crudus eſt maſſa aliquantum ſolida, quæ ex ſucco uvarum ſub fermentatione, nec non ex veteribus in genere vinis amaris acidisque ſeparatur. Ex Kali, acido tartarico ſupra modum ſaturato, partibus terrenis et mucilaginoſis inquinato, nec non ex materia coloranti conſtat. Solutione, elixivatione et appoſito ovi albo aut cujusdam argillæ genere, in fabricis ut plurimum Gallicis purificatur.

Cryſtalli v: Cremor Tartari vocatur purus ille Tartarus, qui poſt factam evaporationem obtinetur. Diligenter obſervandum erit, num ille cupri aliquid contineat, quod ex colore, quem hoc in caſu habet, cæruleum inter et album medio, facile diſcernitur. Quo vero deinceps cupri liberentur admiſtione, ſolvantur et in olla ferrea coquantur; tum ſubſedit cuprum. Cryſtalli nullam in aere ſubeunt mutationem. Qui vero ſolvantur, centum et ſexaginta requiruntur partes aquæ mediæ temperaturæ, ferventis autem decem tantummodo et quatuor.

O B-

OBSERVATIONES.

Siſari radix, diætetici potius quam medici eſt uſus culinisque adeo quam pharmacopoliis aptior, medicamentorum ne temere augeat numerum.

Soda a materiis alienigenis ſoluta, reſpectu quidem medico, acido primis puta viis tollendo inſervit, pharmacevtico autem ſalium eſt plurium baſis.

Solani herba inter narcotica fuit nummerata, quum vero multa alia, tutioris ſimilisque efficaciæ remedia habemus, juſto eliminetur.

Sorbus aucupariæ baccæ, principium ſubacidum et adſtringens tenent. Ut de virtute harum medica, experientia non ſumus convicti, indigenas licet, exterminatas voluimus.

Spathum ponderoſum, uſus medici numquam fuit, ſed terræ tantum ponderoſæ ſalitæ parandæ inſervit.

Terra ponderoſa aërata, interne quidem, quamvis infeliciter, utpote quæ arſenico ſit infecta, adhibita fuit. Plurimi auctorum ejus merito disſvadent uſum.

Sperma Ceti vide Cetaceum *ſpec: I:um pharmacopoeæ reformandæ p: 31.*

Spigeliæ Marilandicæ herba, quæ vehementem,

tem, quam habet ſtimulandi vim, trans mare vecta, amittit, omni abeat jure.

Spinæ Cervinæ baccæ, Oleoſum et amarum ſaporem cum tenui inſvavique odore, cumque vi, quamvis inter diſtentiones et tormina alvum purgandi conjungunt, in anaſarca quidem et arthritide earumdem laudarunt uſum, quem nos vero, medicaminibus, quo um efficacia eſt et mitior et tutior, aliis non deficientibus, improbamus.

Spiritus vini gallicus in materia pharmacevtica et debet et poteſt omitti, quum ſuccedaneum et aptum et indigenum nobis præbeat.

Spiritus Frumenti, qui in Pharmacia ad plura præparata adhibetur, nec non in pauperum eaque, quæ in caſtris haberi poteſt', curatione vini quadamtenus refert efficaciam.

Spongia, Chirurgo in hæmorrhagiis inhibendis, partibusque corporis lavandis eſt uſui. Idam lintei carpti loco poſſe adhiberi Cl. Zeller Vindobonenſis asſerit.

Stannum anglicanum limatum; Medicamentum hocce e pharmacopoliis non voluimus exterminatum, quod a longo retro tempore in numero efficacium fuit relatum. Tempore jam Paracelſi, efficacia ejusdem, in morbis verminoſis ſumma ferebatur laude. Alſton, Mead, et, qui fuerint, alii id deinceps inprimis contra tæniam utiliter adhibuerunt. Joſ: Frank id, tamquam optimum hujus humani corporis ſtygiæ peſtis remedium laudat; nulli præterea non ætati corporisque conſtitutioni in-

innoxium. Alſton id doſibus ex uncia ipſius cum quatuor unciis Syrupi immixti, bis, ter die dedit adultis. Ut limatum id efficacius ac pulveratum, ex conſenſu tantum non omnium medicorum, iſtud remedium præcipue ſcabritie ſua vermes inquietare perhibentium, duximus.

Staphiſagriæ ſemina, ſapore oleoſo, amaro et fragranti, viqne vehementer purganti gaudent; eamque ob causſam uſui medico inepta judicamus.

Stramonii folia; a principio narcotico et acri quod continent, facile colligitur eorum virtus. In mania, melancholia, convulſionibus et epilepſia a plurimis auctoribus probatum eſt approbatumque. Extractum, doſi a dimidio ad totum aucta granum, bis, ter, ad ſummum ſexies, die, in illis duobus morbis cum ſuccesſu ægrotis porrexit Cl: Störck. In his vero duobus uſum ejus feliciter experti ſunt et deſcripſerunt noſtrates Sidrén (vide Disſert. de Stramonii uſu in morbis convulſivis Upſal. 1772), et Odhelius (vide Vettenſkaps Acad. handl. 1776. p. 277).

Styrax officinalis et liquida, quum non niſi exteris in regionibus juſto carior emitur et preterea haud majorem quam cetera gummata reſinæque præbet utilitatem, merito eliminetur.

Succinum etiamſi valde carum, et per ſe inefficax, ob præparata inde paranda, retinuimus.

Sulphur ſvecicum vim leniter ſtimulandi posſidet, transpirationem adjuvat et in vaſa haut raro agit pulmonalia. Dum doſi a dimidia ad totam augenda drach-

mam-

mam ſumitur, molliter et ſine torminibus facit ventrem. In morbis a prægrandi ſolidi vivi robore originem ducentibus propter tarditatem, qua ſuam exſerit vim non eſt commendandum. In hæmorrhoidibus coecis, in morbis exanthematicis chronicis et preſertim in ſcabie magna fuit in laude. In infarctu viſcerum, arthritide et rheumatismo, nec non in amenorrhoea utilitatem affert non ſpernendam; at vero, quod obſervandum eſt, febri adhuc durante, perperam adhibetur.

Tamarindi fructus; Palpa, alvum lenitur blandeque ducit; quo vero efficax ſit, doſi ab una ad binas uncias, ex ſtatu organorum digeſtionis apte digerenda ſumatur. In aqua calida, vel Manna, vel ſale quodam medio, vel denique infuſione foliorum ſennæ aquoſa appoſita, pro more, ſolvitur, idque quo et ſapidior evadat efficaciorque. Febribus, quæ ex nimio corporis robore oriuntur, diarrhoea et dyſenteria laborantibus cum ſucceſſu porrigitur, quod ſi acidi nonnihil in primis viis fuerit, omittatur.

Tanaceti folia, flores, ſemina. Ex oleo æthereo et principio amaro, quæ iſtis inſunt, vim poſſident ſtimulantem et corroborantem. In febribus intermittentibus, atonia ventriculi, morbis hyſtericis et cachecticis medicamentum hinc paratum ſemet ſæpe exhibuit efficax. In morbis verminoſis ut ſpecificum laudarunt plurimi. Sub forma aut infuſi vinoſi, aquoſi lacteive aut extracti, pulverisve doſi inter ſcrupulum et drachmam aptanda, propinetur

Ta-

Taraxaci radix et herba virtutis eſt leniter ſtimulantis efficaciaque omnes fere ſuæ gentis ſuperat. Atonia ventriculi affectis medicamen ſubminiſtrat digeſtioni aptum promovendæ. In ictero, rachitide, obſtructionibus glandularum meſenterii et in morbis exanthematicis, ſummam haut raro habuit utilitatem. Contra tubercula pulmonum Cl. Hoffman et Zimmerman ejus laudant uſum. In modum vel extracti, vel pillularum, drachmarum binarum ternarumve doſi quotidie, vel decocti pro ſaturatioris aut dilutioris forma, optime datur.

Tartarus Crudus præparatis reſpectu inſervit pharmacevtico.

Cryſtalli Tartari in omnibus fere febribus utiliter adhibentur. In diarrhoea, dyſenteria et ictero efficacia ejus ſæpius eſt comprobata. Vim ejus in doſibus parvis, a decem ad quindecim grana progredientibus, adhibiti in anaſarca eſſe non parvi faciendam per ſe patet. Tum ſcilicet renes penetrantem ſtimulandi vim habent et cum incitamento quodam permanenti, exempli gratia, decocto Kinkinæ optime commiſcentur. Quo ſolvant alvum, doſis, ab una ad quatuor augenda drachmas, eſt præſcribenda. Ut minor quantitas hujus medicaminis difficulter ſolvendi, efficaciam, quam intendimus, habeat, cum ſale medio commode miſceatur. Ceteroquin pauperibus eſt medelarum loco ſumtuoſiorum.

Tereb-

REFORMANDÆ
PHARMACOPOEÆ SVECICÆ

SPECIMEN NONUM

QUOD

VENIA EXP. FAC. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. MOSCOU. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. REG. SCIENT. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. NANCIENS. MED. PARIS. EMUL. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT. NATION. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU MEDICO.

DISSERIT

AUCTOR

JOHANNES JACOBUS RÅDBERG

ST. REG. VESTROGOTHUS.

IN AUDIT. BOTANICO D. XIII. DEC. MDCCCIX.

HOR. ANTE ET POST MERID. SOLIT.

Upſaliæ, Typis Edmannianis.

IN

SACRAM REGIAM MAJESTATEM

SPECTATÆ FIDEI VIRO

REGII COLLEGII MEDICI ADSESSORI

AD LEGION. SCARABORG. MEDICO PRIMARIO

ACAD. REG. SCIENT. HOLM. CET. MEMBRO

CELEBERRIMO ET EXPERIENTISSIMO

DOMINO DOCTORI

ERICO ODHELIO

AVUNCULO SUO

HANC DISSERTATIONEM

SACRAT

AUCTOR.

Terebinthina Veneta: et Oleum ſtillatitium.

Pinus larix. Willd. Sp. Pl. IV. 1711.

Arbor habitans in alpibus Helveticis, Valleſiacis, Stiriacis, Siberiæ &c.

Reſina Terebinthina balſamum eſt naturale, quod e cæſuris, æſtatis tempore in cortice arborum factis, ſponte ſua emanat, quodque eſſe debet purum, clarum, ſubflavum, ejusdem ac mel ſpisſitudinis, in fila posſit, oportet, deduci, odoris ſit ſvavis & jucundi, ſaporis autem amari acrisque.

Oleum ſtillatitium deſtillatione Terebinthinæ venetæ cum aqua, cui oleum ſupernatet, obtinetur.

Tormentilla. *Radix.*

Tormentilla erecta. Willd. Sp. Pl. II. 1112.

Planta Svecica perennis.

Radix conica, ſuperne crasſior, nodoſa, fibrillis numeroſis obſesſa, crasſitie digiti, 2-vel 3-pollicaris, extrinſecus ex rubro fuſca, interne rubicunda, ſuperne ſquamata. Recens & ſiccata odore carens, ſapore gaudet ſubadſtringente. Aquæ & Spiritui vini partes adſtringentes impertit & colore rubro tingit.

Trifolium aquaticum. *Herba.*

Menyanthes trifoliata. Willd. Sp. Pl. II. 811.

Planta perennis, in paludibus noſtris frequenter obvia.

Folia cuncta radicalia, petiolata, ternata; foliolis ovatis, obtuſis, utrinque glabris, venoſis, margine repandis, bipollicaribus vel ultra, æqualibus; tenerioribus oblongis; ſaporis amarisſimi, odoris nullius. Amaritiem herba cum aquæ, tum ſpirituoſis communicat.

Tusſilago. *Folia. Flores.*

Tusſilago farfara. Willd. Sp. Pl. III. 1967.

Planta Svecica perennis, ad foſſas ſolo argilloſo frequens.

Folia cordata, ſubtomentoſa, angulata, denticulata. Sapore nauſeoſo, amaricante; odore ingrato prædita.

Flores racemo terminali, ovato, obtuſo. Odore & ſapore tenuiori.

Valeriana. *Radix.*

Valeriana officinalis. Willd. Sp. Pl. I. 177.

Planta Svecica perennis, in pratis depresſis & humidis crescens.

Radix fibroſa, fibris ſubfuscis, tenuibus, hirtis, tenacibus, trunco cylindrico, extra fusca, intus alba. Odor radicis recentis graveolens, ſubnauſeoſus, odoris corii denſati haud disſimilis; ſapor ingratus, amaricans, ſubacris: ſiccatæ odor & ſapor fere intenſiores. Radix evelli debet antequam caulem edat, ſiccari & vaſe clauſo ſervari. Hujus radicis virtus a natura loci, in quo crescit, maxime pendet: in pratis nimirum ſiccis ſolique præſertim expoſitis nata, eſt optima, in ſilvis denſis hebetior, in umbra denique & in campis aquoſis, omnis fere expers efficaciæ.

OB.

OBSERVATIONES.

Terebinthina Veneta. Vim habet quam maxime ſtimulantem, quæ ad cutem renesque penetrans, urinam odore violæ inficiat. Interne in Phthiſi tuberculoſa, externeque in injectione Gonorrhœæ olim fuit adhibita. Uſus vero ejus in his morbis, maxime quippe noxius, ſummo jure improbatur. Vulneribus, cæſione, ſectione punctioneve factis, adhuc recentibus, non inutiliter ſolum ſed noxie etiam adhibetur, veteribus contra ut apta cenſetur; quippe quorum promoveat maturetque, ut perhibent, ſuppurationem ipſamque adeo curationem. Friata una cum vitello vel mucilaginoſo quodam, aquaque diluta & ut clysma applicata, a Cel. Cullen & Joſepho Frank laudatur, ut quod contra obſtinatam alvi duri iem efficax esſet medicamen. Friata ſimul cum Extracto Saturni Linimentum præbet, quod Cancro aperto non medetur quidem, ſed impedit, ne vehementius ſerpat & illæſas vitiatis addat partes, odoremque tollit cadaveroſum, (vide Geſsners Saml. von Beobachtungen).

Oleo virtus ineſt totum ſtimulans organismum. In Hæmorrhagiis pasſivis in doſi decem ſumta guttarum efficaciter egit (vide Rômers Annalen der Heilmittellehre 3:ter Stûck). Cel. Cullen memorat hoc ſpinam dorſi fricando, Febrem ſeſe ſanasſe Intermittentem. Hæcce eadem methodus Medicis inprimisque Ægyptiis frequenter erat in uſu, neque asſerimus, dignam esſe, cujus in ſimplicibus Febribus Intermittentibus experimentum capiamus. In Gangliis ſolvendis & in incitabilitate partium Paralyſi laborantium reſtauranda, id, juſtis

de rationibus, pro efficaci habemus incitamento. Membranarum, Nervorum Tendinumque Toxis ſi calefactum applicetur, dolorem levat, ſpasmosque, qui illas frequenter comitantur, tollit.

Thymi herba. Vicem hujus plurimæ omnino ſupplent Verticillatæ, ut Lavendula, Salvia, Rosmarinus, ceteræ. Præterea vel ideo hanc excludere haut dubitavimus, quod Thymus Serpyllum in Specimine ſeptimo Reform. Pharmac. Svec. eſt deſcriptus.

Tiliæ flores. Vim ſiccatione prorſus amittunt omnem, ſi vel antea habuerint non nullam. Inter ſaburram itaque, qua noſtra inutiliter gravatur Pharmacopœa, hi quoque ſunt referendi.

Tormentillæ radix. Principium continet adſtringens. In Dyſenteria, Diarrhœa chronica, Hæmorrhagiis pasſivis, intrinſecus, in Prolapſu uvulæ, cet., nec non in Ulceribus malignis, extrinſecus adhibita, laudatur. Sub forma Pulveris drachmæ unius, Extracti, Decocti Infuſive ſumenda. Radicis hujus uſum bona quidem pars recentiorum improbat Auctorum; a nobis vero, ut domeſtica & ubique creſcens, uſque adeo quæ medicamentorum adſtringentium, carius emendorum, vices exhibere forſan potuerit non paucorum, minime rejicienda.

Tragacanthæ gummi. Mucilaginis, quam Gummi Arabicum, hoc quidem plus continet; contra vero illo difficilius eſt ſolutu &, ut plurimum, impurius. Quamobrem Pharmacopolis, noſtra ex ſententia, perperam

ram injungitur neceſſitas carius hocce gummi exteris ab regionibus acquirendi, utpote cujus loco utiliter adhibeatur domeſticum.

Trifolii aquatici herba. Vim ſuam principio, cujus magnam tenet copiam, debet amaro, interque optima ideo medicamina perſeveranter ſtimulantia ac tonica numeratur. In omnibus itaque morbis, qui ab Atonia ventriculi proveniunt, ut Dyspepſia, Hypochondria aliisque merito, in Hydrope autem, Ictero, Febribus intermittentibus, Cachexia, Arthritide nec non in Scorbuto in primis laudatur. Herba, in modum Decocti externe adhibita, Scabiei aliisque morbis cutaneis curandis, nec non Ulceribus ſcorbuticis præcipue, purificandis, inſervit. Amaritudine ſua tum aquam tum ſpirituoſa hæc inficit herba, ideoque potisſimum, & fere non, niſi ſub forma Decocti Infuſive adhibetur. Quum vero in Infuſis, ſic dictis, Cereviſiatis ejus ſaluber esſe dicatur uſus, ægrotorum cura, qualis ſub expeditionibus militaribus, terra, mari, in arcibus & in noſocomiis majoribus, ubi, quæ carius conſtant, medicamentorum copia non ſuppetit major, queat haberi, erit in primis intelligenda. Quæ in hanc materiam ulterius posſint dici, videre licet in Disſert. de uſu Menyanth Trifoliat. ſub Moderamine Celeberr. PRÆSIDIS. Extractum, quod ex herba hacce præparatur, eandem, quam ipſa, in forma presſiori habet efficaciam. Loco noſtra in Pharmacopœa folia tantummodo hucusque ſunt dignati; quum vero herba virtutis eſt non minoris, non eſt, quin & ipſam nos, ut jam diu exteri, admittamus. Succus expresſus Tincturaque herbæ caſibus, in quibus ipſam laudavimus herbam, iisdem inſerviunt.

Tus-

Tuſſilaginis folia et flores. Vel nomen ipſum ipſius in Morbis pectoralibus indicat uſum. Ab temporibus inde antiquisſimis Hippocrates, Dioſcorides, Plinius aliique eam inter optima expectorantia habuerunt. Poſteriori deinceps ævo iſtam hoc majori, noſtra ex ſententia, jure omnem fere amiſit laudem, quo certius conſtat, Althæam Lichenque Iſlandicum illi palmam præripere. Quæ cum ita ſint, eamdem ex Pharmacopœa exſulare haut dubii juberemus, niſi tempore recentiori exploratum fuisſet, illam, virtutem præter mucilaginoſam, principium tenere adſtringens, id, quod ex ſapore illius adſtringente vique ſalivam tingendi luculenter efficitur. Credimus itaque, huic ineſſe herbæ bonum aliquid, lene quidem, hoc vero magis vulgariter adhibendum, tonicum, quod fibram muſcularem præcipue afficit & affectam contrahit, cujusque adeo uſus partium disſolutionem & infirmitatem ſolidarum levaturo erit commendandus. Plurima hujus herbæ experimenta hoc reſpectu capta, Auctores loquuntur, quorum retulisſe ſufficiat non nulla. Præterquam quod quibusvis in Morbis Aſthmaticis, a minuta incitatione ortis, conſenſu fere unanimi commendatur in Scrophulis, unam alteramque glandulam totumve ſyſtema afficientibus, ejus, Infuſi modo adhibiti, uſum haut exiguis jam Fulier effert laudibus. Inter laudatores ejus recentiorum Medicorum Cel. Cullen & Meyer numerandi. Scilicet ille, laudis commendationisve medicaminis numquam prodigus, totidem dicit verbis, experimentis ſe edoctum fuisſe, Infuſi & adhuc magis Succi foliorum recentium expresſi magnam esſe utilitatem. In Phthiſi, a Scrophulis orta, a Medicis generatim recentioribus, in Hectica vero & Diarrhœa colliquativa a Cel. Percival ſigillatim commendatur (Esſays medical and experimental, Vol. 2. p. 224.). Sub in-

inflammatione, obſtructione diu continenti atque gravi & induratione glandularum cruditatibusve primas infeſtantibus vias, ejus in genere uſum disſvadent. Folia, quibus minus, quam aliis herbæ partibus, ineſt mucilaginis, ſubamara ſunt, ventis continenter pluviis, nigreſcunt ipſa Infuſumque exhibent nigrum.

Tutia non eſt aliud, quam impurum Zinci oxidum, quod iisdem occaſionibus, quibus Pomphylax, obtinetur, quamobrem nos, rationibus, ſupra in Specimine quinto Reform. Pharmac. Svec. memoratis, ducti, valere jubemus medicamen, quod, quamvis non niſi externe fuerit adhibitum, materiam perperam augeret pharmaceuticam, quum Flores Zinci purum nobis præbeant Zinci oxidum.

Valerianæ radix. Principium ejus efficacisſimum Oleum eſt æthereum. Unum domeſticorum, promte ſtimulantium, ſpasmosque ſedantium, medicamen conſtituit præſtantisſimorum, quod, rationali magis, ope experimentorum, a veteribus & recentioribus Medicis diligenter accurateque factorum, poſteriori ævo inita via dijudicandi virtutem, qua medicamenta organismum viventem afficiunt, auctam nactum eſt laudem ſæpiusque adhiberi cœpit. Quoties promta efficaciaque ſtimulantia & corroborantia indicantur medicamina, eſt in uſu. Nimiam tollit incitationem, inſalubriter intenſam, extenſive auctam, incitabilitatem minuit, eamque vicisſim inſtaurat, ſi intenſive ita tenuis fuerit, ut aucto incitamento reſiſtere non valeat. Pulſus arteriæ intendit, calorem auget, omnes promovet excretiones cutemque in primis afficit. Ex his vero, quæ jam de virtute ejus obiter ſunt dicta, per inductionem facile eſt collectu, quibusnam

nam in morbis illius commendandus ſit uſus. Quum vero & heic optima ſit dux experientia, e re haut parum esſe duximus, præcipuas ſpecialium morborum formas, quibus, ex veterum recentiorumque, experientia innixo teſtimonio, fuerit applicata, breviter retuliſſe. Ut antispasmodicum in Morbis in genere Spasmodicis, nec non in Hypochondria, Hyſteria, Apoplexia, Paralyſi, cet., unanimi conſenſu commendatur. Eamdem Epilepſia laborantibus Cel. Haller, Tisſot & Whytt, verminantibus Cel. Stórch (Stórch Ann. Med. I. p. 103. 164) omni cum ſuccesſu porrexerunt. In Amavroſi Cel. Richter ejus laudat uſum. Quum vero in Morbis exanthematicis, Arthritide, Rheumatismo, cet., Auctorum habet commendationem, ita tantummodo valet, ut hi morbi ab imminuta orti ſunt incitatione (aſthenia). Tum ſcilicet, pro gradu incitabilitatis adhibita, utilitatem affert haut ſpernendam. In Pulverem redacta aut ſola aut aliis medicaminibus ſtimulantibus tonicisque &, quod maxime eſt vulgare, Kinkinæ immixta, doſi, a ſcrupulo ad drachmam, pro rerum circumſtantiis augenda, detur. Infuſum hujus herbæ aquoſum non adeo eſt efficax, vinoſum autem præſtans. Decoctum nullius eſt efficaciæ. Sub forma etiam Extracti adhibetur. Summa cum utilitate in modum Tincturæ exhibetur; ejusdem vero exhibendæ variæ, partim ſimplices, partim compoſitæ, in Diſpenſatoriis obtinent formæ: Tinctura Valerianæ ætherea, ammoniata, volatilis, Pharm. Borusſ. c. c.

Vanillæ ſiliqua. Quæ non niſi in præparando Succolatam uſurpatur, ex Pharmacopoliis vix ac ne vix quidem adhibendam, posſe eam horum e theſauris, absque damno, excludi putaverimus.

Ver-

Verbasci folia et flores. Quum tam illa quam hi æque ſint inefficacia, cum præcedenti Vanilla participent exſilium. Infuſo illorum Morbis in pectoralibus adhiberi, & Cataplasmatibus ex iis parari ſolitis emollientibus, eadem flores Sambuci aliorumque præbent non inferiora.

Veronicæ herba. Infuſum hujus herbæ Morbis pectoris chronicis laborantibus frequenter olim quidem porrigebatur, nunc vero obſolevit. Quod cum ita ſit, nulla nobis esſe videtur cauſa, cur, licet non nullis in Libris elementaribus plebi Theæ loco Chinenſis commendata, ulterius retinetur.

Vincetoxici radix. Eorum, quæ ſupra exploſimus, medicaminum hæc procul dubio eſt inefficacisſima & quam maxime ſupervacanea. Quam vero ob rem Svecana in Pharmacopœa, de quo hucusque gloriata fuit, obtinuerit locum, difficile erit dictu, quum quotquot veterum & recentiorum nobis fuit copia conſulendi Auctorum, ejus ne nomen quidem loquuntur. Ejus itaque exulatio nulla eget defenſione.

REFORMANDÆ PHARMACOPOEÆ SVECICÆ

SPECIMEN DECIMUM

QUOD

VENIA EXP. FAC. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,

MED. DOCT. PROF. MED ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT CURIOS. REG. SCIENT. LOND HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. MOSCOU. ET HALENS. HIST. NAT. GORENKENS. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. JENENS. LINN LONDIN. REG SCIENT. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. WETTERAW. NANCIENS. MED. PARIS EMUL. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT. NATION. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU MEDICO

LIBRARY

PUBLICÆ SUBMITTIT CENSURÆ

AUCTOR

SVENO KJELLBERG

STIP. REG. WERMELANDUS

IN AUDIT. BOTANICO D. IX JUN. MDCCCX.

HORIS CONSUETIS

UPSALIÆ TYPIS EDMANNIANIS

PERILLUSTRI ATQUE GENEROSISSIMO

LIBERO BARONI

JAC. ADOLPHO FLEETWOOD

MÆCENATI OPTIMO

justa et sincera pietate

sacrat

AUCTOR.

VIRO

IN ARTE MEDICA

EXPERIENTISSIMO

ERICO HÖGBERG

FAUTORI ET AMICO

venerabundo et grato animo

dedicat

AUCTOR.

Vinum.

Baccarum Vitis viniferæ Succus, poſt fermentationem ſufficientem vinoſam et in doliis ſatis diu aſſervatus.

In Officinis præſto eſſe debet:

Vinum dulce, ut: *Malacenſe* et *Hiſpanicum album.*

Vinum auſterum, ut: *Rhenanum* et *Gallicum album et rubrum.*

Quod vina, quæ in uſum Pharmaceuticum adhibeantur, ſincera ſint et non adulterata, maximi eſt momenti. Aviditas lucri methodos multas edocuit, quibus vel color vini augeatur, vel ipſum fortius reddatur, vel denique ſapor illius corrigatur. Earum rerum, quæ hunc in finem adhibitæ ſunt, quædam lenes ſunt et nullum nobis afferunt detrimentum, aliæ e contrario valetudini noſtræ magis minusve nocent. Omnes enumerare modos, quibus vina adulterantur, et methodos hoc detegendi, in ampliorem, quam par eſt, nos induceret campum, et ſine dubio minus neceſſarium; Cum enim vinum aliquando ſuſpicias, heterogeneis eſſe commixtum, accuratum et certum illud detegendi modum invenies deſcriptum a W. H. G. Remer (Lehrb. d. polizei-gerichtlichen Chemie), F. L. Segnitz (Handb. d. pr. Arzneymittellehre) et pl.

Viola. *Flores recentes.*

Viola odorata. Linn. Sp. pl. ed. Wilden. I. 1163.

Planta Svecica, culta, perennis.

Flores intenſe cærulei odoriſque ſvaveolentis fere Iridis florentinæ, ſaporis ſubamari debilis, aquæ odorem impertiunt eamque colore cæruleo tingunt, haud vero ſpiritum vini:

Viola tricolor. *Herba.*

Viola tricolor. Linn. Sp. Pl. ed. Wilden. I. 1168.
Planta annua, arvis in noſtris inter frequentiſſimas.

Herba odoris expers, ſapore ſubacri et non nihil mucilaginoſi vel glutinoſi prodente; caule triquetro, diffuſo, foliis oblongis inciſis, ſtipulis pinnatifidis; floribus calyce glabro majoribus.

Vitis idæa. *Baccæ.*

Vaccinium Vitis idæa. Linn. Sp. Pl. ed. Wild. II. 354.
Fruticulus ſempervirens, creſcens in Sylvis ſterilioribus Succiæ pluriumque Regionum.

Baccæ rubræ, ſubgloboſæ, glabræ umbilico quadrifido. Succo grate acido ut aliæ congeneres ſpecies ſcatent, intra Parenchyma molle, quod epidermide ſubauſtero obvolvitur. Ope aquæ fontanæ in vaſe vitreo bene clauſo baccæ loco frigido ſervantur.

Vitriolum Album l. Zinci.

Sulphas Zinci.

Sal eſt metallicum, quod in Goſslar ex Minera Zincum tenente per toſtionem et elixivationem paratur. Ad nos vero translatum, non forma cryſtalli, ſed Metæ Sacchari gaudet, poſt peractam autem ſolutionem et evaporationem, in quadrangulo-priſmatica et compreſſa abit cryſtalla, verticibus quadrangulis prædita. Saporis eſt auſteri et adſtringentis, et, teſte Bergman, Oxydi Zinci 0,20 Acidi Sulphuris 0,40 et Aquæ 0,40 partes tenent. Solvitur in tribus aquæ temperatæ partibus, fervidæ autem longe minoris ad ſolutionem indiget. Per aquam ſuam cryſtalliſationis in calore deliqueſcit, et aëre acce-

accedente aliquantum aquæ iſtius amittit et ſuperficie pulverulenta obtegitur. Ferro, Cupro vel Plumbo inquinatum ſæpe obvenit, ab illis autem hoc modo depuratur: Quod vitriolum ſolutum, vel in vaſe Zinci, cum continua aquæ evaporantis compenſatione, vel in vaſe vitreo aut fictili, addita limatura Zinci, per horam coquatur; denique hæc ab heterogeneis metallis purificata ſolutio percolatur, evaporatur et in cryſtalla redigitur.

Vitriolum Cæruleum l. Cupri.

Sulphas Cupri,

Sal hocce Metallicum magnis in cryſtallis Rhomboidalibus elongatis obvenit, quæ colore ſplendide cæruleo gaudent. Auſterum, acidulum, adſtringentem et nauſeoſum ſaporem habent. Aëre accedente aquam ſuam cryſtalliſationis perdunt, et in pulverem virentem fatiſcunt. Ad ſolvendum aquæ temperatæ partium quatuor egent. In ſpiritu vini non ſolvuntur. Secundum Bergman Cupri Metallici 0,26, Acidi Sulphuris 0,46 et Aquæ 0,28 partes tenent. Vaſa in deſtillatoria immiſſa et æſtu maximo expoſita, aliquantum tantummodo acidi ſui relinquunt.

Vitriolum Viride l. Ferri.

Sulphas Ferri.

Forma Rhomboidalis et color læte viridis Sali huic eſt Metallico. Saporem Acidulum et peradſtringentem prodit. Fatiſcit facile, cum pelluciditatis, formæ et cohæſionis jactura, in Ochraceum, ſi igne liquatur, quo ſatis modico opus eſt, primo in album, ulteriori igne in flavum, extrema ignis vi, qua omnis fere aqua expellitur, per varias flavedinis et rubedinis tincturas in profundo rubrum transeunte. Solvitur in aquæ temperatæ

 par-

partes Sex. Cryſtalla recentia tenent Ferri 0,32, Acidi Sulphuris 0,16, Aquæ 0,52 partes ſecundum Bergman. Sæpisſime Cupro hoc vitriolum eſt contaminatum, neque multum difficultatis habet, illud corrigere; Si enim factæ per aquam tepidam Vitrioli ejusmodi ſolutioni limaturam ferri purisſimam largius immergas, ſecundum attractionis leges, quæ inter utrumque metallum et acidum obtinet, ſenſim delabetur inhærens hactenus Cuprum, ferro in ejus locum acidum ſubeunte, et liquor, a ſedimento diffuſus, coctione largietur vitriolum ferri purisſimum.

Uva Urſi. *Folia.*

Arbutus Uva Urſi Linn. Sp. Pl. ed. Wild. II. 618.

Fruticulus hic decumbens, ſempervirens in ſylvaticis, glareoſis et campis noſtris ſterilibus frequenter obvenit.

Folia obovata integerrima, ſubtus reticulata, (non punctata, ut folia Vaccinii Vitis idææ) ſaporis peradſtringentis, odoris nullius.

Zedoaria. *Radix.*

Kæmpferia rotunda. Linn. Sp. Pl. ed. Wild. I. 7.

Planta perennis, Indiæ orientalis et Zeylonæ.

Radix tortuoſa, crasſitie digiti, ponderoſa, extus cinerea, intus ſubfuſca, ſaporis aromatici fortioris amaricantis, odoris fragrantis ſubcamphorati.

Zincum.

Metallum ſplendoris albi ſublividi, texturæ granuloſæ, ſubtenax eſt, et inter fragilia Metalla et ductilia medium tenet. Gravitas ejus ſpecifica 6,862. Priusquam candeſcit funditur in calore 388° Celſ. et ſi in vaſis occluſis ad candeſcentiam cogatur, totum quantum ſubli-

ma-

matur; aëre autem accedente, incenditur, et cum flamma pernitida ardet, eoque in oxydum album leveque, ſub nomine Florum Zinci notum, commutatur. Simul cum Cupro liquefactum, colorem flavum illi impertit et in Aurichalcum abit. Omnibus in Acidis facile ſolvitur et naturam emeticam illis attribuit. An heterogeneis metallis inquinatum ſit Zincum exploretur, et ſimul depuretur hoc modo: Liquefiat in crucibulo, igne tam moderato, ut maneat fluidum. Agitando virga ferrea, injice per vices Sulphuris fruſtula. Si Sulphure formantur Scoriæ, Zincum impurum eſt, quod depuratur, Scorias removendo, et denuo Sulphur injiciendo, idque continue donec tandem comburatur Sulphur impoſitum, nullis omnino productis Scoriis; In ſtatu enim metallico cum Sulphure haud coit.

Zingiber Album. *Radix. Conditum radicis.*

Amomum Zingiber. Linn. Sp. Pl. ed. Wild. I. 6.

Planta perennis, in utriusque Indiis frequenter culta, in Bengala indigena.

Radix ramoſa, nodoſa, compreſſa, rugoſa, ponderoſa, extus cineraſcens, intus alba maculis luteſcentibus ſubreſinoſis, fracturæ ſubfibrilloſæ, ſaporis peracris ardentis, odoris grati aromatici.

Conditum e radicibus tenellis junioribus in India præparatur et inde nobis affertur.

OBSER-

OBSERVATIONES.

Vinum quamvis ut neceſſarium quoddam plurium præparationum pharmacevticarum hoc in Specimine nominavimus, generales tamen quædam obſervationes circa uſum et commodum ejus variis in morbis, heic locum forſan debitum occupare videntur. Quod Vinum inter efficaſisſima ſit remedia, Medici tam priſtini quam recentioris ævi conſentiunt. Priores tamen in eo peccarunt, quod Vinum non antea adhibuerint, quam cum vires ad infimum uſque gradum esſent demerſæ, adeo ut pulſus vix obſervaretur; et omnis organiſmus a disſolutione non procul abesſet. Morborum vero naturæ et cauſarum ſolidior cognitio, atque ratio qua Vinum in vivo organiſmo effectus ſuos ostendit, nos his erroribus non ſolum commonuit, verum etiam edocuit, magnam illius utilitatem in omnibus iis morbis, qui ex diminuta Reactione vel oriuntur vel ſint conſecuti. Tales ſunt: 1:o *Febres Aſthenicæ indolis.* Ut: α. Febres intermittentes. Quas abrumpendi, Kinkinæ Corticis aliorumque remediorum corroborantium vim nil magis, quam uſus vini vacuo tempore, auget. β. Febres ſic dictæ nervoſæ et putridæ gaſtricorum, bilioſorum, rheumaticorum, ſpaſmodicorum putridorumque Symptomatum. Eſt in his diligenter præcavendum, ne aliud Vinum eligatur, quam quod potioribus Symptomatibus conveniat; Quamobrem vina recentia auſtera, quum acor in primis adeſt viis, ſunt evitanda: Vina adſtringentia in ſiccitate et rigiditate partium ſolidarum non porrigenda: non Vinum Rhenanum in Rheumaticis nec Rubrum in doloribus Hæmorrhoidalibus e. ſ. p. Ceterum in his ut in aliis morbis, quali-

qualitas quantitasque vini ad characterem morbi et ægrotantis, dum valet, majorem minoremve uſum vini, accommodatur. γ. Febres exanthematicæ et inflammatoriæ, quando characterem obtinuerunt aſthenicum, ut Variolæ, Morbilli, Eryſipelas, Pneumonia cet. Eſt præterea maximi momenti in his caſibus, priusquam vinum porrigitur, naturam morbi disquirere. 2:o *Morbi Spaſmodici a debilitate et Nevroſes chronicæ*, ut Hypochondria, Hyſteria, Cardialgia, Vomitus habitualis, Diarrhoea, Dyſenteria cet. Illa vina nunc adhibeantur, qui multum tenent ſpirituoſi, ut vina dulcia. Ut præterea augeatur, quod ſæpe opus eſt, ſtimulans eorum vis, calefacienda et aromata illis addenda, ut cort. Cinnam., Cardamom. et cet. 3:o *Dyſpepſiæ ſpecies complures*. 4:o *Arthritis Atonica*, *Hydrops* et ejusmodi alii morbi chronici. 5:o *Excretiones chronicæ mucoſæ*, *Hæmorrhagiæ pasſivæ* et morbi ſimiles excretione juncti. 6:o *Morbi infantiles chronici*, ut Vermes, Status pituitoſus, Rhachitis, Schrophulæ cet. Aliquid vini generoſioris cum vitello ovi mixti, in morbis proxime allatis porrectum, fuit felicisſimi effectus. 7:o *Stadium Reconvaleſcentiæ*. Sub hoc inter omnia ſtimulantia et roborantia remedia agit vinum partes primas — Plurimis morbis quibus curandis operatur Chirurgia, aut cum aut ſine læſione externorum integumentorum occurrentibus, vinum extrinſecus applicatur. In Contuſionibus ſcilicet calida aromatum et vini Cataplaſmata. Sic in omnibus generibus Tumorum Frigidorum, Hydarthro, Meteorismo, Sphacelo, Fracturis et Luxationibus (obſervato ſimul juſto internorum uſu remediorum); In Oculorum inflammationibus Aſthenicis, Contuſionibus Capitis et Commotionibus Cerebri; In antea citatis morbis febrilibus cum affectionibus localibus, vexatæ parti applicatum, et denique in ipſa morte apparenti ſub Cataplaſmatum forma

ma et Clyſmatum —. His in caſibus, ad augendam vim vini ſtimulatoriam, præter aromata, Camphora, Opium, Spiritus vini aliaque fortiora ſtimulantia adduntur.

Violæ flores recentes in Syrupum tantummodo violarum conficiendum adhibentur. Sæpe adulteratur ſub penuria florum aliis vegetabilibus, colore cæruleo inſtructis, nominatim floribus Aquilegiæ, et odoris cauſa radice Ireos florentinæ. Syrupus ex violis paratus cæruleo-purpureus eſt, iſte vero ex Aquilegiæ floribus perfecte cæruleus.

Violæ tricoloris herbæ vis ineſt alvum ducendi, vomitus faciendi, ſudoremque eliciendi. Non ſine ſuccesſu in exanthematibus chronicis et præſertim in cruſta lactea infantum eſt adhibita. Vis herbæ benefica his in morbis ab ejus ſtimulo in inteſtinis, cum quibus, ut novimus, externum corporis integumentum quam intime gaudet conſenſu, ſine dubio originem ſuam ducit. Qua adhibita per ſex aut octo dies, exanthema et excretiones urinæ accreſcunt. Odorem characteriſticum, urinæ felinæ ſimilem, acquirit urina, et quamdiu hic odor, tamdiu idem continuatur remedium, illa tamen cum cautione, ut Diarrhoea et Emeſis evitentur. In Otorrhoea quoque infantum adhibetur. In Decocto præcipue ex herba recenti cum lacte parato datur, cum vero herba virens obtineri non poteſt, ſub forma extracti vel pulveris etiam porrigitur.

Viſci albi lignum antehac jamjam ut remedium inefficax, tam in Paralyſi et Epilepſia quam aliis in morbis, juſto eſt dijudicatum, ideoque heic eliminatum.

Vitis

Vitis idææ baccæ eximie refrigerant ſitimque ſedant, ideoque in febribus indicatæ. Saccharo absque aromatibus conditæ, vel Rob ex baccis paratum, potionibus vulgaribus in acutis Febribus non inepte admiſcentur.

Vitriolum zinci et ſequentia vitrioli genera inter ſimplicia esſe retinenda putavimus, eapropter partim, quod plerumque uſui externo præſcribantur, dum ea ſæpisſime omni ſine præeunte purificatione adhiberi posſunt. quæ vero, cum necesſaria æſtimetur, longe minori moleſtia efficitur, quam cum vitriola in Officinis parabuntur; partim ob longe differens pretium inter nuperrime dicta et quæ in Tabernis venduntur; denique etiam poteſt et debet eorum præparatio nihilominus inter compoſita deſcribi, ut hæcce, huic methodo congruenter parata, ſemper adhibeantur, cum uſui interno aliquando præſcribuntur — Inde a Paracelſo ut Emeticum notum eſt et adhibitum Vitriolum zinci, hoc tamen reſpectu nunc abjectum, quia tutiora hunc in uſum habemus remedia. In Febribus etjam ſic dictis Putridis atque in Rheumaticis, Arthriticis et Epilepticis morbis ut Antiſepticum, Diaphoreticum, Diureticum et Antiſpaſmodicum interne adhibitum eſt. Fuit vero majoris utilitatis in pertinacibus Febribus intermittentibus et Diarrhoeis gravioribus, in illis additum Cortici Peruviano, in his Rheo aliisque Stomachicis, ut per vim ſuam adſtringentem tonum Ventriculi augeat. Externe aqua ſolutum in inflammationibus oculorum adhibetur; in vulneribus et opacitate corneæ aliisque oculorum morbis gravi inflammatione non ſtipatis cum Adipe cujusdam generis forma Unguenti: in Aphthis cum Melle roſæ; in Scabie denique cum floribus Sulphuris opeque adipis Suillæ in Unguentum redactum, inter meliora remedia eſt annumerandum.

T Vitriolum

Vitriolum cupri eſt inter omnia vitriola maxime exedens, et ideo ad uſum internum minus aptum. Angliæ nihilominus Medici in Phthiſi tuberculoſa, ut per vim ſuam emeticam tubercula ſolvat, illud porrexerunt. In Epilepſia loco Cupri Ammoniaci eſt adhibitum. Ob vim ſuam Stypticam, ad profluvia ſanguinis reprimenda, fuit uſum, horum vero ineptisſimum esſe conſtat. Solutum e contrario in aqua et injectioni adhibitum in Gonorrhoeis inveteratis, præcipue Sexus ſequioris, curandis magnam præbet utilitatem.

Vitrioli ferri princeps virtus, quam ſapor jam indicat, eſt virtus adſtringens et ſanguinem coagulans. Præcipuus ideo uſus in Profluviis ſangvinis ſiſtendis. Eo autem fine tum interne tum extrinſecus partibus ſanguinem fundentibus ipſis adhibetur. Propinatur interne ſcilicet optime pulveris forma, Saccharo præcipue intertritum; Sunt qui ſolutum in aqua et Syrupo quodam edulcatum, aut pilularum formam præferunt. Mira primo præſtat, paucorum quamvis granorum pondere deglutitum in ſanguinis fluxibus, præſertim iis, qui a relaxatione vaſorum proficiſcuntur, in mictu cruento, et ſanguinis ex Utero ſecesſu, præſertim periculoſisſimo illo, qui partus violentos, Abortus, Molæ excretiones ſequitur. At in aliis etjam morbis a nimia partium relaxatione oriundis v. g. in Pollutionibus cum nocturnis tum diurnis, in Diabete, in Chloroſi et Rhachitide egregiam opem tulit. Principem denique hoc vitriolum interno uſu obtinet locum inter Vermifuga. Extrinſecus ad Sanguinem ex vulneribus profluentem ſiſtendum vitriolo hoc præſertim utuntur Chirurgi; Alii fruſta vitrioli vulneri admovent, Alii pulverem adſpergunt, Alii, et quidem rectius, quum uterque prior adhibendi modus du-

ram

ram cruſtam in vulnere relinquat, difficulter emolliendam, linrea ſoluto per aquam parcam vitriolo frequentius madefacta applicant: In Profluviis quoque ex interna cauſa natis, vitæ propinquum periculum intentantibus, magnam exſerit potentiam: Sunt qui ad ſanguinem ex ano profuſum prohibendum eo utuntur; Eodem vitriolo, ad Solis radios dilapſo (Pulvis Sympatheticus) cum aqua in nares immisſo periculoſum ex naribus profluvium feliciter cohibuit Cel. G. Hartmann, adhibito tamen ſimul interno ejusdem remedii uſu.

Ulmi cortex interior ob vim ſuam adſtringentem tam interne quam externe in Exanthematibus chronicis adhibitum; Qui tamen ut remedium adſtringens ob copiam mucilaginoſi, quod corticis parvam portionem principii adſtringentis involvit, minus eſt efficax; quam ob rem in Officinis noſtris hunc in uſum non diutius eſt ſervandus.

Uvæ Urſi folia principium tenent peradſtringens, et ob hanc qualitatem ad impediendas Metrorrhagias aliasque Hæmorrhagias, in Diarrhoeis, Dyſenteriis morbisque cutaneis ſub forma Decocti ſunt porrecta. Utilitatem eorum præcipuam experti ſumus in morbis Organorum Uropoïeticorum ut Diabete, Catarrho veſicæ urinariæ cet. Efficacia quoque fuerunt in Fluore Albo et Gonorrhoea benigna. In Decocto interdum hæcce folia ſed plerumque in Subſtantia dantur.

Zedoariæ radix medicamentum eſt efficax dum organa digeſtionis partibus ſuis fungi non posſunt, ut in Dyſpepſia, Colica flatulenta cet. In Hyſtericis affectionibus, in debilitate poſt Hæmorrhagias inſigniores, in Febribus intermittentibus et Nervoſis, in Morbis verminoſis etiam, non ſine commodo eſt porrecta. Principium tenet

tenet ſubacre cum Oleo æthereo, quapropter eam ut Tincturam vel in Subſtantia adhibemus.

Zincum per ſe commodum quoddam Medicinæ non præbet, ſed in præparatione Calcis et Vitrioli zinci illo tantummodo utimur.

Zingiber album et Zingiber commune e varietatibus ejusdem Specie deſumuntur, et ulterius in modo præparandi differunt. Zingiber commune recens rubicundum eſt, et debitam poſt purificationem, ope aquæ fervidæ inſtitutam, in fornacis calore vel ſolis incautius ſiccatur, unde nigreſcit. Zingiber econtrario Album decorticatum in Umbra cautius ſiccatur, et hanc ob cauſam in uſum medicum eſt alteri longe præponendum. Debilem et frigidum ventriculum ſtimulandi et calefaciendi præcellenti vi remedium hocce gaudet, ejusque inclareſcit commodum in omnibus iis morbis, qui hinc originem ſuam ducunt, vel his cum moleſtiis ſunt conjuncti, e. g. Dyſpepſia, Colica flatulenta et cet. compl. Contra Pertusſim quoque eſt laudatum. Una cum aliis remediis vel in Tinctura vel in Subſtantia ſæpisſime porrigitur. In pulverem redactum, et humectatum Spiritu frumenti paulum incenſo et poſtea exſtincto, ut valde Rubefaciens, cum ſcilicet irritatio celer intenditur, extrinſecus agit. Aliquid reſinoſum et oleum æthereum ad nonageſimam ſextam ſui ponderis partem tenet.

Conditum Zingiberis tam per ſe quam aliis Stomachicis junctum, aptum eſt infantibus nec non delicatioribus, ventriculo debili laborantibus, et hoc in caſu, aliis aromaticis interdum præponendum.

115.

(No. 28)

REMEDIA EPISPASTICA,

QUÆ

CONSENSU EXPERIENT. FACULTAT. MED. UPSALIENS.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. JENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. NANCIENS. MED. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT. NATION. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU MEDICO

PUBLICÆ DEFERT CENSURÆ

Samuel Wallner

STIP. GUTHERMUTH.

UPLANDUS.

IN AUD. BOTANICO DIE II MAJI MDCCCIV

HOR. ANTE ET POST MERID. SOLIT.

UPSALIÆ,
TYPIS EDMANNIANIS.

REMEDIA EPISPASTICA.

§. I.

Remedia, quæ nervos cutis plus vel minus irritant, humores circulantes alliciunt & inflammationem vel deſtructionem localem excitare valent, pro diverſa agendi vi, protracta diutius applicatione & virtute ipſius remedii debiliori vel efficaciori, variis inſigniri ſolent nominibus, inque variis morborum generibus uſum haud contemnendum præſtare.

Leviſſimus quidem gradus irritationis reſpici ſolet Urticatio, ab urticæ quibusdam ſpeciebus vel ſimilibus excitanda, ſenſibilitatem nervorum absque omni fere cutis exulceratione augens.

Magis non nihil aucta hac irritatione eo usque, ut rubore, calore & dolore manifeſto evidenter ſit cutis inflammata, dici ſolent Rubefacientia.

Epispastica & Veſicantia gradu tantum differre videntur. Illa nimirum, quæ etiam *Sinapismi* nominari ſolent, a materiis, minus fortiter agentibus, in primis Seminibus Sinapios, Pipere vel Armoracia parata, perque longius protractum tempus, usque ad horas XXIV vel ultra applicata, cutem quidem acriter & diu corrodendo, non modo majorem excitant inflammationem, ſed etiam veſiculas, lympha refertas, minores tamen & plu-

rimas elevant; dum Hæc per VI vel ad ſummum XII horarum ſpatium impoſita, veſiculam unicam vel plures majores lymphæ copioſæ & calidæ plenas causſare debent.

Si vero Acrimonia remedii adhuc fuerit fortior vel per protractas horas admota rodere perrexerit; ſubſtantia cutis omnino deſtruitur, ulcus excitatur profundius, & Causticorum ſub nomine veniunt illa, quæ violenter adeo agunt remedia, interdum in uſum externum cum fructu vocata.

§. II.

Acria ejusmodi præbent tria regna naturæ; Minerale ſcilicet *Acida* concentrata, *Alcalia* cauſtica, Alumen uſtum, præparata varia metallorum, ut oxydum Hydrargyri rubr. (*Hydrargyrus* corroſivus ruber), Liquor Stibii muriatici (*cauſticum* Antimoniale) Nitras Argenti fuſus (*Cauſticum* lunare) cetera; Animale Inſecta coleoptera varia, præ aliis vero *Lyttæ*, *Mylabridis* & *Meloës* generibus; Vegetabile omnes *Lacteſcentes*, *Cruciatas*, *Piperitas*, *Polyandriſtas* & ſexcentas alias, e quibus pro vario ſuo ſcopo, quæ maxime conducunt, eligere valet doctus & prudens Therapeuticus.

Leviſſimum horum remedium præbet Cortex *Mezerei*, Succus *Chelidonii* & *Alkali* volatile cauſticum. Sinapismos *Euphorbiæ* lac reſinoſum: *Ranunculi* herbæ, nec non *Polygoni* perſicariæ & hydropiperis: Semina *Sinapeos nigri* in primis & *Piperis:* Radix *Armoraciæ*. Veſicatoria *Mylabris* & *Meloë*. Cauſtica Liquor Stibii muriatici, Nitras argenti fuſus, & Kali cauſticum.

§. III.

§. III.

Acrimonia ſua irritando & continuo rodendo nervos atque fibras muſculares, ſenſum doloris excitant cum inſequenti inflammatione, affluxu humorum, elevatione cuticulæ & ejus tandem exulceratione.

Agunt itaque Epiſpaſtica partim ſtimulo ſuo, partim exinanitione ipſa, ſangvinis curſum & diſtributionem aliquantum mutant, nimirum qui ab aliis partibus, præſertim vicinis, avertitur, & ad illam, unde exinanitio fit, vel cui hæc applicantur, copioſius derivatur, quare & *Revellentia* dicta fuerunt. Hoc modo nimiam & abnormem arteriarum partis cujusdam actionem temperant & cohibent, & ſpasmum ſolvunt, non modo arteriarum, ſed & aliarum partium. Epiſpaſtica remedia rite & tempeſtive adhibita, non modo cutem & partes proxime ab illa tectæ, ſed etiam partes & viſcera, quæ in intimis corporis cavis conduntur inſigniter afficere, diverſisque morbis laborantibus variis modis auxilium præbere, experientia ſatis demonſtrat.

Cortex *Mezerei* plerumque brachio ſupra inſertionem Muſculi Deltoidis imponi ſolet, ut per plures dies, quin & ſeptimanas, faſcia circulari munitus, leniter æque ac diutisſime cutem ſtimulo ſuo vellicando, nervorum ſenſibilitatem excitet, adaugeat atque e partibus affectis morbi cujusdam fomitem huc alliciat.

Chelidonii ſuccus flavus recens, ad tollendas pelliculas corneæ & detergendam cutem faciei non numquam adhibetur. *Ranunculi* herba, uti & Polygoni & nonnullæ aliæ herbæ corrodentes, recentes adhiberi debent, partibus corporis variis externe admotæ, donec effectum, qui requiritur, debite præſtiterint.

Pro Sinapismis ordinariis, ſæpisſime in uſum vocantur, Semina Sinapeos contuſa, radicis Armoraciæ raſura & fructus Piperis nigri, cum adjecto aceto vini, ut debita exinde fiat paſta, quæ ut plurimum extremitatibus brachiis, ſuris & plantis pedum, vel ſolitaria vel multiplicata, per plures horas vel ultra Nycthemeron irritationem excitatura applicari ſolet.

Veſicatoria, adhuc fortius agentia, e contuſis *Inſecti* coleopteri alis vel toto corpore in pulverem redacto cum Emplaſtro, præ aliis Meliloti parantur, aceto irrigata firmantur in nucha, extremis artubus vel variis aliis partibus, per VI vel XII horas, raro diutius, magnitudine inæquali, rarius tamen volæ manus latitudinem, excedente.

Ne vero Stranguriam, quod interdum evenire ſolet, excitent Cantharides, camphora Emplaſtrum, pelliculæ cuidam ſuperinductum adſpergi debet, vel juſculum quoddam mucilaginoſum præſcribi. Poſtca epidermis in veſicam elevata forfice aperienda & ulcus vel Emplaſtro vel unguento aut diutius apertum ſervandum, aut ſanandum erit, prout morbi requirat genius.

§. IV.

Uſus horum remediorum maxime externus eſt, imprimis Cantharides non ſine ſumma prudentia interne propinari debent, ſi acria illa, quorum copia inſigni abundat Claſsis Tetradynamiæ vel ordo ſic dictus plantarum naturalis Cruciatarum, exceperis. Hæc enim, ut optima *Incidentia*, *Diuretica* & *Antiſcorbutica* innocue, etiam Diætetico reſpectu absque metu inflammationis interne adhiberi posſunt.

§. V.

§. V.

Variis licet in Morborum affectibus commendata fuerint Epispaſtica remedia, uſus tamen eorum, in ſequentibus in primis efficax fuit inventus & ſæpius obvenire ſolet.

1:o In Morbis Inflammatoriis, febre comitatis, ut Peripneumonia, Pleuritide, Phrenitide, Angina, aliisque. Externe, e regione partis dolentis impoſita effectu celeriori ac fortiori excellunt & hoc reſpectu omnia reſolventia, alias non ſpernanda, longe antecellunt.

2:o In Doloribus variis doloris ſenſum intenſum vel omnino tollere, vel ſaltem mitigare valent. In Iſchiade, Rheumatismo, Colica, Odontalgia, cet. vel proxime vel in ipſo loco dolenti vim ſuam exſerentia ſaltem levaminis multum adferre ſolent, ſi morbus chronicus & inveteratus curam non admiſerit radicalem. In affectibus Arthriticis, maxime in Podagra, ſi vaga fuerit vel extremitates deſerens interioribus & nobilioribus viſceribus comminatur, maxime utilia cenſentur Epiſpaſtica, materiam erroneam irritando & revellendo, ad extrema iterum revocantia, ibique quantum fieri poteſt retinentia.

3:o In Debilitate & dum vires vitæ vel ſuffocatæ vel proſtratæ deprehendantur. In febribus malignis, dum pulſus debilis, licet celerrimus, æger vel delirat vel delirio, cito ingruente minatur, non unum vel duo, ſed interdum plura Epiſpaſtica, ſuris vel aliis partibus imponenda, & quandoque iteranda parari debent, donec pulſus febrilis debite elevetur ac mali moris ſymptomata evaneſcant omnino. Si vero debilitas illa cum putredine ſit conjuncta, ſive cum nimia mobilitate, tremori-

bus

bus & tendinum ſubſultibus Epiſpaſtica plane non adhiberi debent.

4:o In Morbis ſoporoſis, in primis in Lethargo & Apoplexia, nec non Paralyſi, ubi non motus modo, ſed etiam ſenſus, vel omnino, vel paululum cesſavit, ut irritatione, potisſimum leviori & diutius protracta æque ſenſatio nervorum ac effectus eorum in muſculos motorios iterum excitetur.

§. VI.

Pro cujusvis horum acrium vi inſita magis vel minus vehementer corpora irritandi organica ac viva, in morbis tam acutis, quam chronicis uſurpari posſunt & debent, adhibita tamen prudentia, ne partis vim vitalem, cujus exoptata reactio excitanda, deſtruant.

DISSERTATIO (No:29)

DE

PHYLICA,

QUAM

VENIA EXP. FAC. MEDICÆ UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. NANCIENS. MED. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT. NATION. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PROPONIT

ANDR. JOHAN. CARLSTÉN.

ROSLAGUS.

IN AUDIT. BOTAN. D. V DEC. MDCCCIV.

H. A. P. S.

UPSALIÆ,
TYPIS EDMANNIANIS.

DE

PHYLICA.

§. 1.

Explicato et deſcripto Genere Plantæ, cui BRUNIÆ Nomen dederunt Botanici, PHYLICAM, valde conſimilem, itidem examinandam et pro virium modulo deſcribendam, in me ſuſcipere volui, ſperans, operam hancce non omnino Botanophilis fore inutilem vel ſupervacaneam.

Qua habitum et faciem externam PHYLICA primo intuitu diſcernitur a BRUNIIS foliis ſuis magis explanatis adeoque latioribus, imprimis vero inſigni hirſutie tam foliorum, quam florum.

Ad ſpecies diutius notas referri posſunt, *ericoides*, *capitata*, *ſtrigoſa*, *eriophoros*, *plumoſa*, *imberbis*, *ſtipularis*, *pinifolia*, *buxifolia*, *racemoſa* et *parviflora*. A Celeberrimo Præſide detectæ fuerunt *lanceolata*, *villoſa*, *ſpicata*, *calloſa*, *paniculatu*, *imbricata*. *Dioica* et *cordata* obſcuræ ſunt.

Hiſce in Speciebus Plantarum a Cel. WILDENOVIO editis accedunt novæ ſpecies, primum a nobis heic deſcriptæ, *roſmarinifolia*, *glabrata*, *hirſuta*, *ſecunda*, *trichotoma*, *pinea* et *globoſa*.

§. 2.

CARACTER GENERICUS ſequens eſto:

CAL. *Perianthium* 1-phyllum, tubuloſum, quinquefidum, extus hirſutum: laciniæ ovatæ, acutæ, intus glabræ.

COROLLA nulla, ſed ſquamulæ 5, inter lacinias inſertæ, minimæ.

A STAM.

STAM. *Filamenta* 5, brevisſima, ſub ſquamula, inſerta inclusa.

Antheræ ovatæ.

PIST. *Germen* ſuperum.

Stylus ſimplex.

PER. *Capſula* ſubgloboſa, tricocca, 3-locularis, 3-valvis, glabra.

Semina ſolitaria.

§. 3.

SPECIERUM DIVISIO.

1. *glabrata*: foliis lanceolatis glabris, capitulis ſolitariis terminalibus.
2. *ericoides*: foliis lanceolatis glabris, capitulis aggregatis faſtigiatis, ramis verticillatis.
3. *parviflora*: foliis lanceolatis ſcabris, capitulis aggregatis faſtigiatis, ramis divaricatis.
4. *lanceolata*: foliis linearibus ſubrecurvis glabris, capitulis aggregatis terminalibus.
5. *ſtrigoſa*: foliis linearibus ſcabris hirſutis, capitulis lanatis.
6. *eriophoros*: foliis lanceolatis glabris patulis, capitulis terminalibus.
7. *ſtipularis*: foliis lanceolatis ſtipulatis, capitulis terminalibus ſolitariis.
8. *imberbis*: foliis lanceolatis villoſis, capitulis terminalibus.
9. *trichotoma*: foliis trigonis glabris, capitulis terminalibus ſolitariis, caule trichotomo.
10. *ſecunda*: foliis linearibus mucronatis reflexis glabris, capitulis terminalibus.
11. *pinea*: foliis lanceolatis glabris, ſpicis terminalibus.

12. *villo-*

12. *villoſa*: foliis linearibus villoſis, floribus ſpicatis.
13. *hirſuta*: foliis lanceolatis acutis hirſutis, floribus ſpicatis.
14. *plumoſa*: foliis lineari-lanceolatis, ſpica oblonga, bracteis lanatis,
15. *capitata*: foliis lanceolatis, capitulo terminali, bracteis lanatis.
16. *pinifolia*: foliis linearibus ſubtrigonis glabris, ſpicis glabris folioſis.
17. *racemoſa*: foliis acutis patulis glabris, capitulis racemoſis glabris.
18. *imbricata*: foliis cordato-ovatis patulis glabris, capitulis racemoſis glabris.
19. *globoſa*: foliis trigonis ovatis obtuſis glabris, capitulis terminalibns ſolitariis.
20. *roſmarinifolia*: foliis ellipticis, floribus axillaribus.
21. *paniculata*: foliis ovatis mucronatis, floribus axillaribus.
22. *buxifolia*: foliis cordato-ovatis obtuſis, capitulis terminalibus ſolitariis.
23. *calloſa*: foliis cordato-ovatis mucronatis, capitulis terminalibus ſolitariis.
24. *ſpicata*: foliis cordatis oblongis acuminatis, ſpicis cylindricis.

§. 4.

DESCRIPTIO SPECIERUM.

P. GLABRATA. *Frutex* erectus, glaber, ramoſus.

Rami ſparſi, tenuisſime villoſi, erecti, virgati.

Folia ſparſa, brevisſime petiolata, lanceolata, acuta, ſupra glabra, ſcabrida, ſubtus tomentoſa, integra margine revoluto, erecta, ungvicularia.

Capitula terminalia, ſolitaria, hirſuta, piſo majora.

P. ERICOIDES. *Frutex* erectus, cinereo-fuſcus, tenuisſime ſubvilloſus, tripedalis et ultra.

Rami et *Ramuli* per intervalla umbellato-aggregati, ſubfaſtigiati, divaricati.

Folia ſparſa, in ramis et ramulis aggregata, breviter petiolata, lanceolata, obtuſiuſcula, glabra, ſupra plana, ſubtus ſulcata margine reflexo, erecta, lineam longa.

Capitula terminalia, albo tomentoſa, piſo minora.

P. PARVIFLORA. *Frutex* erectus, fuſcus, ſcaber, glaber, ſpitamæus usque pedalis et ultra.

Rami ſparſi, aggregati, virgati, ramuloſi.

Ramuli ſparſi, filiformes, pubeſcentes, ultimi brevisſimi.

Folia ſparſa, breviter petiolata, lanceolata, acutiuſcula, ſcabra, ſubpiloſa, ſubtus ſulcata margine reflexo, patentia, vix lineam longa.

Capitula in ultimis ramulis terminalia, minima, albo-tomentoſa.

P. LANCEOLATA. *Frutex* inferne decumbens, dein erectus, teres, glaber, apice ramoſus, ſpitamæus.

Rami breves, alterni, cauli ſimiles.

Folia ſparſa, ſesſilia, lineari-lanceolata, ſupra convexa, viridia, glabra, ſubtus albo-tomentoſa marginibus revolutis, erecto-patentia, vel reflexa, pollicaria.

Petioli brevisſimi, adpresſi, pallidi.

Capitula terminalia, aggregata, magnitudine piſi.

P. STRIGOSA. *Frutex* erectus, fuſcus, nodoſo-ſcaber, inconſpicue pubeſcens, bipedalis et ultra.

Rami et *Ramuli* per intervalla ſubumbellati, erecti, faſtigiati, hirſuti.

pra

Folia linearia ſeu lineari-lanceolata, obtuſiuſcula, margine revoluta, ſubtus albo-tomentoſa, inferiora ſupra ſcabra, ſuperiora hirſuta pilis cinereis, erecto-patentia, brevisſime petiolata, ungvicularia.

Capitula in ramulis terminalia, cinereo-albida, valde hirſuta ſeu lanata, magnitudine piſi majoris.

P. ERIOPHOROS. *Frutex* flexuoſo-erectus, cinereo-fuſcus.

Rami ſparſi, flexuoſi, cauli ſimiles.

Ramuli ſparſi et ſubverticillati, faſtigiati, pubeſcentes.

Folia ſparſa, brevisſime petiolata, lanceolata, acuta, ſcabriuſcula; ſupra ſulcata, viridia; ſubtus tomentoſa marginibus revolutis; patula, ungvicularia.

Capitula terminalia, magnitudine vix piſi.

1. STIPULARIS. *Frutex* erectus, cinereus, nodoſo-ſcaber, bipedalis et ultra.

Rami ſparſi et oppoſiti, teretes, erecto-patentes, albo-tomentoſi:

Ramuli ſimiles.

Folia ſparſa, brevisſime petiolata, linearia, acutiuſcula, ſupra conxexa, ſubtus tomentoſa marginibus revolutis, patentia, ungvicularia.

Petioli adpresſi, tomentoſi.

Capitula terminalia, ſæpe terna, piſo majora.

P. IMBERBIS. *Frutex* erectus.

Rami et *Ramuli* ſubumbellati, pubeſcentes.

Folia ſparſa, ſubſesſilia, lanceolata, obtuſiuſcula, margine revoluta, pubeſcentia, imbricato-erecta, ungvicularia.

Capitula terminalia in ultimis ramulis, magnitudine piſi.

P. TRICHOTOMA. *Frutex* erectus, trichotomus, hirtus, tripedalis et ultra.

Rami trichotomi, iterum trichotome ramuloſi, erecto-patuli, hirti.

Folia

Folia ſparſa, breviter petiolata, trigona, obtuſa, integra, glabra, patulo imbricata, lineam longa.

Capitula terminalia, ſolitaria, hirſuta, magnitudine piſi.

P. SECUNDA. *Frutex* baſi decumbens, ſub-erectus, debilis, teres, fuſcus, glaber ramoſus, ſpithamæus.

Rami verticillato-terni vel alterni, cauli ſimiles.

Ramuli breves, ſubfaſtigiati.

Folia ſparſa, breviter petiolata, linearia, mucronata; ſupra convexa, viridia, glabra; ſubtus albo-tomentoſa marginibus revolutis; patentia, ſemipollicaria.

Capitula terminalia, magnitudine piſi.

Diverſa ab *P. Eriophoro*, cui valde ſimilis, foliis inferne attenuatis, mucronatis et magis planis.

P. PINEA. *Frutex* flexuoſo-erectus.

Rami et *Ramuli* ſparſi, tomentoſi.

Folia ſparſa, breviſſime petiolata, lanceolata, mucronata, ſupra viridia, glabra; ſubtus albo-tomentoſa marginibus revolutis, ungvicularia ſuperioribus ſenſim minoribus.

Flores terminales, ſpicati.

P. VILLOSA. *Frutex* erectus, noduloſus, fuſco-cinereus, bipedalis et ultra.

Rami et *Ramuli* ſubumbellati, faſtigiati, erecto-patentes, ſupremi tenuiſſime pubeſcentes.

Folia ſparſa, petiolata, linearia, acuta, margine revoluto ſubtus ſulcata; inferiora glabra, ſcabriuſcula; ſuperiora villoſa; patentia, ungvicularia.

Petioli tomentoſi.

Flores in ultimis ramulis ſpicati.

Spicæ ſubcylindricæ.

P. HIRSUTA. *Frutex* totus pilis mollibus longis hirſutis, teres, rufeſcens, erectus, ramoſus, tripedalis.

Rami ſparſi, valde hirſuti, virgati, parum ramuloſi.

Folia

Folia alterna, brevisſime petiolata, lanceolata, inermi-acuminata; ſupra convexiuſcula, viridia; ſubtus tomentoſa margine revoluto; erecto-patentia, ungvicularia.

Flores ſpicati: ſpicis folioſis, terminalibus, digitalibus.

P. PLUMOSA. *Frutex* erectiuſculus, baſi decumbens, cinereo-fuſcus, pedalis et ultra.

Rami et *Ramuli* alterni, pauci, remoti, flexuoſo-erecti.

Folia ſparſa, approximata, breviter petiolata, lineari-lanceolata, acuta; ſupra obſolete ſulcata, viridia, ſubpubeſcentia: ſubtus albo tomentoſa marginibus revolutis, ſubſecunda, patentia, ungvicularia vel paulo longiora.

Flores in ramulis terminales, ſpicati, bracteis cincti.

Spicæ oblongæ.

Bracteæ ſeu folia ſuprema lineari-lanceolata, lanata, villo cinereo-albo, floribus multo longiores, patentes, ungviculares.

P. CAPITATA. *Frutex* flexuoſo erectus, ſubſimplex vel ramoſus, pedalis et ultra, rufeſcens, infra pubeſcens, ſupra hirſutus.

Rami alterni, pauci, breves, ſimiles.

Folia ſubſeſſilia, lanceolata, acuta, villoſa, imbricata, apice patula, ſubtus tomentoſa margine revoluto, ſeſqviungvicularia.

Capitula terminalia, globoſa, magnitudine caſtaneæ.

Bracteæ capitulum obvallantes, lanceolatæ, lanatæ, pollicares.

P. PINIFOLIA, *Frutex* erectus, cinereus, glaber.

Rami alterni, ſimiles, flexuoſo-erecti.

Ramuli alterni, ſupremi filiformes et aggregati, erecto-patuli, folioſi, tenuisſime villoſi.

Folia ſparſa, ſeſſilia linea decurrente, trigona, obtuſa apice nigro, integra, glabra; ſupra plana, leviter

ter

ter ſulcata; ſubtus obſolete carinata; patula et reflexa, ungvicularia.

Flores in ramulis ſpicati, ſpicis terminalibus aggregatis.

P. RACEMOSA. *Frutex* erectus, fuſco-cinereus, totus glaber, bipedalis et ultra.

Rami ſparſi, ſimiles.

Ramuli filiformes, ſparſi, aggregati, ultimi ſenſim breviores, erecto-patentes, virgati.

Folia omnium brevisſime petiolata, ovata, obtuſa, plana, integra, glabra, lævia, imbricato erecta, ſuprema minora, lineam longa.

Flores in ultimis ramulis paniculatis racemoſi, albi, glabri.

P. IMBRICATA. *Frutex* erectus, fuſco ferrugineus, hirtus, pedalis et ultra.

Rami et *Ramuli* filiformes, aggregato ſubverticillati, hirti, erecto-patuli, virgati.

Folia ſparſa, brevisſime petiolata, cordato-ovata, ſubacuminata, glabra, rarius ſubciliata, imbricata, lineam longa.

Flores in ultimis ramis paniculatis racemoſi, albidi, glabri.

P. GLOBOSA. *Frutex* erectus, ramoſus.

Rami alterni, pauci, ſimplices, villoſi.

Folia ſparſa, breviter petiolata, ovata, integra, ſupra concava, ſubtus carinata, glabra, imbricata, lineam longa.

Capitula terminalia, ſolitaria, magnitudine piſi.

P. ROSMARINIFOLIA. *Frutex* erectus, pubeſcens, ramoſus, bipedalis et ultra.

Rami ſparſi, ſimplices, filiformes, tomentoſi, virgati, breves.

Folia alterna, brevisſime petiolata, elliptica, acuta, integra,

tegra margine revoluto, ſupra glabra, ſubtus albo-tomentoſa, patentia, inæqualia, ungvicularia usque pollicaria.

Flores axillares, ſesſiles.

P. PANICULATA. *Frutex* baſi decumbens, dein erectus, ramoſus.

Rami flexuoſo erecti, laxi, interdum reflexi, ſupremi virgati.

Folia breviter petiolata, ovata, acuta, integra; ſupra glabra, viridia; ſubtus albo tomentoſa, reflexa, inæqualia, ungvicularia.

Flores in ultimis ramulis axillares inter folia.

P. BUXIFOLIA. *Frutex* erectus, cinereo fuſcus, bipedalis et ultra.

Rami et *Ramuli* ſparſi, ſæpe verticillati, erecto-patentes, ſubfaſtigiati, inferne villoſi, ſuperne tomentoſi.

Folia ſparſa, frequentia, petiolata, cordato-ovata, obtuſa; ſupra plana, muricata, pubeſcentia; ſubtus albo-tomentoſa margine revoluto; inferiora majora, ſuperiora ſenſim minora, ſubungvicularia.

Petioli foliis multo breviores, tomentoſi.

Capitula terminalia, nuce avellana majora.

P. CALLOSA. *Frutex* erectus, pedalis et ultra.

Rami ſparſi, flexuoſo erecti, pubeſcentes, virgati.

Folia ſubſesſilia, cordata, oblonga, acuta, ſupra ſcabra, fuſca, ſubtus albo-tomentoſa margine revoluto; patenti-reflexa, ungvicularia.

Capitula terminalia, magnitudine piſi.

P. SPICATA. *Frutex* ſimplex, apice ramoſus, erectus, cinereo-villoſus, pedalis vel paulo ultra.

Rami pauci, verſus ſummitates aggregati, ſubumbellati, ſubſimplices, purpuraſcentes, cinereo-pubeſcentes.

Folia ſparſa, breviter petiolata, ſagittato ovata, acuminata; ſupra viridia, tenuiſſime villoſo-ſcabra; ſubtus albo-tomentoſa; integra margine revoluto, imbricato-erecta, ungvicularia.

Spicæ terminales, cylindricæ, lanatæ, digitum craſſæ, pollicares.

SYNONYMA & LOCUS.

P. *ericoides*, *parviflora*, *eriophoros*, *ſtipularis*, *imberbis*, *plumoſa*, *capitata*, *pinifolia*, *racemoſa*, *paniculata*, *buxifolia*, *calloſa* et *ſpicata*. Spec. Plant, per Wildenow. T. 1, p. 1108—1113.

P. *ſtrigoſa* Prodr. Pl. Cap. p. 44.
Phylica bicolor. Sp. Pl. p. Wilden. T. 1. p. 1108.

P. *lanceolata*, *villoſa* et *imbricata* Prodr. Plant. Cap. p. 44. 45. Sp. pl. p. Wildenow. T. 1. p. 1108—1112.

ſpicata Spec. Plant. p. Wildenow. T. 1. p. 1111.

Creſcunt in campis ſabuloſis extra urbem inque collibus circum jacentibus, infra Taffelberg, Conſtantiam, Leuweberg, Duyvelsberg alibique, *ericoides*, *parviflora*, *lanceolata*, *ſtipularis*, *ſecunda*, *plumoſa* et *buxifolia*; in Piketberg *villoſa*; in Paardeberg *ſpicata*; in Roodeſand, in ſummis montibus, juxta rivulos et alibi *racemoſa*, *pinifolia* aliæque ſpecies.

FLORENDI TEMPUS plerarumque incidit circa ver poſt pluvias, continuata floreſcentia uſque in hiemem; ſic florere ſolet Septembri, Octobri, Novembri *pinifolia*, *racemoſa*, et omnes, quæ loca amant elevatoria montoſa; Majo, Junio, Julio, Auguſto *ericoides*, *ſtipularis*, *ſecunda*, *villoſa*, *plumoſa*, *buxifolia*.

USUS Phylicarum fruteſcentium idem eſt, ac plurimorum aliorum fruticum, qui campos et montes ſterilioris Africæ tegunt, ſcilicet quandoque pro foco colliguntur et præterea animalibus minoribus refugia præbent.

(No. 30)

DISSERTATIO
DE
BRUNIA,

QUAM

VENIA EXP. FAC. MEDICÆ UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LOND. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPS. PHILAD. PATR. HOLM. ET CIV. OECON. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS. HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. NANCIENS. MED. MONSPEL. MED. MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT. NATION. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PROPONIT

JOHAN. ERIC. NYBLÆUS.

ROSLAGUS.

IN AUDIT. BOTAN. D. V DEC. MDCCCIV.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,
TYPIS EDMANNIANIS.

DE

BRUNIA.

§. 1.

Affinia valde ſunt Genera, BRUNIA, STAVIA et PHYLICA, ſive faciem ſpectaveris externam, ſive partes fructificationis. Omnia enim fruteſcentia, foliis aceroſis, et floribus parvis inſtructa in ultimo angulo Africes Auſtralis creſcunt. Omnia promiſcue campos arenoſos, deſerta vel colles aridos exornant, atque non raro omnino obtegunt.

Ex hisce STAVIA, quæ ad BRUNIAS proprius accedit, optime differt et diſtinguitur *Germine infero*. BRUNIA vero et PHYLICA corollæ et calycis ſtructura dignoſcuntur, *illa* petalis quinque calyceque minutisſimo pentaphyllo; *hæc* calyce monophyllo, tubuloſo, quinquefido, extus hirſuto: corolla vix ulla, niſi ſquamulis minutisſimis.

Ob nimiam igitur ſimilitudinem ſæpe inter ſe confuſa fuerunt hæc ipſa Genera, imprimis cum rarius contingat fructus eorum detegere, ſic ut quædam ſpecies, jam ad hoc, jam ad aliud relatæ fuerint genus.

Ut itaque certior evaderet horum cognatorum trium generum cognitio, ſpecies BRUNIÆ, quotquot huc usque Botanicis rite innotuerunt, accuratius ſub examen revocatas volui, Tuoque B. L. mitiori cenſuræ ſubjectas.

§. 2.

Ex octo BRUNIÆ ſpeciebus, quas recenſent Species Plantarum a Cel. WILDENOWIO editæ, tres ignotæ

nobis ſunt et obſcuræ, ſcilicet *ſuperba*, *fragarioides* et *ciliata*; duæ a Celeb. Præſide detectæ, nimirum *paleacea* et *verticillata*; tres a multis retro annis in Europam allatæ, *nodiflora*, *lanuginoſa* et *abrotanoides*.

Hiſce adnumerari debent quinque ſpecies, a Celeb. Præſide in Prodromo Plant Capenſ. memoratæ, *lævis*, *deuſta*, *microphylla*, *laxa* et *alopecuroides*; nec non quinque novæ ſpecies, quæ huc usque Botanicis non innotuerunt, *comoſa*, *capitata*, *phylicoides*, *globoſa* et *ſquarroſa*, ſic ut bene cognitæ ſpecies jam quindecim numerari poſſint.

§. 3.
CHARACTER GENERICUS.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, foliolis oblongis, minutis.
COROLLA 5 petala: *Petala* ovata, patentia, glabra.
STAM. Filamenta quinque, capillaria, compreſſa, corolla longiora.
PIST. *Germen* ſuperum.
Stylus ſimplex, bifidus.
Stigmata duo.
RECEPTACULUM piloſum, villo albo.
Fructus ignotus.

§. 4.
DIVISIO SPECIERUM.

1. *lævis*: foliis ſemiteretibus incurvis tomentoſis, capitulis terminalibus hirſutis.
2. *nodiflora*: foliis trigonis incurvis acutis glabris, capitulis in ramis lateralibus terminalibus hirſutis.
3. *globoſa*: foliis trigonis incurvis acutis villoſis, capitulis terminalibus glabris.

4. *deu-*

4. *deuſta:* foliis trigonis patulis uſtulatis glabris, capitulis terminalibus faſtigiatis glabris.
5. *lanuginoſa:* foliis trigonis patulis uſtulatis glabris ſulcatis, capitulis faſtigiatis glabris.
6. *comoſa:* foliis trigonis patulis obtuſis glabris, capitulis comoſis glabris.
7. *capitella:* foliis trigonis patentibus obtuſis glabris, capitulis comoſis hirſutis.
8. *verticillata:* foliis trigonis imbricatis obtuſis capitulisque glabris, ramis verticillatis proliferis.
9. *ſquarroſa:* foliis trigonis reflexis acutis glabris, capitulis faſtigiatis hirſutis.
10. *alopecuroides:* foliis trigonis incurvis acutis glabris, capitulis racemoſis glabris.
11. *laxa:* foliis trigonis imbricatis obtuſis glabris, ſpicis ſubſecundis glabris.
12. *paleacea:* foliis trigonis incurvis uſtulatis ſubvilloſis, capitulis terminalibus, bracteis coloratis.
13. *abrotanoides:* foliis lanceolatis reflexis glabris, capitulis faſtigiatis glabris.
14. *microphylla:* foliis ovato-trigonis carnoſis imbricatis glabris, capitulis terminalibus ſubfaſtigiatis hirſutis.
15. *phylicoides:* foliis ovatis imbricatis carnoſis glabris, capitulis ſubfaſtigiatis hirſutis.

§. 5.

DESCRIPTIO SPECIERUM.

B. LÆVIS. *Frutex* erectus, ramuloſus: ramulis ſubternatis brevibus.

Folia ſparſa, ſeſſilia, linearia, obtuſa, integra, convexa, incurvata, imbricata, lævia, ſubtomentoſa, vix lineam longa.

Capitulum terminale, tomentoſum, nuce avellana majus.

B. NODIFLORA. Frutex erectus, ramoſus, fere orgyalis.

Rami cinereo fuſci, glabri, teretes, remote folioſi, ramuloſi.

Ramuli ſparſi vel ſubverticillati, foliis tecti, patenti-erecti.

Folia ſeſſilia, quinquefariam imbricata, trigona, acutiuſcula, integra, glabra, incurva, internodiis longiora, baſi latiora, vix lineam longa.

Florum capitulum in ramulis terminale, globoſum, hirſutum, magnitudine nucis avellanæ.

B. GLOBOSA. Frutex erectus, ramuloſus.

Rami filiformes, erecti, foliis tecti.

Folia quinquefariam ſubverticillata, trigona, acuta, incurva, imbricata, villoſa, vix lineam longa.

Capitulum terminale, glabrum, nuce fere majus.

B. DEUSTA. *Frutex* erectus, cinereo-fuſcus, glaber, ſuperne ramoſus, pedalis et ultra.

Rami ſparſi, approximati, filiformes, erecti, parum ramuloſi, ſubfaſtigiati.

Folia ſparſa, breviſſime petiolata, trigona, obtuſa, apice uſtulata, glabra, imbricato-patula, vix ſemilineam longa.

Capitula terminalia, glabra, magnitudine piſi.

B. LANUGINOSA. *Frutex* erectus, totus glaber, tripedalis et ultra, ramuloſus.

Rami teretes, cinerei, ſcabri, flexuoſi.

Ramuli ſparſi, approximati, virgati, ſupremi faſtigiati, laxi, foliis tecti.

Folia ſeſſilia, vix petiolata, trigona, apice fuſco-calloſo obtuſa, ſupra uniſulcata, ſubtus biſulca, glabra, imbricata, apice patula, lineam longa.

Capi-

Capitula in ſupremis ramulis terminalia, globoſa, magnitudine piſi.

B. COMOSA. *Frutex* teres, totus excepto flore glaber, a caſu foliorum noduloſus, erectus, ramuloſus, tripedalis et ultra.

Rami et *Ramuli* verticillati, quaterni et terni, cauli ſimiles, faſtigiati.

Folia ſparſa, breviſſime petiolata, trigona, obtuſa apice uſtulato, integra, patentia, lineam longa.

Petioli folio quadruplo breviores, adpreſſi, pallidi.

Capitula in ramulis terminalia, ſolitaria, comoſa, hirſuta, magnitudine piſi.

B. CAPITELLA. *Frutex* erectus, glaber, ſcaber, racemoſus, tripedalis et ultra.

Rami et *Ramuli* verticillati, tres vel quattuor, filiformes, ſcabri, faſtigiati, erecti.

Ramuli ultimi tomentoſi.

Folia ſparſa et ſubverticillata, trigona, uſtulata, glabra, patentia, lineam longa.

Capitula in ramulis terminalia et axillaria, hirſuta, magnitudine piſi.

B. VERTICILLATA. *Frutex* erectus, glaber, tripedalis et ultra.

Rami et *Ramuli* verticillati, proliferi, erecti, faſtigiati, foliis imprimis ſuperne tecti.

Folia ſparſa, breviſſime petiolata, trigona, imbricata, obtuſa apice uſtulato, integra, vix lineam longa.

Petioli flaveſcentes, adpreſſi, foliis duplo breviores.

Capitula in ramulis terminalia, truncata, piſo minora.

B. SQUARROSA. *Frutex* erectus, glaber.

Rami rufeſcentes, interne glabri, ſuperne tomentoſi, flexuoſo-erecti, laxi, ſimplices.

Folia breviſſime petiolata, ſubquaterna, lanceolata, acuta apice uſtulato, reflexa, glabra, unguicularia.

Ca-

Capitula terminalia, aggregata, hirſuta, piſo minora.

B. ALOPECUROIDES. *Frutex* erectus, glaber, ramoſus, pedalis.

Folia ſparſa, trigona, acuta, glabra, incurva, imbricata, lineam longa.

Capitula globoſa, glabra, ſubracemoſa in ultimis ramulis, piſo duplo minora.

B. LAXA. *Frutex* erectus, glaber totus, ramuloſus, bipedalis et ultra.

Rami ſparſi, aggregati, filiformes, laxi, virgati, parum ramuloſi.

Folia ſparſa, trigona, obtuſa, frequentia, adpreſſa, imbricata, lineam longa.

Flores in ultimis ramulis ſubſpicati, glabri.

Corolla albida.

B. PALEACEA. *Frutex* erectus, glaber, bipedalis et ultra.

Rami et *Ramuli* ſparſi, erecti, foliis tecti.

Folia ſeſſilia, trigona, acuta, deuſta, parum incurva, quinquefariam imbricata, ſubvilloſa, lineæ longitudine.

Capitula terminalia, bracteis cincta, magnitudine piſi.

Bracteæ et Paleæ trigonæ, acutæ, deuſtæ, erectæ, capitulo longiores.

B. ABROTANOIDES. *Frutex* teres, ſtriatus, a cicatricibus foliorum ſcaber, glaber, ramoſus, ſpitamæus.

Rami ſparſi, faſtigiati, foliis tecti, inferne glabri, ſuperne piloſi, ſubſimplices.

Folia ſparſa, approximata, breviſſime petiolata, lanceolata, apice fuſca, recurva, ſubcarinata, integra, glabra, lineam longa.

Capitula in ramis terminalia, glabra, magnitudine piſi.

B. MICROPHYLLA. *Frutex* erectus, fuſcus, ramuloſus, pedalis.

Ra-

Rami alterni, divaricati, ſimiles cauli.

Ramuli plurimi aggregati, iterum ramuloſi, incurvi, ſubfaſtigiati, breviſſimi.

Folia ſeſſilia, ovata, trigona, glabra, lævia, carnoſa, imbricata, breviſſima.

Capitula in ramulis terminalia, villoſa, alba, piſo minora.

B. PHYLICOIDES. *Frutex* flexuoſo-erectus, totus foliis tectus, ramuloſus.

Rami et *Ramuli* breves, verticillati, villoſi.

Folia ſeſſilia, ovata, obtuſa, craſſa, carnoſa, extus convexa, imbricata, villoſa, lineam longa.

Capitula terminalia, lanata, magnitudine piſi.

§. 6.

SYNONYMA.

B. *lævis*, *deuſta*, *alopecuroides*, *laxa*, *microphylla*, Thunb. Prodrom. Plant. Cap. p. 187.

B. *nodiflora*, *lanuginoſa*, *verticillata*, *paleacea*, *abrotanoides*. Spec. Plant. per Wildenow. T. 1. p. 1141—1143. Prodrom. Pl. Capens. p. 41.

§. 7.

LOCUS CRESCENDI.

Omnes BRUNIÆ Species huc usque indagatæ patriam unice agnoſcunt Promontorium Africes bonæ ſpei; imprimis vero creſcunt

nodiflora in collibus infra montes urbis vulgaris, in Grœne kloof, Swartland et alibi.

deuſta in campis arenoſis extra urbem et juxta rivulos.

lanuginoſa et *comoſa* in campis arenoſis extra urbem et in montibus.

ver-

verticillata in ſummo monte Roode Sand ſupra waterfall.
laxa, abrotanoides et *microphylla* in montibus et campis interioris regionis.

§. 8.

TEMPUS FLORENDI.

Communiſſime florent per æſtatem, nonnullæ tamen etiam ſerius flores proferunt. Sic
nodifloram Junio et ſequentibus menſibus,
verticillatam Octobri et
lanuginoſam Auguſto et inſequentibus menſibus florentem invenit Celeb. Præſes.

§. 9.

USUS.

Horum in genere eſſe videtur, ut in campis incultis et deſertis minoribus Animalibus domicilia et refugia præbeant frutices, qui etiam nonnullis in locis igni alendo inſervire ſolent.

New York Botanical Garden Library
QK3 .T451 v.2 gen
Thunberg, Karl Pete/[Dissertationes Acad
3 5185 00100 7267